Für die Hymnenforschung kommt Prudentius vorwiegend durch sein Buch Cathemerinon, teilweise auch durch das Peristephanon in Betracht, obschon letzteres an sich der erzählenden Dichtungsart angehört. Da eine Neuauflage, wäre es auch nur der Cathemerinon, im Rahmen dieser Analecta ausgeschlossen erschien, blieb mir wohl oder übel nichts anderes übrig, als, dem Beispiele meiner sämtlichen Vorgänger folgend, hier nur jene Bruchstücke von Gedichten des Prudentius zusammenzustellen, welche in der römischen Liturgie als Hymnen in Verwendung genommen wurden<sup>1)</sup> Diese Prudentiana der Liturgie halten, wie man sich überzeugen wird, zum Teile zwischen dem Bruchstücke und dem Cento eine mittlere Linie ein. Ich habe, soweit es diese Centonatur möglich erscheinen liefs, den Text der Ausgabe von Dressel (Leipzig 1860), als der z. Z. besten, zugrunde gelegt und die Abweichungen der liturgischen Quellen, die für die Textgestaltung wertlos sind, in den Lesarten beigefügt. Ich will noch hinzufügen, daß ich aus Cod. Bernen. 455. drei Prudentiusbruchstücke aus Peristephanon fortgelassen habe, da sie in allzu mechanischer Weise, ohne sich um den Abschluß des

<sup>1)</sup> Bezüglich der Verwendung des Prudentius in der mozarabischen Liturgie verweise ich auf die Ausführungen Anal. XXVII, S. 35 ff.

Gedankens irgendwie zu kümmern, die Anfangstrophen der betreffenden Gedichte wiedergaben. Allerdings waren dieselben, wie die beigelegten Neumen beweisen, für den Gesangsvortrag bestimmt. Dies ist aber, der Merkwürdigkeit wegen sei es hervorgehoben, auch mit der Praefatio, welche den Lebensgang des Dichters schildert, der Fall. Aus der ausgebreiteten Prudentinsliteratur seien hier nur als die eingehendsten Monographien hervorgehoben: Brockhaus, Aurelius Prudentius Clemens in seiner Bedeutung für die Kirche seiner Zeit. Leipzig 1872, und Rösler, Der katholische Dichter Aurelius Prudentius Clemens. Freiburg 1886. Bezüglich der sonstigen Literatur sei verwiesen auf Schanz, Gesch. d. röm. Literatur IV 1, 213 u. f.

## 22. (1) Feria Tertia.

In Laudibus.

(Cathem. I, 1—8; 81—84; 97—100).

- |  |   |
|--|---|
| 1. Ales diei nuntius<br>Lucem propinquam praecinit.<br>Nos excitator mentium<br>Iam Christus ad vitam vocat.         | 3. Iesum ciamus vocibus<br>Flentes, precantes. sobrii,<br>Intenta supplicatio<br>Dormire cor mundum vetat.      |
| 2. Auferte. clamat, lectulos<br>Aegros, soporos, desides,<br>Castique recti ac sobrii<br>Vigilate. iam sum proximus. | 4. Tu, Christe, somnum disice,<br>Tu rumpe noctis vincula.<br>Tu solve peccatum vetus<br>Novumque lumen ingere. |

### 5. Praesta, pater piissime.

Hymn. ms. Hibernicum saec. 8<sup>o</sup>. Cod. Paulan. 25. 2. 31 (ol. Saubl. memb. 86). A. — Psalt. et hymn. ms. Anglicum saec. 9<sup>o</sup>. Cod. Vatican. Reg. 338. B. — Reg. ms. S. Benedicti saec. 10. Cod. Taurinen. G VII 18. C. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. D. — Collect. ms. S. Maximini Treviren. saec. 10. Cod. Treviren. 592. E. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII. 144. F. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. G. — Hymn. ms. Fariense saec. 10. ex. Cod. Roman. 175. (Farf. 4). H. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102) I. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurent. Conv. sup. 524. K. — Hymn. ms. Sangallense (?) saec. 11. Cod. Berolinen. Oct. I. L. — Psalt. et hymn. ms. Marchianense saec. [9 et] 10. Cod. Duacen. 170. M. —

1, 2 cecinit B. — 1, 3 Nox A — 2, 2 Aegros sopore ABDEIM: Aegro sopore FHK. — 2, 3 Castoque ADHI; recte AIK; sobrie BDFHIK: Casti recteque ae sobrii M. — 2, 4 sum fehlt A. — 3, 2 sobrie BDEFHIKM: subrie A. — 4, 1 disice H. — 4, 2 nostra vincula DH — Doxol. fehlt A; Deo patri DH.

## 23. (2) Feria Quarta.

In Laudibus.

(Cathem. II, 1—8; 48, 49, 52, 57, 59, 60, 67, 68).

- |   |   |
|---|---|
| 1. Nox et tenebrae et nubila,<br>Confusa mundi et turbida,<br>Lux intrat. albescit polus,<br>Christus venit, discedite. | 2. Caligo terrae scinditur.<br>Percussa solis spiculo,<br>Rebusque iam color redi:<br>Vultu nitentis sideris. |
|---|---|

- |  |   |
|--|---|
| <p>3. Te, Christe, solum novimus,<br/>Te mente pura et simplici<br/>Flendo et canendo quaesumus,<br/>Intende nostris sensibus.</p> | <p>4. Sunt multa fucis illita,<br/>Quae luce purgentur tua,<br/>Tu lux Eoi sideris<br/>Vultu sereno illumina.</p> |
|--|---|

5. Praesta, pater piissime.

Hymn. ms. Hibernicum saec. 8/9. Cod. Paulan. 25. 2. 31 (ol. Sanbl. memb. 86). A. — Hymn. ms. Anglicum saec. 9/10. Cod. Vatican. Reg. 338. B. — Reg. ms. S. Benedicti saec. 10. Cod. Taurinen. G VII 18. C. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. D. — Collect. ms. S. Maximini Treviren. saec. 10. Cod. Treviren. 592. E. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII. 144. F. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. G. — Hymn. ms. Farfense saec. 10. ex. Cod. Roman. 175. (Farf. 4). H. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). I. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. K. — Hymn. ms. Sangallense (?) saec. 11. Cod. Berolinen. Oct. 1. L. — Psalt. et hymn. ms. Marchianense saec. [9. et] 10. Cod. Duacen. 170. M.

1. 1 Nox tenebrae et A. — 1, 3 polum DHK. — Str. 2 fehlt A. — 2, 2 speculo E. — 2, 3 calor redit IK. — 2, 4 nitenti DH. — 3, 3 canendo discimus, Edit. — 4, 1 fuscis B. — 4, 3 Tu rex Eoi, Edit. — Doxol. fehlt A; Deo patri DH.

24. (3.) Feria Quinta.

In Laudibus.

(Cathem II, 25, 93, 94, 96—108).

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Lux, ecce, surgit aurea,<br/>Pallens facessat caecitas,<br/>Quae nosmet in praeceps diu<br/>Errore traxit devio.</p>    | <p>3. Sic tota decurrat dies,<br/>Ne lingua mendax, ne manus<br/>Oculive peccent lubrici,<br/>Ne noxa corpus inquinet.</p>  |
| <p>2. Haec lux serenum conferat<br/>Purosque nos praestet sibi,<br/>Nihil loquamur subdolum,<br/>Volvamus obscurum nihil.</p> | <p>4. Speculator astat desuper,<br/>Qui nos diebus omnibus<br/>Actusque nostros prospicit<br/>A luce prima in vesperum.</p> |

5. Deo patri sit gloria.

Hymn. ms. Hibernicum saec. 8/9. Cod. Paulan. 25. 2. 31. (ol. Sanbl. memb. 86). A. — Hymn. ms. Anglicum saec. 9/10. Cod. Vatican. Reg. 338. B. — Reg. ms. S. Benedicti saec. 10. Cod. Taurinen. G VII 18. C. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. D. — Collect. ms. S. Maximini Treviren. saec. 10. Cod. Treviren. 592. E. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII. 144. F. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. G. — Hymn. ms. Farfense saec. 10. ex. Cod. Roman. 175 (Farfen. 4). H. Brev. ms. Montis Amiati saec. 10/11. Cod. Casanaten. B II 1 (1907). I. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). K. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. L. — Hymn. ms. Sangallense (?) saec. 11. Cod. Berolien. Oct. 1. M. — Psalt. et hymn. Marchianense saec. [9 et] 10. Cod. Duacen. 170. N.

1, 1 Sol ecce surgit aureus, Edit. — 1, 2 facescat DN: fatiscat DHL: fatescat AF; fatescit K. — 1, 4 devios B — 3, 2 Nec lingua mendax nec ABDFHIKLN. — 3, 3 N Oculi ne DL: Oculi nec ABFHIKN. — 3, 4 Nec noxa DFIKN. — 4, 1 Speculator stat B. — 4, 3 perspicit A. — Doxol. fehlt AE.

**25. (4.) Versus de Natale Domini.**

(Cathem. XI, 1—22).

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Quid est, quod artum circum<br/>Sol iam recurrens deserit?<br/>Christusne terris nascitur,<br/>Qui lucis auget tramitem?</p> | <p>5. Ex ore quamlibet patris<br/>Sis ortus et verbo editus,<br/>Tamen paterno in pectore<br/>Sophia callebas prius.</p>               |
| <p>2. Heu, quam fugacem gratiam<br/>Festina solvebat dies,<br/>Quam paene subductam facem<br/>Sensim recisa extinxerat!</p>        | <p>6. Quae prompta caelum condidit,<br/>Caelum diemque et cetera,<br/>Virtute verbi effecta sunt<br/>Haec cuncta. nam verbum Deus!</p> |
| <p>3. Caelum nitescat laetius,<br/>Gratetur et gaudens humus,<br/>Scandit gradatim denuo<br/>Iubar priores lineas.</p>             | <p>7. Sed ordinatis saeculis<br/>Rerumque digesto statu<br/>Fundator ipse et artifex<br/>Permansit in patris sinu,</p>                 |
| <p>4. Emerge, dulcis pusio,<br/>Quem mater edit castitas<br/>Parens et expers coniugis,<br/>Mediator et duplex genus.</p>          | <p>8. Donec rotata annalium<br/>Transvolventur milia,<br/>Atque ipse peccantem diu<br/>Dignatus orbem viseret.</p>                     |

Hymn. ms. S. Johannis Laudunen. saec. 10. Cod. Beruen. 455. — 1, 4 augeat. — 5, 3 in fehlt. — 6, 3 verbi effecerat. — 6, 4 nam verbum. —

**26. (5.) In Nativitate Domini.**

(Cathem. IX, 10—12: 19—27; 109—111).

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Corde natus ex parentis<br/>ante mundi exordium,<br/>Alpha et O cognominatus,<br/>ipse fons et clausula<br/>Omnium, quae sunt, fuerunt,<br/>quaeque post futura sunt<br/>saeculorum saeculis.</p> | <p>3. Psallat altitudo caeli,<br/>psallant omnes angeli.<br/>Quidquid est virtutis usquam,<br/>psallat in laudem Dei.<br/>Nulla linguarum silescat,<br/>vox et omnis consonet<br/>saeculorum saeculis.</p> |
| <p>2. O beatus partus ille,<br/>virgo cum puerpera<br/>Edidit nostram salutem<br/>feta sancto spiritu,<br/>Et puer, redemptor orbis,<br/>os sacratum protulit<br/>saeculorum saeculis.</p>              | <p>4. Ecce, quem vates vetustis<br/>concinebant saeculis,<br/>Quem prophetarum fideles<br/>paginae sponderant,<br/>Emicat promissus olim,<br/>cuncta collaudent eum<br/>saeculorum saeculis.</p>           |

- |  |  |
|--|--|
| <p>5. Te senes et te iuventus,<br/>parvulorum te chorus.<br/>Turba matrum virginumque,<br/>simplices puellulae<br/>Voce concordēs pudicis<br/>perstrepant concentibus<br/>saeculorum saeculis.</p> | <p>6. Tibi. Christe. sit cum patre<br/>hagioque spiritu<br/>Hymnus, melos, laus perennis,<br/>gratiarum actio,<br/>Honor, virtus, victoria.<br/>regnum aeternaliter<br/>saeculorum saeculis.</p> |
|--|--|

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102) A. — Brev. ms. Secoviense saec. <sup>11</sup> 12. Cod. Graecen. 770. B. — Brev. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 763. C. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 864. D. — Brev. ms. Pruvengense saec. 12. Cod. Vindobonen. 1826 E. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunten. 18. F. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a V 24. G. — Brev. ms. Superioris Althae saec. 12. Clm. Monacen. 9633. H. — Brev. ms. Maguntinum saec. 12. Cod. Cap. Schafnaburgen. 54. I. — Diurn. e. hymn. ms. Schefflariense saec. 12. Clm. Monacen. 17024. K. — Brev. mst S. Georgii Pragen. saec. [<sup>12</sup> 13 et] 13. Cod. Pragen. XIII E 5. L. — Brev. ms. Sanblasianum saec. <sup>13</sup> 14. Cod. Paulan. 25. 1. 20. (ol. Sanblas. memb. 33). K. — Brev. ms. Lambacense saec. <sup>13</sup> 14. Cod. Lambacen. CLXXVII. L. — Psalt. et hymn. ms. Ostroviense anni 1174. Cod. Capit. Pragen. VI F 12. add. saec. 14. in. M. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VII G 7. N. — Process. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. XII E 15. O. — Brev. ms. Sanblasianum saec. 14. Cod. Paulan. 25. 2. 34. (ol. Sanbl. memb. 34). P. — Viat. ms. Johannis Noviforen. saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII A 12. Q. — Antiph. et hymn. ms. Suecicum saec. 14. [et 15]. Cod. Upsalen. C 422. R. — Brev. ms. Maguntinum saec. 14. Cod. Capit. Scafnaburgen. 64. S. — Brev. ms. S. Aegidii Brunswicen. saec. 14. (Privatbesitz) T. — Brev. ms. Ducumburgense anni 1451 Cod. Ducumburgen. 67. U. — Diurn. ms. Vindobonense anni 1478. Cod. Ducumburgen. 86. V. — Brev. ms. Pataviense anni 1429. Cod. Ducumburgen. 183. W. — Diurn. et hymn. ms. Benedictin. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. X. — Psalt. ms. Thirsteinense saec. 15. Cod. Florian. XI 407. Y. — Brev. ms. Johannis, plebani in Richnow Bohemicali anni 1485. Cod. Alto-vaden. 98. Z.

1. 5 fuere G. — Nach Str. 1 schiebt K ein Cathem. IX, 16—18:

Corporis formam caduci, membra mort(s) obnoxia  
Induit, ne gens periret primoplasti ex germine,  
Merserat quam lex profundo noxialis tartaro.

2. 2 virgo dum B. — 3. 2 psallite. Edit. — 3. 4 psallat Z: in laude Dei FHPU. — 4. 1 vetusti A: vatis vetustas Z. — 4. 2 concinebat Z. — 4. 6 Deum ACUV. — 5. 2 parvulorumque chorus HKZ. — 5. 5 Voces A; pudici ACZ: pudica UV. — 5. 6 perstrepent UV. — 6. 2 ayoque U; pneumatici G: pneumatē FKP. — Dafs Rundreim und Doxologie spätere Zutat, braucht nicht bemerkt zu werden.

## 27. (6.) Incipit Versus omni Hora.

(Cathem. IX, 1—25).

R<sup>o</sup> Haec mihi dulcis canoro  
laudet lyra cantico.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Da, puer, plectrum, choreis<br/>ut canam fidelibus<br/>Dulce carmen et melodum,<br/>gesta Christi insignia;<br/>Hunc camena nostra solum<br/>pangat, hunc laudet lyra.</p>                 | <p>5. Ipse iussit, et creata,<br/>dixit ipse, et facta sunt<br/>Terra, caelum, fossa ponti,<br/>trina rerum machina,<br/>Quaeque in his vigent sub alto<br/>solis et lunae globo.</p> |
| <p>2. Christus est, quem rex sacerdos<br/>ad futurum protinus<br/>Infulatus concinebat<br/>voce, chorda et tympano,<br/>Spiritus caelo influentem<br/>per medullas hauriens.</p>                 | <p>6. Corporis formam caduci<br/>membra morti obnoxia<br/>Induit, ne gens periret<br/>primoplasti ex germine,<br/>Mererat quem lex profundo<br/>noxialis tartaro.</p>                 |
| <p>3. Facta nos et iam probata<br/>pangimus miracula.<br/>Testis est orbis, nec ipsa<br/>terra, quod vidit, negat,<br/>Comminus Deum docendis<br/>proditum mortalibus.</p>                       | <p>7. O beatus ortus ille,<br/>virgo cum puerpera<br/>Edidit nostram salutem<br/>feta sancto spiritu,<br/>Et puer, redemptor orbis,<br/>os sacratum protulit</p>                      |
| <p>4. Corde natus ex parentis<br/>ante mundi exordium,<br/>Alpha et <math>\omega</math> cognominatus,<br/>ipse fons et clausula<br/>Omnium, quae sunt, fuerunt<br/>quaeque post futura sunt.</p> | <p>8. Psallat altitudo caeli,<br/>psallant omnes angeli,<br/>Quidquid est virtutis usquam,<br/>psallat in laudem Dei,<br/>Nulla linguarum silescat,<br/>vox et omnis consonet.</p>    |

Hymn. ms. S. Johannis Laudunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. — 6, 2  
mortali obnoxia. — 6, 5 quam. — 8, 2 psallite. Edit.— Der Rundreim ist  
selbstredend nicht von Prudentius.

### 28. (7.) In Natali Innocentum.

(Cathem. XII, 125—128: 134, 129, 130, 132, 93, 94, 97, 101, 102: 107—112:  
117, 114, 113, 115: 134, 137, 138, 134).

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Salvete, flores martyrum,<br/>Quos lucis ipso in limine<br/>Christi insecutor sustulit<br/>Ut turbo florentes rosas.</p> | <p>3. Audit tyrannus anxius<br/>Adesse regum principem.<br/>Exclamat amens nuntio:<br/>Ferrum, satellites, arripe!</p>         |
| <p>2. Quid crimen Herodem iuvat?<br/>Vos prima Christi victima,<br/>Grex immolatorum tener<br/>Palma et coronis luditis.</p>   | <p>4. Mas omnis infans occidat,<br/>Scrutare nutricum sinus,<br/>Fraus ne qua furtim subtrahat<br/>Prolem virilis indolis.</p> |

- |  |  |
|--|--|
| <p>5. Transtigit ergo carnifex<br/>Muerone districto furens<br/>Effusa nuper corpora<br/>Animasque rimatur novas.</p>    | <p>7. Quid profuit tantum nefas?<br/>Inter coevi sanguinis<br/>Fluenta solus integer<br/>Impune Christus tollitur.</p> |
| <p>6. O barbarum spectaculum!<br/>Vix interemptor invenit<br/>Locum minutis artubus,<br/>Quo plaga descendat patens.</p> | <p>8. Sit trinitati gloria,<br/>Virtus, honor, victoria,<br/>Quae dat coronam testibus<br/>Per saeculorum saecula.</p> |

Rit. et hymn. ms. Schefflariense saec. 10. Clm. Monacen. 17027. A. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 605. B. — Hymn. ms. Beneventanum saec. 10/11. Cod. Vatican. Ottobon. 145. C. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). D. — Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vindobonen. 1106. E. — Hymn. et Sequent. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan. Theol. IV. 25. F. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunten. 18. G. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a V 24. H. — Brev. ms. Superioris Althiae saec. 11/12. Clm. Monacen. 9633. I. — Diurn. et hymn. ms. Schefflariense saec. 12. Clm. Monacen. 17024. K. — Brev. ms. Pruevingense saec. 12. Cod. Vindobonen. 1826. L. — Brev. ms. Sanblasianum saec. 13/14. Cod. Paulan. 25. 1. 20 (ol. Sanbl. memb. 33.). M. — Hymn. ms. S. Mariae Magdalenae Claustroneoburgen. saec. 13/14. Cod. Claustroneoburgen. 1001. N. — Brev. ms. Lambacense saec. 13/14. Cod. Lambacen. CLXXVII. O. — Psalt. et hymn. ms. Ostroviense anni 1174. Cod. Capit. Pragen A 57. add. saec. 14. in. P. — Brev. ms. Sanblasianum saec. 14. Cod. Paulan. 25. 2. 34. (ol. Sanbl. memb. 50). Q. — Hymn. ms. S. Mariae Magdalenae Claustroneoburgen. saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 996. R. — Brev. ms. S. Aegidii Brunswicen. saec. 14. (Privatbesitz). S. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. 384. T. — Brev. ms. S. Bonifacii Fulden. saec. 15. Cod. Fulden. Aa 81. U.

1, 1 flores martyrii T. — 1, 2 in fehlt D; limite C; lumine IMNR. — 1, 4 Ceni turbo. Edit: nascentas rosas BC, Edit. — 2, 2 Vox prima DE. — 2, 4 corona C. — 3, 2 principum E. — 3, 3 Exclamans BCE; nuntius A; nunc cito T. — 3, 4 satellis CEF; corripe AEF; Satelles, i ferrum rape, Edit. — 4, 1 occidit M; occiditur C. — 4, 2 Scrutatur C. — 4, 3 Fraus nequam BCET; furtum BCG. — 6, 3 artibus BC. — 7, 2 Inter ceni sanguinis C. — 8, 1 trinitatis D. — Dafs die Doxologie späterer Zeit angehört, ist selbstredend.

## 29. (S) In Quadragesima.

Ad Nocturnum.

(Cathem. VII, 1—10).

1. O Nazarene, dux Bethlehem, verbum patris.  
Quem partus alvi virginalis protulit,  
Adesto castis, Christe, parsimoniis  
Festumque nostrum, rex, serenus aspice.  
Ieiuniorum dum litamus victimam.
2. Nil hoc profecto purius mysterio,  
Quo fibra cordis expiatur uvidi  
Intemperata quo domantur viscera,  
Arvina putrem ne resudans crapulam  
Obstrangulatae mentis ingenium premat.



3. Sit trinitati in unitate gloria,  
 In trinitate unitati gratia,  
 Potestas, honor atque iubilatio  
 Nostra benigne cum benevolentia  
 Ieiuniorum acceptanti munia.

Psalt. et hymn. ms. Valcidorense saec. 11/12. Clm. Monacen. 13067. A.  
 — Ant. et hymn. ms. Scarense saec. 14. [et 15]. Cod. Upsalen. C 422. B.  
 — Diurn. ms. Lyranum. saec. 15 (Privatbesitz). C. — Brev. Poznaniense  
 imp. Lipsiae 1530. D.

1, 1 lux Bethlem, Edit. — 2, 2 lividi, ABCD. — 2, 4 Arvinam D;  
 putret B; crapula BD. — 2, 5 Obstrangulante BD. — 3, 5 munera D. —  
 Doxologie selbstverständlich spätere Zutat. Vgl. übrigens Nr. 17.

### 30. (9.) In Quadragesima.

Ad Completorium  
 (Cathem. VI, 125—153).

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Cultor Dei, memento<br/>         Te fontis et lavacri<br/>         Rorem subisse sanctum,<br/>         Te chrismate innotatum.</p>    | <p>5. O tortuose serpens,<br/>         Qui mille per maeandros<br/>         Fraudesque flexuosas<br/>         Agitas quieta corda.</p>                 |
| <p>2. Fac, cum vocante somno<br/>         Castum petis cubile,<br/>         Frontem locumque cordis<br/>         Crucis figura signet.</p>  | <p>6. Discede, Christus hic est,<br/>         Hic Christus est, liquesce!<br/>         Signum, quod ipse nosti.<br/>         Tuam damnat catervam.</p> |
| <p>3. Crux pellit omne crimen,<br/>         Fugiunt crucem tenebrae,<br/>         Tali dicata signo<br/>         Mens fluctuare nescit.</p> | <p>7. Corpus licet fatiscens<br/>         Iaceat recline paulum,<br/>         Christum tamen sub ipso<br/>         Meditabimur sopore.</p>             |
| <p>4. Procul, o procul vagantum<br/>         Portenta somniorum,<br/>         Procul esto pervicaci<br/>         Praestigiator astu!</p>    | <p>8. Cui laus honorque summus<br/>         Cum patre sempiterno<br/>         Paracliticoque sancto<br/>         Exstat per omne saeculum.</p>         |

Cod. Ambrosian. O 60 sup. saec. 13/14. add. saec. 13/14. A. — Diurn.  
 ms. Lyranum saec. 15. (Privatbesitz). B. — Offic. ms. Pragensia saec. 15.  
 Cod. Florian. XI 419. C — Collect. ms. Bohemicum saec. 15. [et 16]. Cod.  
 Vindobonen. 3480. D. — Viatic. ms. Wratislaviense anni 1412. Cod. Civit.  
 Wratislav. 1132. Da — Psalt. et hymn. ms. Olomucense saec. 14. Cod. S.  
 Iacobi Baunen. 24. Db. — Brev. Poznaniense imp. Lipsiae 1530. E. — Brev.  
 Gneznense imp. Venetiis 1540. F.

1, 2 funtis A. — 1, 4 innovatum ABCD; innuctum E; perunctum F. —  
 2, 1 vacante E; fugante D. — 4, 1 o fehlt A; vagantur A. — 4, 3 per-  
 spicaci A. — 5, 2 maeandros fehlt C. — 6, 2 Christus hic est BCDEF. —  
 6, 3 Signo A. — 7, 1 Corpus cui licet A. — 7, 2 reclive EF; paululum

BCDEF; Dormireque ad paululum A. — 7, 4 sapore E. — 8, 1 honor  
quesumus A. — 8, 4 saeculum A. — Statt der obigen Doxologie haben aufser  
A alle:

Gloria aeterno patri  
Et Christo, vero regi,  
Paracliticoque sancto  
Et nunc et in perpetuum.

### 31. (10.) **Sabbato Sancto.**

Hymnus ad Ignem benedicendum.

(Cathem. V. 1—32; 149—164).

1. Inventor rutili, dux bone, luminis,  
Qui certis vicibus tempora dividis,  
Merso sole chaos ingruit horridum,  
Lucem redde tuis, Christe, fidelibus.
2. Quamvis innumero sidere regiam  
Lunarique polum lampade pinxeris,  
Incussu silicis lumina nos tamen  
Monstras saxigeno semine quaerere.
3. Ne nesciret homo spem sibi luminis  
In Christi solido corpore conditam,  
Qui dici stabilem se voluit petram,  
Nostris igniculis unde genus venit.
4. Pinguis quos olei rore madentibus  
Lychnis aut facibus pascimus aridis,  
Quin et fila favis scirpea floreis  
Presso melle prius conlita fingimus.
5. Vivax flamma viget, seu cava testula  
Succum linteolo suggerit ebrio,  
Seu pinus piceam fert alimoniam,  
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.
6. Nectar de liquido vertice fervidum  
Guttatim lacrimis stillat olentibus,  
Ambustum quoniam vis facit ignea  
Imbrem de madido flere cacumine.
7. Splendent ergo tuis muneribus, pater,  
Flammis mobilibus scilicet atria,  
Absentemque diem lux agit aemula,  
Quam nox cum lacero victa fugit poplo.

8. Sed quis non rapidi luminis arduam  
Manantemque Deo cernat originem,  
Moyses nempe Deum spinifera in rubo  
Vidit conspicuo lumine flammeum.
9. O res digna, Deus, quam tibi roscidae  
Noctis principio grex tuus offerat!  
Lucem, qua tribuis nil pretiosius,  
Lucem, qua reliqua praemia cernimus.
10. Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,  
Intus tu speculum, tu speculum foris,  
Lumen, quod famulans offero, suscipe  
Tinctum paciferi chrismatis unguine.
11. Per Christum genitum, summe pater, tuum,  
In quo visibilis stat tibi gloria,  
Qui noster Dominus, qui tuus unicus  
Spirat de patrio corde paraclitum.
12. Per quem splendor, honor, laus, sapientia,  
Maiestas, bonitas et pietas tua  
Regnum continuat numine triplici  
Texens perpetuis saecula saeculis.

Trop. ms. S. Albani Magunt. saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19678. A. — Collect. ms. S. Iohannis Laudunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. B. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. IV<sup>o</sup> 11. C. — Trop. ms. Cameracense saec. 11. Cod. Cameracen. 79 (78.) D. — Ordo ms. Roman. saec. 11. Cod. Vallicellan. D 5. E. — Trop. ms. Germanicum saec. 11/12. Cod. Angelic. R IV 38. F. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. in. Clm. Monacen. 27130. G. — Miss. ms. S. Petri Salisburgen. (Monial.) saec. 12. in. Cod. Petrin. a IX 11. H. — Grad. ms. Sanhippolytanum saec. 12. Cod. Vindobonen. 1821. I. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. K. — Grad. ms. Hibernicum saec. 12. Cod. Oxonien. Rawl. C 892. L. — Grad. ms. Argentinense saec. 12. Cod. Londinen. Add. 23922. M. — Pontif. ms. Wintoniense saec. 12. Cod. Londinen. Tiber. C. 1. N. — Pontif. ms. Eliense saec. 12. Cod. Cantabrigien. Ll II 10. O. — Miss. ms. Pragense saec. 12. [14. et 15.] Cod. Mus. Bohem. XIV D 12. P. — Grad. ms. S. Albani saec. 12/13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 358. Q. — Miss. ms. Aquilegiense saec. Cod. Rossian. VIII 18. R. — Miss. ms. Cantuariense saec. 13. Cod. Parisin. (Arsen.) 135. S. — Grad. ms. Mellicense saec. 13. Cod. Mellicen. 1056. T. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. U. — Miss. ms. Ratingense saec. 14. Clm. Monacen. 10075. V. — Miss. ms. Argentinense saec. 15. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 273. W. — Collect. ms. Enumeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14703. X. —

Strophen und Strophenfolge: 1 bis 5; 9. A. — 1 bis 8. B. — 1 bis 3; a; b; 9 bis 12. C. — 1 bis 3; 7; 10; 12. D. — 1; 2; 7; 12. E. — 1 bis 3; 11. F. — 1 bis 6. GX. — 1 bis 6; 9; 11; 12. H. — 1 bis 7; 11; 12 IKQ. — 1 bis 4; 9; 10 bis 12. L. — 1 bis 3; 10; 11. M. — 1 bis 3; 7; 9 bis 12. N. — 1; 10 bis 12. O. — 1 bis 3 PV. — 1 bis 3; 5; 9 bis

12. R. — 1 bis 3; 7; 12. S. — 1 bis 4; 11. T. — 1 bis 3; 7; a; 6; 7; 9. U. — 1 bis 3; 10; 12. W.

Lesarten: 1, 1 Invento F. — 1, 2 Qui totis F. — 1, 4 Lumen redde X; Lucem praebe R; Lucem ipse. tuis T. — Nach Str. 1 schiebt P Cathem. V, 125—129 in folgender Verballhornung ein:

Sunt de spiribus saepe nocentibus  
Poenarum celeres sub Styge serie  
Illa nocte sacer qua reddit Deus  
Stagnus ad superos ex hanc hieronticis.

2. 1 innumere P; regia P. — 2, 4 Monstrans E; Nostras saxigeno V; saxigenis P; saxigene R; semina T; sanguine quaerere D. — 3, 1 Se nesciret TV; Te nesciret U. — 3, 2 sololido pectore F; conditam fehlt X. — Nach Str. 3 schiebt C ein.

- a. Nos festis trahimus per pia gaudia  
Noctem conciliis votaue prospera  
Certatim vigili congerimus prece  
Extuctoque agimus liba sacrario.
- b. Credas stelligeram desuper aream  
Ornatam geminis stare trionibus  
Et, qua bosphoreum temo regit iugum,  
Passim purpureos spargier hesperos.

4, 1 Tinguis K; Lichuis quos R; Qui vis quos L. — 4, 2 Licnis T; Lignis R; et facibus GT; ac facibus RX; Ignis ac facibus L. — 4, 3 Quam et fila R; Quin et silia L. — 4, 4 colita X. — 5, 3 Pinus seu X; Seu prunis piceam R; pinus picea infert G. — 5, 4 stupa R; bibat G. — 6, 2 alentibus B. — 6, 3 vas facit R. — 7, 1 luminibus pater E. — 7, 2 nobilibus D. — Nach Str. 7 folgt Str. a U. — 8, 4 spinifero rubro B. — 9, 1 O res digna pater L. — 9, 2 rex tuus A. — 9, 3 Lucem quam UX. — 9, 4 Luce qua X. 11, 1 Per Christum Dominum T; Rex Christum genitum I. — 11, 2 stat semper tibi Q. — 12, 3 continuo Q; contineat C; nomine KX. — 12, 4 Terens Q; perpetua V.

Die liturgischen Quellen für dies Lied ließen sich natürlich unschwer vermehren. Es würde indes dadurch nur der Wirrwar in der Anordnung der Strophen und der Wust belangloser Lesarten vermehrt werden. Die Vergleichung der englischen Handschriften besorgte Rev. H. M. Bannister.

### 32. (11.) De sancta Eulalia.

(Peristeph. III, 1—20; 211—215.)

1. Germine nobilis Eulalia  
Mortis et indole nobilior,  
Emeritam sacra virgo suam,  
Cuius ab ubere progenita est,  
Ossibus ornat, amore colit.
2. Proximus occiduo locus est,  
Qui tulit hoc decus egregium,  
Urbe potens, populis locuples,  
Sed mage sanguine martyrii  
Virgineoque potens titulo.

3. Curriculis tribus atque novem  
Tres hiemes quater attigerat,  
Cum crepitante pyra trepidos  
Terruit aspera carnifices,  
Supplicium sibi dulce rata.
4. Iam dederat prius indicium,  
Tendere se patris ad solium  
Nec sua membra dicata thoro,  
Ipsa crepundia reppulerat  
Ludere nescia pusiola.
5. Sic venerarier ossa libet  
Ossibus altar et impositum;  
Illa Dei sita sub pedibus  
Prospicit haec populosque suos  
Carmine propitiata fovet.
6. Gloria cum patre sit genito  
Spirituque proinde sacro,  
Nunc Deus unus et omnipotens  
Hanc memorum faciat memorem,  
Qui celebrare superna solent.

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. —  
Brev. ms. S. Victoris Massilien. anni 1497. (Privatbesitz) B. — 5, 1 Sic  
venerari et ossa B. — 5, 2 altare impositum A. — 5, 5 Carmina A. — Die  
Doxologie aus dem Agatha-Hymnus Anal. II, 100.

### 33. (12.) De sancto Laurentio.

(Peristeph. II, 18, 397, 398; 21—32; 549, 550).

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. En, martyrīs Laurentiī<br/>Armata pugnavit fides,<br/>Postquam vapor diutinus<br/>Excoxit exustum latus.</p>          | <p>4. Extrema vox episcopi<br/>Praenuntiatrix gloriae<br/>Nihil fefellit, nam dies<br/>Praedicta palmam praestitit.</p>          |
| <p>2. Fore hoc sacerdos dixerat<br/>Iam Xistus affixus cruci<br/>Laurentium flentem videns<br/>Crucis sub ipso stipite:</p> | <p>5. Hinc, sancte Laurenti, tuam<br/>Nos passionem colimus,<br/>Quod quisque supplex postulat,<br/>Cunctis favendo proroga.</p> |
| <p>3. Desiste discessu meo<br/>Fletum dolenter fundere;<br/>Praecedo, frater, tu quoque<br/>Post hoc sequeris triduum.</p>  | <p>6. Deo patri sit gloria<br/>Eiusque soli filio,<br/>Cum spiritu paraclito<br/>Regnans per omne saeculum.</p>                  |

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102.) A. — Hymn. et Sequent. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan. Theol. IV. 25. B. — Brev. ms. Glunicense saec. 12. Cod. Lincen. T p 19. C. — Process. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. XII E 15 a. D. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. I G 17. E. — Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F 23. F. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV E 13. G. — Diurn. ms. Benedictin. Bavar. saec. 14. Cod. Altovaden. X. H. — Psalt. et hymn. ms. Olomucense saec. 14. Cod. S. Iakobi Brunen. 24. I. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 b. K. — Brev. ms. Iohannis plebani in Richnow Bohemicali anni 1485. Cod. Altovaden. 98. L.

1, 3 sq; Nam morte mortem dirimit Ac semet impendit sibi (Peristeph. II. 19 und 20) A. — 2, 1 Forte hic sacerdos G. — 3, 4 Post hac G; post haec AL. — 4, 3 iam dies G. — 5, 1 Hinc quoque sancte G. — 5, 1 sq. passionem tuam E. — 5. 2 nos fehlt G; passionem quaerimus B. Edit. — 5, 3 Quae quisque G. —

### 34. (13.) De sanctis Petro et Paulo.

(Peristeph. XII, 1—6; 11—20; 23—28; 55—56; 59; 60).

1. Plus solito coeunt ad gaudia; dic. amice, quid sit?  
Romam per omnem cursitant ovantque.
2. Festus apostolici nobis redit hic dies triumphi,  
Pauli atque Petri nobilis cruore.
3. Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus auno,  
Vidit superba morte laureatum.
4. Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis.  
Pendere iussum praeminente ligno.
5. Ille tamen veritus celsae decus aemulando mortis  
Ambire tanti gloriam magistri,
6. Exigit, ut pedibus mersum caput imprimant supinis,  
Quo spectet imum stipitem cerebro.
7. Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen.  
Hoc mente maior, quo minor figura.
8. Noverat ex humili caelum citus solere adiri.  
Deiecit ora spiritum daturus.
9. Evomit in iugulum Pauli Nero fervidum furorem,  
Iubet feriri gentium magistrum.
10. Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum:  
Ad Christum eundum est. iam resolvor, inquit.
11. Nec mora, protrahitur, poenae datur, immolatur ense;  
Non hora vatem, non dies fefellit.

12. Ecce, duas fidei summo patre conferente dotes,  
Urbi colendas quas dedit togatae.
13. Nos ad utrumque tamen gressu properemus incitato,  
Et his et illis perfruamur hymnis.
14. Nos modo supplicibus, fratres, rogemus precum votis,  
Nos reos nostris solvant ut a noxis.
15. Sit genitori salus par sit genitoque laudis [hymnus]  
Spirituque, qui par est utrique.

Hymn. et Sequent. ms. Fredeslariense saec. 11. ex. Cod. Casselan. Ms  
heo. IV<sup>o</sup> 25. — 19 Ipse primum sibimet. — 14 sq. Zusätze.

### 35. (14a.) Hymnus beati Vincentii Martyris.

(Peristeph. V, 1—12; 545—548; 557—560.)

- |   |  |
|---|--|
| 1. Beate martyr, prospera<br>Diem triumphalem tuum,<br>Quo sanguinis merces tibi<br>Corona, Vincenti, datur.          | 4. Adesto nunc et percipe<br>Voces precantum supplices,<br>Nostri reatus efficax<br>Orator ad thronum patris.      |
| 2. Hic te ex tenebris saeculi<br>Tortore victo et iudice<br>Evexit ad caelum dies<br>Christoque ovantem reddidit.     | 5. Miserere nostrarum precum,<br>Placatus ut Christus suis<br>Inclinet aurem prosperam<br>Noxas nec omnes imputet. |
| 3. Nunc angelorum particeps<br>Colluces insigni stola,<br>Quam testis indomabilis<br>Rivis cruoris laveras.           | 6. Extingue, martyr, grandia<br>Discriminum incendia,<br>Ut puros nos siderea<br>Sursum receiptent gaudia.         |
| 7. Praestet pater et filius,<br>Praestet amborum spiritus,<br>Praestet verax et veritas,<br>Praestet amborum caritas. |  |

Collect. ms. incertae orig. saec. 10/11. Cod. Parisin. 4626. add. saec.  
10/11. — Str. 6 und 7 vgl. Anal. XIX, 270, Nr. 490. Str. 4 und 6. Nach  
diesem Hymnus folgt in der Hs. „In Laudibus“: *Christi miles pretiosus*,  
Anal. XIX, 271.

### 36. (14b.) De sancto Vincentio.

(Peristeph. V, 1—12; 281—296).

- |  |   |
|--|---|
| 1. Beate martyr, prospera<br>Diem triumphalem tuum,<br>Quo sanguinis merces tibi<br>Corona, Vincenti, datur. | 2. Hic te ex tenebris saeculi<br>Tortore victo et iudice<br>Evexit ad caelum dies<br>Christoque ovantem reddidit. |
|--|---|

- |   |  |
|---|--|
| <p>3. Nunc angelorum particeps<br/>Colluces insigni stola,<br/>Quam testis indomabilis<br/>Rivis cruoris laveras.</p> <p>4. Quin et frequentes angeli<br/>Stant et loquuntur comminus,<br/>Quorum unus ore augustior<br/>Compellat his dictis virum:</p> <p>5. Exsurge, martyr inclite,<br/>Exsurge securus tui,<br/>Exsurge et almīs coetibus<br/>Noster sodalis addere.</p> | <p>6. Decursa iam satis tibi<br/>Poenae minacis munia,<br/>Pulchroque mortis exitu<br/>Omnis peracta est passio.</p> <p>7. O miles invictissime,<br/>Fortissimorum fortior,<br/>Iam te ipsa saeva et aspera<br/>Tormenta victorem tremunt.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine.<br/>Gloria unigenito<br/>Una cum sancto spiritu<br/>In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 65. A. — Brev. ms. Cabilonense saec. 15. Cod. Semin. Aeduen. s. n. B. — Brev. ms. Matisconense saec. 15. Cod. Lugdunen. 1052. C. — Officium S. Vincentii, martyris et levitae Caesaraugustani, patroni insignis ecclesiae Bernensis. imp. Basileae 1515. D. — Str. 4 fehlt ABC. — Str. 5 fehlt BC. — Str. 6 fehlt ABC. — Str. 7 fehlt BC. — Statt Str. 4 ff. setzen BC die folgende nicht aus Prudentius entlehnte Strophe ein:

Ergo te, martyr, supplices  
Precamur, ut nos visites  
Nosque Iesu concilies,  
Ut simus ipsi compotes.

Darauf folgt dann die Doxologie, die wie jene Strophe durch den Reim gebunden ist:

Cui proli sanctissimo  
Cum patre laus ingenito  
Sit ab utroque parili  
Honorque fuso flammī.

### 37. (14c.) De sancto Vincentio.

(Peristeph. V, 1—4; 9—12; 545—560).

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Beate martyr, prospera<br/>Diem triumphalem tuum,<br/>Quo sanguinis merces tibi<br/>Corona, Vincenti, datur.</p> <p>2. Nunc angelorum particeps<br/>Colluces insigni stola,<br/>Quam testis indomabilis<br/>Rivis cruoris laveras.</p> <p>3. Adesto nunc et percipe<br/>Voces precantum supplices.<br/>Nostri reatus efficac<br/>Orator ad thronum patris.</p> | <p>4. Per te, per illum carcerem<br/>Honoris augmentum tui,<br/>Per vincla, flammas, ungulas,<br/>Per carceralem stipitem,</p> <p>5. Per fragmen illud testeum,<br/>Quo parta crevit gloria,<br/>Et, quem trementes posterī<br/>Exosculamur, lectulum,</p> <p>6. Miserere nostrarum precum,<br/>Placatus ut Christus suis<br/>Inclinet aurem prosperam<br/>Noxas nec omnes imputet.</p> |
|--|---|

Diurn. ms. Catalaunense(?) saec. 15. Cod. Parisin. 1069. — 6, 4 Noxasque omnes amputet Hs.



38. (15 a.) **Versus ante Cibum.**

(Cathem. III, 1—40).

1. O crucifer bone, lucis sator,  
Omniparens pie, verbigena,  
Edite corpore virgineo,  
Sed prius in genitore potens,  
Astra, solum, mare quam fierent
  
2. Huc nitido, precor, intuitu  
Flecte salutiferam faciem,  
Fronte serenus et irradiat,  
Nominis ut sub honore tui  
Has epulas liceat capere.
  
2. Te sine dulce nihil, Domine,  
Nec iuvat ore quid adpetere,  
Pocula ni prius atque cibos,  
Christe, tuis favor imbuerit  
Omnia sanctificante fide.
  
4. Fercula nostra Deum sapiant,  
Christus et influat in pateras:  
Seria, ludrica, verba, iocos.  
Denique, quod sumus aut agimus,  
Trina superne regat pietas.
  
5. Hic mihi nulla rosae spolia,  
Nullus aromate fragrat odor,  
Sed liquor influit ambrosius,  
Nectareamque fidem redolet  
Fusus ab usque patris gremio.
  
6. Sperne, Camena, leves hederas,  
Cingere tempora quis solita es.  
Sertaque mystica dactylico  
Texere docta liga strophio.  
Laude Dei redimita comis.
  
7. Quod generosa potest anima,  
Lucis et aetheris indigena,  
Solvere dignius obsequium,  
Quam data munera si recinat  
Artificem modulata suum?

8. Ipse homini quia cuncta dedit,  
Quae capimus dominante manu,  
Quae polus aut humus aut pelagus  
Aere, gurgite. rure creant,  
Haec mihi subdidit et sibimet.

Hymn. ms. S. Iohannis Landunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. — 2, 1  
Hunc nitido. — 5, 2 flagrat. — 6, 4 Texere doctolege strophio. — 7, 4 data  
mandata si.

**39. (15b.) Hymnus ante Cibum.**

(Cathem. III, 1—20: 86—95: 166—180: 196—200).

1. O crucifer bone, lucis sator.  
Omniparens pie, verbigena,  
Edite corpore virgineo,  
Sed prius in genitore potens.  
Astra, solum. mare quam fierent.
2. Huc nitido. precor, intuitu  
Flecte salutiferam faciem,  
Fronte serenus et irradiat,  
Nominis ut sub honore tui  
Has epulas liceat capere.
3. Te sine dulce nihil, Domine,  
Nec iuvat ore quid adpetere,  
Pocula ni prius atque cibos,  
Christe, tuus favor imbuerit  
Omnia sanctificante fide.
4. Fereula nostra Deum sapiant,  
Christus et influat in pateras;  
Seria, ludrica, verba, iocos,  
Denique, quod sumus aut agimus,  
Trina superne regat pietas.
5. Te, pater optime, mane novo,  
Solis et orbita cum media est,  
Te quoque luce sub occidua,  
Sumere cum monet hora cibum,  
Nostra, Deus, canet harmonia.
6. Quod calet halitus interior,  
Corde quod abdita vena tremit,  
Pulsat et incita quod resonam  
Lingua sub ore latens caveam,  
Laus superi patris esto mihi.

7. Tu mihi, Christe, columba potens,  
Sanguine pasta cui cedit avis,  
Tu niveus per ovile tuum  
Agnus hiare lupum prohibes  
Sub iuga tyridis ora premens.
8. Da, locuples Deus, hoc famulis  
Rite precantibus, ut tenui  
Membra cibo recreata levent,  
Neu piger immodicis dapibus  
Viscera tensa gravet stomachus.
9. Haustus amarus abesto procul,  
Ne libeat tetigisse manu  
Exitiale quid aut vetitum,  
Gustus et ipse modum teneat,  
Sospitet ut iecur incolume.
10. Credo equidem, neque vana fides,  
Corpora vivere more animae;  
Nam modo corporeum memini  
De Phlegetonte gradu facili  
Ad superos remeasse Deum.

Trop. ms. Cremifanense saec. 12. Cod. Cremifanen 309. — 2, 1 Hic. — 4, 5 superna. — 7, 5 iuga tyridis. — 9, 5 iecur incolumem. — 10, 2 Corpora vincere morte animas.

**40. (15c.) Versus in Pascha ante cibum.**

(Cathem. III, 1—25: 171—180).

1. O crucifer bone, lucis sator,  
Omniparens pie, verbigena.  
Edite corpore virgineo,  
Sed prius in genitore potens,  
Astra, solum, mare quam fierent.
2. Huc nitido, precor, intuitu  
Flecte salutiferam faciem,  
Fronte serenus et irradiat,  
Nominis ut sub honore tui  
Has epulas liceat capere.
3. Te sine dulce nihil, Domine,  
Nec iuvat ore quid adpetere,  
Pocula ni prius atque cibos.  
Christe, tuus favor imbuerit  
Omnia sanctificante fide.

4. Fercula nostra Deum sapiant,  
Christus et influat in pateras;  
Seria, ludrica, verba, iocos,  
Denique, quod sumus aut agimus.  
Trina superne regat pietas.
5. Hic mihi nulla rosae spolia,  
Nullus aromate fragrat odor,  
Sed liquor influit ambrosius,  
Nectareamque fidem redolet  
Fusus ab usque patris gremio.
6. Da, locuples Deus, hoc famulis  
Rite precantibus, ut tenui  
Membra cibo recreata levent,  
Neu piger immodicis dapibus  
Viscera tensa gravet stomachus.
7. Haustus amarus abesto procul,  
Nec libeat tetigisse manu  
Exitiale quid aut vetitum,  
Gustus et ipse modum teneat,  
Sospitet ut iecur incolune.

Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. — 2, 1 Hinc.  
— 3, 4 imbuerat. — 4, 4 quid: agamus. — 4, 5 superna. — 5, 2 flagrat. —

#### 41. (16 a.) Versus post Cibum.

(Cathem. IV, 1—23).

1. Pastis visceribus ciboque sumpto,  
Quem lex corporis imbecilla poscit,  
Laudem lingua Deo patri rependat;
2. Patri, qui Cherubim sedile sacrum  
Nec non et Seraphim suum supremo  
Subnixus solio tenet regitque.
3. Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus,  
Expers principii carensque fine,  
Reram conditor et repertor orbis,
4. Fons vitae liquida fluens ab arce,  
Infusor fidei, sator pudoris,  
Mortis perdomitor, salutis auctor.

5. Omnes quod sumus aut vigemus, inde est;  
Regnat spiritus ille sempiternus,  
A Christo simul et parente missus.
6. Intrat pectora candidus pudica,  
Quae templi vice consecrata rident,  
Postquam conbiberit Deum medullis.
7. Sed si quid vitii dolive nasci  
Inter viscera iam dicata sensit,  
Ceum spurcum refugit celer sacellum.
8. Taetrum flagrat enim vapore crasso  
Horror conscius aestuante culpa  
Offensumque bonum niger repellit.

Hymn. ms. S. Iohannis Laudunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. Mit  
Neumen. — 4, 1 liquide. — 5, 1 Omne quod. — 6, 1 condidus.

#### 42. (16 b.) Hymnus post Cibum.

(Cathem. IV. 1—3; 28—39; 70—75; 100—103).

1. Pastis visceribus ciboque sumpto.  
Quem lex corporis imbecilla poscit,  
Laudem lingua Deo patri rependat.
2. Sed ne crapula ferveat, cavendum est,  
Quae sedem fidei cibis refertam  
Usque ad congeriem coartet intus.
3. Parcis victibus expedita corda  
Infusum melius Deum receptant;  
Hic pastus animae est saporque verus.
4. Sed nos tu gemino fovens paratu  
Artus atque animas utroque partu  
Confirmas, pater, ac vigore complex.
5. Sic olim tua praecluens potestas  
Inter raucisonos situm leones  
In lapsis dapibus virum refovit.
6. His sumptis Danielus excitavit  
In caelum faciem ciboque fortis  
Amen reddidit, Alleluia dixit.
7. Sic nos muneribus tuis refecti,  
Largitor Deus omnium bonorum,  
Grates reddimus et sacramus hymnos.

8. Nos semper Dominum patrem fatentes  
In te, Christe Deus, loquemur unum  
Constanterque tuam crucem feremus.

Trop. ms. Cremifanense saec. 12. Cod. Cremitanen. 309. — 5. 1 praecliens.

**43. (16c.) Post Cibum.**

(Cathem. IV, 1—15; 73—75: 100—103).

1. Pastis visceribus ciboque sumpto,  
Quem lex corporis imbecilla poscit,  
Laudem lingua Deo patri rependat;
2. Patri, qui Cherubim sedile sacrum  
Nec non et Seraphim suum supremo  
Subnixus solio tenet regitque.
3. Hic est quem Sabaoth Deum vocamus,  
Expers principii carensque fine,  
Rerum conditor et repertor orbis,
4. Fons vitae liquida fluens ab arce,  
Infusor fidei, sator pudoris.  
Mortis perdomitor, salutis auctor.
5. Omnes quod sumus ac vigemus, inde est;  
Regnat spiritus ille sempiternus  
A Christo simul et parente missus.
6. Sic nos muneribus tuis refecti.  
Largitor Deus omnium bonorum,  
Grates reddimus et sacramus hymnos.
7. Nos semper Dominum patrem fatentes  
In te, Christe Deus, loquemur unum  
Constanterque tuam crucem feremus.

Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845.

**44. (17.) Versus Ieiunantium.**

(Cathem. VII, 1—35).

1. O Nazarene, lux Bethlem, verbum patris,  
Quem partus alvi virginalis protulit,  
Adesto castis, Christe, parsimoniis  
Festumque nostrum, rex serenus, aspice,  
Ieiuniorum dum litamus victimam.

2. Nil hoc profecto purius mysterio,  
Quo fibra cordis expiatur uvidi,  
Intemperata quo domantur viscera,  
Arvina putrem ne resudans crapulam  
Obstrangulatae mentis ingenium premat.
3. Hinc subiugatur luxus et turpis gula,  
Vini atque somni degener socordia,  
Libido sordens, inuerecundus lepos  
Variaeque pestes languidorum sensuum  
Parcam subactae disciplinam sentiunt.
4. Nam si licenter diffluens potu et cibo  
Ieiuna rite membra non coerceas,  
Sequitur frequenti marcida oblectamine  
Scintilla mentis ut tepescat nobilis,  
Animusque pigris stertat ut praecordiis.
5. Frenentur ergo corporis cupidines,  
Detersa et intus emicet prudentia;  
Sic excitato perspicax acumine  
Liberque flatu laxiore spiritus  
Rerum parentem rectius precabitur.
6. Elia tali crevit observantia,  
Vetus sacerdos, ruris hospes aridi,  
Fragore ab omni quem remotum et segregem  
Sprevisse tradunt criminum frequentiam  
Casto fruentem Syrtium silentio.
7. Sed mox in auras igneis ingalibus  
Curruque raptus evolavit praepete,  
Ne de propinquo sordium contagio  
Dirus quietum mundus adflaret virum,  
Olim probatis inclitum ieiuniis.

Collect. ms. S. Iohannis Laudunen? saec. 10. Cod. Bernen. 455. —  
2, 2 expiatur invidi. — 6, 1 Helia. — Vgl. Nr. 8, wo die zwei ersten Strophen  
dieses Liedes als verbreiteter Hymnus in der Fastenzeit mitgeteilt wurden,  
während hier sieben Strophen als Tischgebet oder Tischgesang gebraucht er-  
scheinen.

#### 45. (18.) Versus post Ieiunium.

(Cathem. VIII, 1—32).

1. Christe, servorum regimen tuorum,  
Mollibus qui nos moderans habenis  
Leniter frenas facilisque saeptos  
Lege coerces.

2. Ipse cum portans onus impeditum  
Corporis duros tuleris labores,  
Maior exemplis famulis remisso  
Dogmaté palpas.
3. Nona submissum rotat hora solem  
Partibus vixdum tribus evolutis,  
Quarta devexo superest in axe  
Portio lucis.
4. Nos brevis voti dape vindicata  
Solvimus festum fruimurque mensis  
Adfatim plenis, quibus imbuatur  
Prona voluptas.
5. Tantus aeterni favor est magistri,  
Doctor indulgens ita nos amico  
Lactat hortatu, levis obsequela ut  
Mulceat artus.
6. Addit et, ne quis velit invenusto  
Sordidus cultu lacerare frontem,  
Sed decus vultus capitisque pexum  
Comat honorem.
7. Terge ieiunans, ait, omne corpus.  
Neve subducto faciem rubore  
Luteus tingat color aut notetur  
Pallor in ore.
8. Rectius laeto tegimus pudore,  
Quidquid ad cultum patris exhibemus;  
Cernit occultum Deus et latentem  
Munere donat.

Hymn. ms. S. Iohannis Laudunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. — 1, 1  
Christe sanctorum. — 2, 1 onus impedimentum. — 2, 2 Corporis os tuleris.  
— 2, 4 Domate. — 3, 1 rota. — 5, 3 obsequilla. — 8, 4 donat.

#### 46. (19.) Versus ante Somnum.

(Cathem. VI, 1—32).

- |   |  |
|---|--|
| 1. Ades, pater supreme,<br>Quem nemo vidit unquam,<br>Patrisque sermo Christe<br>Et spiritus benigne. | 3. Fluxit labor diei,<br>Redit et quietis hora,<br>Blandus sopor vicissim<br>Fessos relaxat artus. |
| 2. O trinitatis huius<br>Vis una, lumen unum,<br>Deus ex Deo perennis,<br>Deus ex utroque missus.     | 4. Mens aestuans procellis<br>Curisque sauciata<br>Totis bibit medullis<br>Obliviale poclum.       |



- |   |   |
|---|---|
| 5. Serpit per omne corpus<br>Letaea vis, nec ullum<br>Miseris doloris aegri<br>Patitur manere sensum. | 7. Sed dum pererrat omnes<br>Quies amica venas<br>Pectusque feriatum<br>Placat rigente somno,           |
| 6. Lex haec data est caducis<br>Deo iubente membris,<br>Ut temperet laborem<br>Medicabilis voluptas.  | 8. Liber vagat per auras<br>Rapido vigore sensus<br>Variasque per figuras,<br>Quae sunt operta, cernit. |

Hymn. ms. S. Iohannis Laudunen. saec. 10. Cod. Bernen. 455. — 3, 2  
Rediit quietis. — 3, 3 Blandor. — 4, 1 aestuat. — 6, 4 voluptat. — 8, 1  
vagas.

**47. (20.) Versus circa Exsequias Defuncti.**

(Cathem. X, 1—32).

1. Deus, ignee fons animarum,  
Duo qui socians elementa  
Vivum simul ac moribundum  
Hominem, pater, effigiasti,
2. Tua sunt, tua, rector, utraque,  
Tibi copula iungitur horum,  
Tibi, dum vegetata cohaerent,  
Spiritus simul et caro servit.
3. Rescissa sed ista seorsum  
Solvunt hominem perimuntque,  
Humus excipit arida corpus,  
Animae rapit aura liquorem.
4. Quia cuncta creata necesse est  
Labefacta senescere tandem  
Compactaque dissociari  
Et dissona texta retexi.
5. Hanc tu, Deus optime, mortem  
Famulis abolere paratus.  
Iter inviolabile monstras.  
Quo perdita membra resurgant,
6. Ut, dum generosa caducis  
Ceu carcere clausa ligantur.  
Pars illa potentior exstet,  
Quae germen ab aethere traxit.

7. Si terrea forte voluntas  
Luteum sapit et grave captat,  
Animus quoque pondere victus  
Sequitur sua membra deorsum.
8. At si generis memor ignis  
Contagia pigra recuset,  
Vehit hospita viscera secum  
Pariterque reportat ad astra.

Hymn. ms. S. Iohannis Laudunen. saec. 19. Cod. Bernen. 455. — 4, 4  
texa. — 5, 3 monstraus. — 8. 4 reportet.

## Meropius Pontius Paulinus.

Episcopus Nolanus.

† 431.

Paulinus, 353 (54) zu Bordeaux einer ebenso vornehmen wie wohlhabenden Familie — sein Vater war praefectus praetorio für Gallien — entsprossen, erhielt in seiner Vaterstadt eine umfassende und verfeinerte, Rechtswissenschaft und schöne Literatur verknüpfende Bildung. Unter seine Lehrer zählte der berühmte Rhetor Ausonius, mit dem er in ein innigeres Freundschaftsverhältnis trat und in regem brieflichen Verkehre blieb. Paulin ergriff die Beamtenlaufbahn, ward Senator und 379 Consul, dann Consular von Campanien. Christ geworden begab er sich nach dem vorzeitigen Tode seines einzigen Kindes mit seiner Gemahlin Therasia, einer Spanierin, in deren Heimat, woselbst er vier Jahre in asketischer Zurückgezogenheit lebte. In diese Zeit fällt jener Briefwechsel mit Ausonius, in dem dieser die Lebensrichtung, die sein Schüler und Freund genommen, beklagte und verurteilte, während jener sein neugewonnenes inneres Glück mit Wärme verteidigte. Zum Presbyter geweiht (393), wandte sich Paulin im folgenden Jahre nach Nola, wo er, nahe dem Grabe seines Lieblingsheiligen Felix, das er aus schmücken liefs und besang, die begonnene Lebensweise fortsetzte. Im Jahre 409 wurde er zum Bischof von Nola erwählt und starb daselbst den 22. Juni 431. — Vgl. Buse, Paulin, Bischof von Nola und seine Zeit. Regensburg 1856. — Schanz, Gesch. der röm. Literatur IV 1, 235 ff.

Gennadius zufolge hätte Paulin ein ganzes Buch der Hymnen verfaßt: „Fecit et sacramentarium et hymnarium“ oder, wie andere lesen: „Fecit et sacramentorum [librum] et hymnorum (de viris illustr. c. 49). Wenn unter diesem Hymnenbuche nicht etwa die Carmina Natalitia auf den hl. Felix zu verstehen sind, so ist dasselbe als in Verlust geraten zu beklagen. Unter den uns erhaltenen Gedichten Paulins sind nur einige wenige, die wir der Hymnendichtung, noch dazu der Hymnendichtung im weiteren, nicht liturgischen Sinne, zuzählen können, nämlich aufser drei poetischen Psalmenparaphrasen nur noch das sg. Morgengebet. Dieselben sind im folgenden aus der Ausgabe Hartls, Sancti Pontii Meropii Paulini Nolani Carmina. Vindob. 1894, ausgehoben.

Nicht aufgenommen habe ich Carmen V.; so gewichtige innere Gründe für die Abfassung dieses Gebetes durch Paulin sprechen mögen, angesichts der handschriftlichen Überlieferung wage ich nicht, dasselbe Ausonius abzusprechen. Vgl. Mertens, Quaestiones Ausonianae Lipsiae 1880, S. 23 ff. Philipp, Zum Sprachgebrauch des Paulinus von Nola. Erlangen 1904, S. 46 ff.

Zwei weitere unter den Begriff der christlichen Hymnodik fallende Gedichte hat Hartl im Appendix als Carmen II. und III. beigefügt. Letzteres hat zuerst Angelo Mai aus Cod. Vatican. Urbin. 533 saec. 15. herausgegeben und Paulin zugesprochen. Diese Zueignung bleibt unsicher. Das andere, „Lux festa sacris vult litari paginis“, das auch in Riese Anthol. I.

2 Nr. 928 (S. 341 u. f.) sich findet, worauf Hartl nicht aufmerksam geworden zu sein scheint, hat zuerst Caspar Barth, *Advers. Comment. l. XXXIV, c. 1* herausgegeben. Seltsam klingt der Fundbericht: „Dum Argentoratum . . . spatiantes vetera rudera Carthusiae perlustramus, ecce tibi hominem benevolum nostri, qui, dum de bibliothecis praeis inquirentem audit, ultra nobis muneratur codicem membranaceum, in quo liber Augustini de duodecim abusivis, nescio an editus, an etiam legitimus, . . . tum vero in fine reperiuntur nonnulla carmina variorum, ut videtur, auctorum. Inter quae iambum hunc offendi Latinum, doctum, disertum, quem si mei iudicii res sit, Paulino ascribere non dubitem.“ Niemand wird indes dies „egregium, si non plane divinum monumentum“ lesen, ohne seine Verwandtschaft mit dem pseudobernhardinischen *Iubilus de Nomine Iesu* zu erkennen. Entweder der Verfasser des *Iesu dulcis memoriae* kannte diese Ode, oder der Dichter dieser kannte den *Iubilus*. Da außerdem die ganze Haltung des Gedichtes eine solche ist, die eher den Humanisten denn den altchristlichen Dichter zu verraten scheint, möchte ich glauben, daß wir es mit einer der nicht seltenen Fälschungen jener Zeit der Wiedergeburt zu tun haben.

#### 48. (1.) Oratio.

Carm. IV.

- Omnipotens genitor, rerum cui summa potestas,  
 Exaudi, si iusta precor; ne sit mihi tristis  
 Ulla dies, placidam nox rumpat nulla quietem,  
 Nec placeant aliena mihi, quin et mea prosint  
 5 Supplicibus, nullusque habeat mihi vota nocendi  
 Aut habeat nocitura mihi, male velle facultas  
 Nulla sit ac bene posse assit tranquilla potestas.  
 Mens contenta suo nec turpi dedita lucro  
 Vincat corporeas casto bene conscia lecto  
 10 Illecebras, turpesque iocos obscenaque dicta  
 Oderit illa nocens et multum grata malignis  
 Auribus effuso semper rea lingua veneno.  
 Non obitu adfligar cuiusquam aut funere crescam,  
 Invideam nunquam cuiquam nec mentiar unquam.  
 15 Assit laeta domus epulisque alludat inemptis  
 Verna satur fidusque comes nitidusque minister  
 Morigera et coniunx caraque ex coniuge nati.  
 Moribus haec castis tribuit Deus, hi sibi mores  
 Perpetuam spondent ventura in saecula vitam.

Cod. Leyden. Vossian. 111. saec. 9. A. — Cod. Parisin. 7558. saec. 9. B. — 5 habet corrig. in habeat A. — 6 nocitura nihil B. — 7 sit hac A. — 8 contenta A; dedita A. — 9 vincat A. — 10 turpisque B. — 13 obitum B. — 15 que fehlt AB. — 17 coniuge A. — 18 his ibi AB. — „Incipit oratio sancti Paulini“ AB. — Hartl p. 3.

49. (2.) Psalmus I.

Carm. VII.

- Beatus ille, qui procul vitam suam  
Ab impiorum segregarit coetibus  
Et in via peccantium non manserit  
Nec in cathedra pestilenti sederit,  
5 Sed corde toto fixus in legem Dei  
Praecepta vitae nocte volvit et die  
Mentemque castis institutis excolit.  
Erit ille ut arbor, quae propinqua flumini  
Humore ripae nutriente pascitur  
10 Suoque fructum plena reddet tempore  
Et fronde nunquam defluente pervirens  
Stabit perenni vividum lignum coma.  
Non haec iniquos prosequetur gloria,  
Sed, ut favillam pulveris ventus rapit,  
15 Sic ira iniquos verret a vultu Dei.  
Idcirco tali dividuntur ordine  
Hominum per orbem dissipatorum greges,  
Ut iudicandi non resurgant impii,  
Qui depegarunt debitum cultum Deo,  
20 Sed puniendi; namque crimen evidens  
Non indigebit quaestione detegi,  
Quoniam imminentem praeferent mortis notam  
Signum salutis non gerentes frontibus.  
Peccator autem non et impius tamen,  
25 Quae magna turba est, non resurget gloriae,  
Verum resurget deputanda examini.  
Nec enim sedere cum piis iudex potest  
Causas suorum redditurus actuum  
Varieque gestis aut probandus aut reus.  
30 Sine lege passim legis ignari cadent,  
In lege lapsus lege iudicabitur.  
Opus per omne curret ignis arbiter;  
Quod non cremarit flamma, sed probaverit,  
Illud perenni praemio pensabitur.  
35 Qui concremanda gesserit, damnum feret,  
Sed ipse salvus evolabit ignibus;  
Tamen subusti corporis signis miser  
Vitam tenebit, non tenebit gloriam,  
Quia carne victus, mente non versus tamen,  
40 Etsi negarit debitam legi fidem  
Per multa saepe devolutus crimina,  
Tamen fidei nomen aeternum gerens,  
Nunquam salutis exsulabit finibus.

- Idcirco cuncti nunc in isto saeculo,  
45 Dum currit aetas et dies aevi patet,  
Rectas agamus semitas firmo pede  
Nec deferamur lubrico latae viae.  
Praestat per artum dimicantes tramitem  
Laboriosis introire nisibus.  
50 Vias bonorum laetus agnoscit Deus,  
At impiorum pronum iter delebitur.

Cod. Parisin. 2122. saec. 10. A. — Cod. Parisin. (ol. Paredien.) 2772. saec. 10/11. B. — 4 pestilentiae AB. — 5 lege AB. — 8 bis 51 fehlen B. — 10 fluctu plena redde A. — 13 prosequitur A. — 15 Sic in ira A. — 20 nam crimen videns A. — 21 quaestioni A. — 29 Variaequae A. — 33 cremavit A. — 42 fidei non gerens A. — 48 dimicantis A. — 50 loetas A. — Hartl, p. 18 sqq.

### 50. (3.) Psalmus II.

Carm. VIII.

- Cur gentes fremuere et inania sunt meditati  
Populi? Astiterunt proceres cum regibus acti  
Adversum Dominum et Christum vesana frementes;  
Vincula rumpamus, iuga discutiamus eorum.  
5 Qui manet aeterno totis moderamine caelis,  
Irridebit eos iustaque loquetur in ira  
Terribilique minax verbo turbabit iniquos;  
Ast ego rex ab eo parili ditione creatus,  
Praeceptum Domini super alnum praedico Sion.  
10 Ipse ad me Dominus: meus, inquit, filius es tu,  
Teque hodie genui; pete, sis mihi gentibus heres,  
Et tua fundatur totis possessio terris.  
Ferrea virga tibi est, valido quia iure tumentes  
Orbe regis toto populos, ceu vasa recocto  
15 Ficta luto frangens corda, ut meliora reformes.  
Et nunc, ecce, omnes stratis advertite reges  
Mentibus et quicumque hominum famulantia corda  
Iudicio regitis rerumque tenetis habenas:  
Deservite Deo trepidi mixtoque fideles  
20 Exsultate metu; fiat discordia concurs  
Dissimiles socians affectus pectore in uno,  
Ne timor adfligat mentes vel gaudia solvant,  
Si careant laeto pavidi formidine leti.  
Discite iustitiam rectosque capessite mores  
25 Et iusto trepidate Deo, gaudete benigno,  
Ne quando meritum Deus irascatur in orbem  
Vosque via iusta iuste pereatis abacti.  
Amodo iam resilire via properetis iniqua.

Ecce, brevi, cum magna potentis exarserit ira,  
 30 Ventilet ut totum divino examine mundum,  
 Segreget et paleas igni, frumenta saluti;  
 Tunc omnes, quibus est in eo spes fida, beati.

Cod. Parisin. 2122. saec. 10. — 15 lugo korrig. in luto. — 22 adffigant.  
 — 24 capessito. — 28 Modo iam. — 30 Ventilet u totum divine. — Hartl.  
 p. 20 sq.

51. (4). Psalmus CXXXVI.

Carm. IX.

Sedimus ignotos dirae Babylonis ad amnes  
 Captivi, Iudaea manus, miserabile flentes,  
 Cum patrium memori traheremus pectore Sion  
 Et meritum iusta suspiraremus ab ira  
 5 Exsilium, lentis qua consita ripa salictis  
 Hospitibus populis umbras praebebat amicas.  
 Illic Assyriae mediis in moenibus urbis  
 Obliti laetas per maesta silentia voces  
 De salicum ramis suspendimus organa nostra.  
 10 Namque dabat nobis durum gravis ira dolorem,  
 Quod solita in sancto depromi cantica templo  
 Haec ad delicias sibi nos cantare iubebat  
 Impius ille, domo qui nos abduxerat, hostis.  
 Ergone divinas laudes et carmina castis  
 15 Apta choris inter sacra barbara foedaque busta  
 Inter et accensas funestis ignibus aras,  
 Heu, male de nostro laetis maerore canemus  
 Deque pio ritu luxum faciemus iniquum,  
 Mystica ad hostilem modulantes cantica ludum?  
 20 Quo miseri nunc ore sacros cantabimus hymnos,  
 Quo loco Babylon poscit sibi cantica Sion?  
 Sed Domini carmen tellus aliena mereri  
 Non capit, indignas sacra vox avertitur aures.  
 Si tamen ut captis dominus violentior instas,  
 25 Et si tantus amor Sion pia noscere vobis  
 Cantica, si pergis me cogere non tua fari  
 Et divina tibi quaenam sint cantica Sion,  
 Accipe, quid captae Deus ultor spondeat urbi,  
 Ne longum speres isto gaudere triumpho,  
 30 Impie, quo sacrum prodi tibi praecipis hymnum;  
 Ecce, quis est hymnus Domini, quae cantica Sion?  
 Si fuero oblitus mea moenia, te, mea cara,  
 Urbs Hierusalem, fiat mea non memor unquam  
 Dextra mei, mea lingua meis et adhaereat arens  
 35 Faucibus, aeterno nisi te complectar amore  
 Et nisi principio promissi in saecula regni

- Laetitiaequae meae primo reminiscar in anno,  
 Te cunctis, Hierusalem, praeponere terris.  
 Esto memor tum prolis Edom, ut versa vice nostrum
- 40 Aspiciat confusa diem, quo plebs tua claram  
 Moenibus aeternis Hierusalem habitabit,  
 Cui nunc gens oblita tui crudele minatur  
 Excidium dicens: invisam funditus urbem  
 Diruite et vacuate manu, vestigia donec
- 45 Nulla relinquantur muris ad inane redactis.  
 Infelix miserae Babylonis filia, felix,  
 Qui tibi pro nobis in nos tua gesta rependet,  
 Nec minus ille beatus erit, qui parva tenebit  
 Et simul elidet solidae tua pignora petrae.
- 50 Si cupis extincta Babylonis stirpe bearī,  
 In te ipso primis gliscentia crimina flammis  
 Frange fide. Iam propter adest petra Christus; in ipso  
 Vipeream subolem validis elide lacertis.  
 Nam Babylon nomen confusio, filia cuius
- 55 Est caro, peccatis mater, quae turba saluti  
 Noxia corporeis ducit mala semina fibris.  
 Haec vincenda tibi, si vis evincere mortem.  
 Namque tuis tales inclusos ossibus hostes,  
 Si permittantur crescendo assumere vires,
- 60 Difficili vinces luctamine; praecipe parvos,  
 Dum rudis ex utero cordis per pectora capta  
 Reptat adhuc teneris vitiorum infantia membris;  
 Quae nisi praecaveas, aucta virtute necabit  
 Concordem vitis animam terrena propago.
- 65 Ne parcas igitur talem maectare catervam.  
 Non tibi crimen erit nocituram perdere gentem  
 Ultricemque malo perfundere sanguine petram;  
 Gaudet enim iustus, si concidat impia proles.  
 Nam magis atque magis pius ista caede piatur,
- 70 Si perimat peccata suis dominantia membris  
 Et fracta in Christo vitiorum plebe triumphet.

Cod. Parisin. 2122, saec. 10. A. — Cod. Parisin. (ol. Paredien.) 2772, saec. 10<sup>11</sup>. B. — 4 iustas. — 5 consista A; salectis AB. — 6 praemebat B. — 7 urbes A. — 8 oblite B. — 9 De salium rami B. — 13 hostes AB. — 17 ca[ne]mes korrīg. in canemus B. — 18 De quo A. — 20 hymnus A. — 21 canta Sion B. — 24 instans B. — 28 bis 31 am Rande nachgetragen A. — 31 qui canta Sion B. — 32 fuere B. — 39 Edum, ut versa vice nostrum B. — 40 que plebs B. — 43 insam mit überschriebenem u B. — 47 rependit B. — 49 solida etna pignora patrae B. — 50 extinctae A. — 51 primi gliscentia grimina B. — 52 iam fehlt AB. — 55 materque A. — 56 febrī B. — 58 tuis tale B; nitalis A. — 61 rudes AB; exutere B. — 62 Repta B; infancia membris B. — 63 acta B. — 64 viciis anima terrenam B. — 66 Non korrīg. in nan B; erimenen nerit nocitura perdae regentem B. — 67 profundere B. — 68 prolis AB. — „Incipit de psalmis quibusdam versus eiusdem. Psal. centesimus XXXVI.“ A; Incipiunt versus de psalmo CXXXVI, id est de fluminibus Babylonis B. — Hartl, p. 21 sqq.



## Caelius Sedulius

saec. V. med.

Die Nachrichten über das Leben dieses christlichen Dichters sind so spärlich, unzuverlässig und sich widersprechend, daß man rücksichtlich derselben zu einem gesicherten Resultate nicht zu gelangen vermag. Nach Huemer, der die eingehendsten Untersuchungen über den Gegenstand angestellt hat (*De Sedulii poetae vita et scriptis commentatio*, Vindob. 1878), wäre Sedulius, dessen zweiter Name Caelius fraglich bleibt (S. 9 u. f.), nicht in Schottland (S. 11 ff.) noch auch in Spanien (S. 15 u. f.), sondern in Italien, und zwar in Rom beheimatet gewesen (S. 16 u. f.), hätte unter dem jüngeren Theodosius und Valentinian gelebt (S. 23 ff.), seine Werke in Achaia geschrieben (S. 27. u. f.) und sei aus dem Laienstande, dem er ursprünglich angehört habe, in den geistlichen übergetreten, ohne daß sich der Rang bestimmen ließe, den er eingenommen habe (S. 28 u. f.). Ungewiß bleibt, ob er später, wie Trithemius will, nach Rom zurückgekehrt, ungewiß wo und wann er gestorben sei (S. 30).

Wir besitzen von Sedulius zwei Werke, richtiger ein Werk in doppelter, poetischer und prosaischer, Bearbeitung, das *Carmen paschale* und das *Opus paschale*, eine Art Evangelienharmonie in vier Büchern, denen ein Buch ausgewählter Begebenheiten und Wundertaten des alten Bundes vorhergeht (Vgl. Leimbach, *Caelius Sedulius und sein Carmen paschale*, Goslar 1879). Der Dichter widmete das *Carmen* einem sonst unbekanntem Presbyter, Macedonius, der ihn (aus welchen Gründen, entzieht sich uns), veranlaßte, dasselbe einer prosaischen Neubearbeitung zu unterziehen. Die Werke des Sedulius hat nach dessen Tode Turcius Rufius Asterius V. C., der 494 Consul war, herausgegeben. Ob diese Ausgabe die erste war, ob Asterius deren eine oder zwei veranstaltet, ist nicht mit voller Sicherheit zu entscheiden (Vgl. Huemer l. c. 31 sq.). Dem *Carmen paschale* folgen in den Quellen in der Regel die beiden Hymnen, welche nachstehend gemäß der Ausgabe Huemers (*Sedulii Opera omnia*, Vindobonae 1885, *Corpus Scriptt. eccl. lat.* X, 155 sqq.) mitgeteilt werden. Für den ersteren derselben habe ich die Münchener, für den zweiten die Wiener und Münchener Handschriften nochmals verglichen und die Lesarten von Bruxellen, 8860—67 beigelegt. Bezüglich der Authenticität der Hymnen vgl. Huemer, *Commentatio* S. 41 ff.

### 52. (1.) Hymnus Prior.

R. Cantemus, socii, Domino cantemus honorem,  
Dulcis amor Christi personet ore pio.

1. Primus ad ima ruit magna de luce superbus,  
Sic homo, cum tumuit, primus ad ima ruit.
2. Unius ob meritum cuncti periere minores,  
Salvantur cuncti unius ob meritum.

3. Sola fuit mulier, patuit qua ianua leto,  
Et, qua vita redit, sola fuit mulier.
4. Frater iniquus erat, iustum qui percudit olim,  
Damnator Christi frater iniquus erat.
5. Transitus ille monet, quid prima amisit origo,  
Quid ventura parent, transitus ille monet.
6. Arca levatur aquis, homines ut perderet aequor;  
Ne pereant homines, arca levatur aquis.
7. Sume, pater, populos pro nati vulnere cunctos;  
Cum tradis Christum, sume, pater, populos.
8. Hostia summa patris tacitis signata figuris,  
Quam reserat Christus, hostia summa patris.
9. Claudicat, ecce, videns Dominum, dum praevalet, heres;  
Aspera gens Christum claudicat, ecce, videns.
10. Reppulit ille famem venitus crimine fratrum,  
Venditus est Christus, reppulit ille famem.
11. Perfide, corde peris, dum vastant omnia plagae,  
Dum cessant plagae, perfide, corde peris.
12. Agnus ab hoste sacer revocavit sanguine patres.  
Sanguine nosque refert agnus ab hoste sacer.
13. Obruit unda nefas populo gradiente per aequor,  
Nunc populis mundi obruit unda nefas.
14. Murmurat impietas manna veniente refecta,  
Panis adest Christus, murmurat impietas.
15. Plebs sibi dura caput terrae cultoris adoptat.  
Abstulit, heu, Christum plebs sibi dura caput.
16. Lex dedit indicium veteris de crimine poenae,  
Quodque salus veniat, lex dedit indicium.
17. En, lapis irriguus! satiare, incredule, fonte!  
Qui Christum reprobas, en, lapis irriguus!
18. Carpitur igne sacro munus votumque piorum,  
Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
19. Regna beata patris legis non contigit heres,  
Iesus dispensat regna beata patris.
20. Destruit arca Dei, muros dum circuit, hostem;  
Sic hostem mundi destruit arca Dei.

21. Area vellus habet, madido sed vellere sicca est;  
Siccum tota madens area vellus habet.
22. Vincis honore Dei promisso in munere gentes,  
Affectum natae vincis honore Dei.
23. Tu decus omne tuis, qui sternis caede Goliath;  
Qui vincis mundum, tu decus omne tuis.
24. Maxima dona Dei cuncti cecinere prophetae,  
Implevit Christus maxima dona Dei.
25. Pondera dura tulit mandatum legis et iram,  
Gratia mandati pondera dura tulit.
26. Virgo Maria nitet nullo temerante pudore,  
Post partum pueri virgo Maria nitet.
27. Filius hic hominis fit maxima quaestio mundi,  
Nobiscum Deus est filius hic hominis.
28. Gaudia magna Dei mundus percepit et ambit;  
Respuit, heu, mundus gaudia magna Dei.
29. Signa movent populos, cernunt magnalia caeci,  
Nulla tamen duros signa movent populos.
30. Aspera mors populis ligno deducta cucurrit,  
Aufertur ligno aspera mors populis.
31. Ipse tulit Dominus pro poenis munera servis,  
Pro servis poenas ipse tulit Dominus.
32. Vita beata necem miseris avertere venit,  
Pertulit a miseris vita beata necem.
33. Lumen adesse Dei persensit tartarus ingens,  
Nec cernunt homines lumen adesse Dei.
34. Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem,  
Subdita congemit mors fera per hominem.
35. Suscitatur, ecce, genus morti pater ille profanus,  
Ad vitam Christus suscitatur, ecce, genus.
36. Hic populus Dominum dura cervice negavit,  
Suscepit primus hic populus Dominum.
37. Sanguine laeta redit fuso gens impia Christi,  
Gustato Christi sanguine laeta redit.
38. Crimina cuncta suis terrenus contulit auctor,  
Dissolvit Christus crimina cuncta suis.

39. Libera corda sibi facinus devinxerat olim,  
Nunc reficit Christus libera corda sibi.
40. Fortia vincla dedit peccati saeva potestas,  
Dulcis amor Christi fortia vincla dedit.
41. Iam super astra sedet; cuncti exsultate fideles!  
Perfide, quid saevis? iam super astra sedet.
42. Mortuus ille tonat, caelum terramque subegit;  
Quid facient hostes? mortuus ille tonat.
43. Pellitur umbra die, Christo veniente figura;  
Christus adit gentes, pellitur umbra die.
44. Te properare docent et signa et saecula prima;  
Nos sacra, quae gerimus, te properare docent.
45. Unicus adveniens firmavit vota priorum,  
Vota dedit nobis unicus adveniens.
46. Passio, Christe, tui complevit munera legis;  
Munera nostra replet passio, Christe, tui.
47. Hic homo, qui Deus est, spes est antiqua priorum,  
Spes in fine piis hic homo, qui Deus est.
48. Munus erit fidei toto credentibus aevo;  
Qui dedit, ut credant, munus erit fidei.
49. Te veniente, Deus, mundanus concidit error,  
Occidit hic mundus te veniente, Deus.
50. Gratia plena Dei est, quae totis gentibus exstat.  
Abscedant sectae, gratia plena Dei est.
51. Sola columba redit, quae totum circuit orbem.  
Discedant corvi, sola columba redit.
52. Adveniet Dominus dare digna piis, mala pravis:  
Credite iam, miseri! adveniet Dominus.
53. Visio, Christe, tui tormentum et poena malorum est,  
Gloria cuncta bonis visio, Christe, tui.
54. Gloria magna patri, semper tibi gloria, nate.  
Cum sancto spiritu gloria magna patri.

Collect. ms. Bobbiense saec. 7. Cod. Taurinen. E IV 44. A. — Collect. ms. Anglosaxonicum saec. 8. Cod. Gothannus I 75. B. — Collect. ms. Coll. Trecent. saec. 9. Cod. Montepessulan. 362 C. — Collect. ms. S. Remigii Remen. saec. 9. Cod. Parisin. 9347. D. — Collect. ms. Corbeicense saec. 9. Cod. Parisin. 14143. E. — Collect. ms. Pratense saec. 9. Cod. Parisin. 13377. F. — Collect. ms. Augiense saec. 9. ex. Cod. Carolsruhan. Aug.

217. G. — Idem 2<sup>o</sup> Ga. — Collect. ms. Floriacense saec. 9/10. Cod. Bernen.  
 267. H. — Collect. ms. S. Petri Carnoten. saec. 9/10. Cod. Carnoten. 58. I.  
 — Collect. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 242. K. — Collect.  
 ms. Tegurinum saec. 10. Clm. Monacen. 18628. L. — Collect. ms. Trevirensis  
 saec. 10. Cod. Treviren. 1464. M. — Collect. ms. incerti orig. saec. 11.  
 Cod. Bernen. 286. N. — Opera Sedulii ms. saec. 11. Cod. Vindobonen. 307.  
 O. — Collect. ms. Lambacense saec. [10. et] 11. Cod. Vindobonen 85. P. —  
 Collect. ms. Emmeramense saec. 11. Clm. Monacen. 14569. Q. — Collect.  
 ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14693. R.

R. 1 Dominum A; Domino socii R. — R, 2 Christum, korr. in  
 Christi N; resonet A. — 1, 2 Hic homo M. — 2, 1 perire D; minoris korr.  
 in minores A. — 3, 1 patuit que A; qua HI. — 3, 2 Ex qua BDGHIKLM.  
 — 4, 2 frater incus C. — 5, 1 quod GI; prima misit A. — 5, 2 patent  
 AG. — 6, 1 hominis A; ne perderet LQR — 8, 1 über „tacitis“ dudum B;  
 dudum G. — 8, 2 referat I, rexerat C, referebat G. — Nach Str. 8 folgt  
 Str. 34 N. — 9, 1 Domino ADQ; heros E. — 10, 1 famen AK. — 10, 1  
 venditus BCDFGHI; venditus (cum glossa distractus) E; distractus KMDQR.  
 — 11, 1 cum ACLQ. — 11, 2 Cum EIKLO; plagae korr. in poenae AG;  
 poenae E. — 12, 1 sacer fehlt Q; reduxit ACL; patris A; fratres E. — 13, 2  
 populi D; populus C; populus mundans R. — 14, 1 viniente A; referta HI;  
 referta korr. in refecta C. — 14, 1 Murmorat A. — 16, 2 venit P. — 17, 1  
 incredulo F. — 20, 1 Distruit A; distruis korr. in destruit C. — 17, 2  
 destruit korr. in destruit A; destruit CD. — 21, 1 und 2 umgestellt I. —  
 21, 2 Sic cum L; madans G. — 45, 1 gentis A. — 22, 2 Effectum korr.  
 in affectum A; nata A. — 23, 1 quis ternos C; Golian CDHKQR. — 23, 2  
 tues decus A. — 26, 1 pudorem BDEFQ. — 28, 2 Respuet A; hic mundus  
 I; heus Q. — 29, 1 populus A. — 29, 2 populus signa movent populos Q.  
 — 30, 1 populi F, populi korr. in populis G; detructo cocarrit A. — 31, 2  
 poenis K. korr. in poenas L. — 32, 1 a miseris I. — 32, 2 Bertulit G,  
 Extulit L; a fehlt A. — 33, 2 Nec credunt BHILM'R. — 34, 1 Mors fuerat  
 korr. in ferat A; homeum A; sibi miseru A; misero H; subdedit A;  
 subdit R. — Str. 34 fehlt N. — 34, 2 contremuit CL; Subdita mors gemuit  
 Q. — 36, 1 Huic AK; dura Dominum I — 36, 2 Suscipit korr. in sus-  
 cepit A; primum BC. — 37, 1 ridet DEF; bibet P. — 37, 2 costato A. —  
 38, 1 terrenis M; korr. in terrenus L; autur A. — 38, 2 devixerat K. —  
 39, 2 refecit korr. in reficit G. — 41, 1 sedit A; fidelis A. — 41, 2  
 Perfede qued A; sedit L; sedet korr. in sedit A. — 42, 2 faciunt BEGKMN.  
 — 43, 1 Tellitor A; pellitus C; pella korr. in pellitur G; diei C; Christi L.  
 korr. in Christo C; figurae D. — 43, 2 adet korr. in adit A; gentis A;  
 pellat G. — 44, 1 dotent A; et fehlt A; docent tot signa HR. — 44, 2 Nos  
 saturaque A, korr. in sacraque; dotent A. — 45, 1 advenies A; piorum GL.  
 — 45, 2 Tota dedit O. — 46, 1 tui korr. in tua L. — 46, 2 tua L. —  
 47, 1 homo que Deus pes; piorum GL; tuorum korr. in piorum A. —  
 48, 1 erat O; fedei A; tota redeuntibus F. — 48, 2 credunt F. — 49, 1 Te  
 vente Deus A; Tunc veniente P; contedit korr. in concidit A; condidit R.  
 — 49, 2 Occubuit mundus BCIM; Concidit hic mundus Q; mundus A. —  
 50, 1 Gratia Dei plena est AG; qui I. — 50, 2 Obstedant A; obcedant L;  
 secta K. — 51, 1 redique korr. in reditque A. — 52, 1 piis et mala L. —  
 5, 2 Gredete A. — 53, 1 tormentum A; malorum sit A. — 54, 2 sancto  
 spirito A; spiritu sancto IKP; Flamme cum sancto Q. —

Incipiunt versus Sedulii presbyteri B; Incipit hymnus sancti Sedulii D;  
 Incipit hymnus eiusdem EN; Incipit paractericum carmen eiusdem Sedulii  
 L; Incipiunt versus eiusdem Q; Incipit eiusdem veteris ac novae auctoritatis  
 carmen R. — Explicit carminis liber Sedulii F; Explicit reciprocum carmen  
 Sedulii L. Die Aufschrift, welche diesem Gedichte des öfteren gegeben wird,  
 „Collatio veteris et novi testamenti“, erschöpft keineswegs den Inhalt des-  
 selben. Die ersten zwei Verse: Cantemus socii halte ich nicht, wie Huemer  
 (Commendatio p. 47) für ein Motto, „praefatiunculam hymnorum vel potius  
 omnium Sedulii librorum“, sondern für einen Rundreim.

53. (2.) Hymnus Alter.

1. **A** solis ortus cardine  
Adusque terrae limitem  
Christum canamus principem,  
Natum Maria virgine.
2. **B**eatus auctor saeculi  
Servile corpus induit,  
Ut carne carnem liberans  
Non perderet, quod condidit.
3. **C**lausae parentis viscera  
Caelestis intrat gratia,  
Venter puellae baiulat  
Secreta. quae non noverat.
4. **D**omus pudici pectoris  
Templum repente fit Dei,  
Intacta nesciens virum  
Verbo creavit filium.
5. **E**nixa est puerpera.  
Quem Gabriel praedixerat,  
Quem matris alvo gestiens  
Clausus Iohannes senserat.
6. **F**eno iacere pertulit,  
Praesaepe non abhorruit  
Parvoque lacte pastus est,  
Per quem nec ales esurit.
7. **G**audet chorus caelestium,  
Et angeli canunt Deum,  
Palamque fit pastoribus  
Pastor creatorque omnium.
8. **H**ostis Herodes impie,  
Christum venire quid times?  
Non eripit mortalia,  
Qui regna dat caelestia.
9. **I**bant magi, qua venerant,  
Stellam sequentes praeviam,  
Lumen requirunt lumine,  
Deum fatentur munere.
10. **K**aterva matrum personat  
Collisa deflens pignora,  
Quorum tyrannus milia  
Christo sacravit victimam.
11. **L**avacra puri gurgitis  
Caelestis agnus attigit,  
Peccata qui mundi tulit,  
Nos abluendo sustulit.
12. **M**iraculis dedit fidem  
Habere se Deum patrem,  
Infirma sanans corpora  
Et suscitans cadavera.
13. **N**ovum genus potentiae!  
Aquae rubescunt hydrae  
Vinumque iussa fundere  
Mutavit unda originem.
14. **O**rat salutem servulo  
Nixus genu centurio,  
Credentis ardor plurimus  
Extinxit ignes februm.
15. **P**etrus per undas ambulat  
Christi levatus dextera;  
Natura quam negaverat,  
Fides paravit semitam.
16. **Q**uarta die iam foetidus  
Vitam recepit Lazarus  
Mortisque liber vinculis  
Factus superstes est sibi.
17. **R**ivos cruoris torridi  
Contacta vestis obstruit,  
Fletu rigante supplicis  
Arent fluenta sanguinis.
18. **S**olutus omni corpore  
Iussus repente surgere  
Suis vicissim gressibus  
Aeger vehebat lectulum.

- |   |   |
|---|---|
| <p>19. <b>Tunc</b> ille Iudas carnifex<br/>Ausus magistrum tradere<br/>Pacem ferebat osculo,<br/>Quam non habebat pectore.</p>  | <p>21. <b>Xeromurram</b> post sabbatum<br/>Quaedam vehebant compares,<br/>Quas allocutus angelus<br/>Vivum sepulcro non tegi.</p> |
| <p>20. <b>Verax</b> datur fallacibus,<br/>Pium flagellat impius,<br/>Crucique fixus innocens<br/>Coniunctus est latronibus.</p> | <p>22. <b>Ymnis</b>, venite, dulcibus<br/>Omnes canamus subditum<br/>Christi triumpho tartarum,<br/>Qui nos redemit venditus.</p> |
23. **Zelum** draconis invidi  
Et os leonis pessimi  
Calcavit unicus Dei  
Seseque caelis reddidit.

Collect. ms. Anglosaxonicum saec. 8. Cod. Gothan. I. 75. A. — Collect. ms. Coll. Trecent. saec. 9. Cod. Montepessulan. 362. B. — Collect. ms. S. Remigii Remen. saec. 9. Cod. Parisin. 9347. C. — Collect. ms. Sangallense saec. 9. Cod. Sangallen. 877. D. — Collect. ms. Corbeicense saec. 9. Cod. Parisin. 14143. E. — Collect. ms. Pratense saec. 9. Cod. Parisin. 13377. F. — Collect. ms. Augiense saec. 9. ex. Cod. Carolsruhan. Aug. 217. G. — Idem 2<sup>o</sup> Ga. — Collect. ms. S. Petri Carnoten. saec. 9/10. Cod. Carnoten. 58. H. — Collect. ms. Floriacense saec. 9/10. Cod. Bernen. 267. I. — Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. J. — Collect. ms. Tegurinum saec. 10. Clm. Monacen. 18628. K. — Collect. ms. Lambacense saec. [10. et.] 11. Cod. Vindobonen. 85. L. — Collect. ms. Emmeramense saec. 11. Clm. Monacen. 14569. M. — Opera Sedulii ms. saec. 11. Cod. Vindobonen. 307. N. — Collect. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14693. O. — Collect. ms. Mellicense saec. 15. Cod. Mellicen. 716. P.

1, 1 ortu BDEJL; korr. in ortus AFG. — Von den 9 ersten Strophen gibt M nur die Initien. — 1, 2 Et usque Ga; Et usque J; Usque E. — 2, 3 Et carne carnem N; Ut carne ex carni F. — 2, 4 Ne perderet BCFHINO; quos BFNO. — 3, 1 Clausa JKLNOP; Castae CI: Casta H. — 3, 2 intra C. — 4, 4 Verbo concepit CDHIKLMNP. — 5, 4 Iohannis GGa. — 7, 2 Deo BEI. — 7, 4 creator omnium GL; creatorque korr. in creator A; creatus O. — 8, 1 Hostes korr. in Hostis G. — 8, 2 Venisse Christum E; Christum venisse GKLP; qui times CD. — 8, 3 arripit GKNOP. — 9, 1 qui venerant J; quam venerant BC; qui viderant H; quam viderant KLMNOP. — 9, 2 perviam Ga. — 10, 2 Amissa deflens N; deflens B; deflent EF. — 10, 4 victima NO. — 11, 1 Lavacrum GKLN. — 11, 3 qui mundi tulit korr. in quae non detulit A; quae non detulit DJKLNOP. — 11, 4 Non korr. in Nos B; abluendos E. — 12, 2 se fehlt J. — 12, 3 sanans pectora N. — 13, 2 Aqua E: erubescunt B; rubescunt O; haebriae E; hebraeae G. — 13, 3 que fehlt K. — 13, 4 Muta inda originem J. — 14, 2 Flexus genu AHKLP; Flexu B; Flesus C. — 14, 4 Extinguit HJKLN; ignem M — 15, 1 ambulans EF Ga. — 15, 2 levatur EFGaKP. — 16, 1 Quarto CGa KLMNOP; fetitus H; feditus B. — 16, 2 das weitere fehlt H. — 16, 4 est superstes M. — 17, 1 Rivum O; horridi O; luridi N; turgidi M. — 17, 2 contracta O; obruit korr. in obstruit E; obruit KP. — 17, 3 rigantis P; roganti, korr. in rogantis K; supplici FKMNP. — 17, 4 Claudit fluenta N; Clausit BF. — 18, 1 Solutos BE. — 18, 2 Iusso B; Iussit J. — 19, 1 ille Iudax B; ille audax N. — 19, 3 Pacem quaerebat J; osculo B. — 19, 4 Quem B. — 20, 4 Coniungitur EFGIKLNOP. — 21, 1 Xero myrram IJKLMP: Sero-miram B; Hyro mirram N; chero mirram C; xeromurra = ξηρομύρα (vgl. ξηροσύνη). — 21, 2 vehebant corpori CEFGLMO; corpore KP. — 21, 3

alloquuntur angeli EFKLOP; Quibus definit angelus BJ. — 21, 4 sepulcro eontegi LN. — 22, 2 cantemus B; subditi C; canamus iugiter korrig. in subditum K. — 22, 3 triumphum nobilem CEF. — 22, 4 venditos BGa. I. — 23, 4 caelo CEF; Seque reddit caelestibus B. — Die Doxologie Gloria patri ingenito, Gloria unigenito etc., die einige Hss. [ALN] anfügen, ist selbstredend spätere Zutat.

Hymnus Sedulii poetae H; Incipit hymnum eiusdem B; Hymnus sancti Sedulii de natali Domini C; Incipit hymnus Sedulii G; Incipit hymnus eiusdem de nativitate Domini K; Item incipit hymnus eiusdem O. — Explicit hymnus Sedulii poetae vel rhetoris etc. A.

Über den Gebrauch dieses Hymnus in der mozarabischen Liturgie vgl. Anal. Hymn. XXVII, 41 u. f.; bezüglich des Gebrauches in der römischen Liturgie und ihren Töchterliturgien vgl. man in Chevaliers Repertorium hymnologicum die Anfänge A solis ortus cardine Nr. 26; Castae parentis viscera 2662; Caterva matrum personat 2682 u. 2683; Enixa est puerpera 5491; Feno iacere pertulit 6096; Hostis Herodes impie 8072 und 73; Lavacra puri gurgitis 10573—75; Orat salutem servulo 14198.



## Magnus Felix Ennodius.

Episcopus Ticinensis,

† 521.

Ennodius, durch seine Geburt einer angesehenen Familie des südlichen Galliens angehörend, erblickte 474 zu Arles das Licht der Welt. Wir erfahren von ihm, daß seine Mutter Camilla hieß. Frühzeitig kam er nach Italien, bildete sich zum Rhetor aus, verlobte sich, entsagte aber der Braut, um in den geistlichen Stand zu treten. Er ward in der Folge (Archi-)Diakon von Mailand unter dem Bischofe Laurentius und später (513 oder 14) Bischof von Pavia. Als solcher ging er zweimal (515 und 17) im Auftrage des Papstes Hormisdas als Gesandter nach Byzanz an den Hof des Kaisers Anastasius. Er starb schon 521.

Unter den Gedichten des Ennodius befindet sich auch eine Reihe von Hymnen, zwölf an der Zahl. Es kann nicht wohl einem Zweifel unterliegen, daß er dieselben als Diakon der mailändischen Kirche und zu dem ausgesprochenen Zwecke verfaßt habe, sie in der mailändischen Liturgie neben den Hymnen des großen Ambrosius verwandt zu sehen. Dies beweist der Umstand, daß er vorwiegend mailändische Heilige feiert und, wie schon Biraghi scharfsinnig beobachtet hat, nur solche Feste und Anlässe mit Hymnen bedenkt, die nicht schon Ambrosius zum Vorwurfe gedient hatten. Er hat diesen Zweck nicht erreicht. Seine Hymnen sind in die mailändische Liturgie nicht aufgenommen worden und sind auch außerhalb Mailands nur spärlich in Gebrauch gekommen. Als ein Ganzes finden sie sich ausschließlich in der Brüsseler Handschrift 9845—47 (saec. 9) B, deren Lesarten ich nach den Ausgaben von Hartl (Wien 1882) und Vogel (Berlin 1885) beifüge; einzelne Hymnen fand ich nur in Vatican. 7172, Ottobonian. 145, Parisin. 1092. (sämtlich saec. 10) und Neapolitan. VI F 2 (saec. 12).

Auch inhaltlich wie formell schließt sich Ennodius an sein großes Vorbild an, ohne indes der Eigenart völlig zu entraten. So zeigt er eine ausgesprochene Vorliebe für Enjambement und verleugnet nirgends den echt gallischen Geschmack an der Antithese. Seine Hymnen zählen wie die des Ambrosius stets acht Strophen und bewegen sich, eine Ausnahme (Hymn. 8.) abgerechnet, wie jene in jambischen Dimetern.

Daniel legt in seinem Thesaurus Hymnologicus I, 151 ff., angeblich nach dem Vorgange des Thomasius, dem Ennodius noch vier andere Hymnen bei, die sich im Breviarium Muzarabicum finden. Weder das gotische Brevier noch auch Thomasius bezeichnen indes Ennodius als Verfasser, sondern der Urheber des Thesaurus fällt demselben Irrtum zum Opfer, dem er auch bezüglich der Hymnen des Hilarius verfallen, ganz in der Weise, wie sie Anal. XXVII, 50 ff. beschrieben ist. Thomasius schreibt tatsächlich nur den Hymnus *Nigraute tectum pallio* dem Ennodius zu.

---

54. (1.) Hymnus Vespertinus.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Nigrante tectam pallio<br/>Iam terra noctem suscipit.<br/>Ut viva dulci funere<br/>Reconvalescant corpora.</p>        | <p>5. Verum reatum nesciis<br/>Falsi ministrans criminis.<br/>Tu per quietis munera<br/>Assiste, custos pervigil.</p>           |
| <p>2. Mortis figura blandior<br/>Bustum soporis admovet,<br/>Anhela lucis aestibus<br/>Dum mens tepescit otio.</p>          | <p>6. Hostis procul sit callidus;<br/>Quod laedit, illud dormiat,<br/>Qui dente saevo mandere<br/>Certat cubantes lectulis,</p> |
| <p>3. Lux, Christe, vita, veritas,<br/>Ne fusca somni tempora<br/>Tetris parata umbraculis<br/>Nos ad tenebras evocent,</p> | <p>7. Hic membra vinctus lugeat<br/>Pulsare sese, quos foves.<br/>Madente carne spiritus<br/>Non enecetur naufragus,</p>        |
| <p>4. Nex nulla nos subdat sibi<br/>In noctis atrae tegmine,<br/>Sed nec caloribus ebrii<br/>Mentita pingat corpora.</p>    | <p>8. Ornet cubile castitas,<br/>Quae prima virtutum micat,<br/>Vivat fides in pectore,<br/>Quae luce vernat perpeti.</p>       |

1, 3 dulce B. — 2, 3 anela B. — 2. 4 tepescit B. — 4, 1 Nox nulla B. — 5. 4 Adsit te custos B. — 7, 4 none necetur B. — 8, 4 quia luce vernat perpeti B. — „Hymnus vespertinus dictus a domno Ennodio“. B. — Bei Thomasius, *Opp. Omnia* (ed. Vezzosi) II, 420 ohne Quellenangabe.

55. (2.) Hymnus Tempore Tristitiae.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Deus. perenne gaudium,<br/>Pax. Christe. cordis anxii<br/>Portusque fluctuantium,<br/>Quem nec procella, turbidis</p>    | <p>5. Tunc iussa gessit fortior.<br/>Immunda lymphis sobrium<br/>Per busta terris vexerat;<br/>Vivens sepulcra pertulit,</p>   |
| <p>2. Si verrat ima motibus.<br/>Potest fugare a pectore,<br/>Qui mersa ponto sublevas.<br/>Qui subiugata sarcinis,</p>        | <p>6. Viventis urnae prandium,<br/>Secreta ceti prodidit<br/>Testis verendus intimi.<br/>Sic nos precamur, rex Deus,</p>       |
| <p>3. Qui dux prophetae naufragi,<br/>Dum vivit esca beluae,<br/>Dum nescit aequor, quod tenet,<br/>Tutum ferino e gutture</p> | <p>7. Maerore fractos ut cibum<br/>De ventre curarum rape.<br/>Vivit medullis, quod necat,<br/>Turbantur alta viscerum,</p>    |
| <p>4. Exactor abruptis cibum.<br/>Diro reductus remige,<br/>Custode salvus pessimo,<br/>Vates, locutus te Deum.</p>            | <p>8. In fonte carnis ardor est,<br/>Qui mergit, urit, adficit;<br/>Sed, si serenus aspicias,<br/>Pressura gignet gaudium.</p> |

1, 4 turpidis B. — 3, 2 uiuet B. — 3, 4 Totum ferinae B. — 4, 1 ab-  
rumpe spibum B. — 4, 3 saluos B. — 4, 4 Vatis B. — 6, 1 ornae B. — 6, 3  
verendos B. — 7, 1 factus B. — 8, 2, adfict B. — 8, 3 aspices B. — 8, 4  
Presura gignet B. — „Hymnus tristitiae dictus a domno Ennodio“ B.

56. (3.) Hymnus sancti Cypriani.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Vatis Cypriani et martyr<br/>Cor, lingua, sensus, dignitas<br/>Mortem ferendo proferunt.<br/>Vitale bustum nex dedit,</p> | <p>5. Peccata rumpens carmine.<br/>Non flamma, carcer, vinculum<br/>Potest nocere, quos iuvat.<br/>Mactare iussus hostias.</p> |
| <p>2. Mucrone parta lux micat.<br/>Dictis fuit prae fulgidus<br/>Et ore dives unico,<br/>Torrentis undam gurgitis</p>           | <p>6. Lugenda risit numina;<br/>Instante mox periculo<br/>Fugit pericla funere,<br/>Parvas loquendi schemate</p>               |
| <p>3. Impacta cornu spicula<br/>Sermone vincens promptulo.<br/>Opes verendi pectoris<br/>Qui iure Christo reddidit,</p>         | <p>7. Moras remisit ictibus,<br/>Accivit enses laetior,<br/>Currente leto plus celer;<br/>Proconsul esse saevior</p>           |
| <p>4 Nunc munus implet pristinum,<br/>Orator orat, obtinet<br/>Et dura causis temperat,<br/>Facit beatos ex reis,</p>           | <p>8. Nequivit ille Maximus,<br/>Dum, quod minatur, munus est.<br/>Nec tardat ira lenior<br/>Christum volentes visere.</p>     |

1, 3 pro runt B. — 1, 4 nitalibus tum B. — 3, 2 promolo B. — 4, 2  
openit B. — 4, 4 beatus B. — 5, 3 iubat B. — 6, 4 stemmate B. — 7, 4  
Proconsule B. — 8, 4 viscere B. — „Hymnus sancti Cypriani, dictus a  
domno Ennodio“ B.

57. (4.) Hymnus de Pentecoste.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Et hoc supernum munus est,<br/>Quod lingua linguis militat;<br/>Quis non tonantis praemia<br/>Per dona eiusdem proferat?</p> | <p>4. Sermone mundi praepotens<br/>Et corda mundi concutit,<br/>Summis feratur laudibus,<br/>Habet homo ora gentium.</p>             |
| <p>2. Facit, loquendo qui sapit,<br/>Dignum loquatur ut Deo,<br/>Infundit. ecce, spiritus<br/>Et ara rursus instruit,</p>          | <p>5. Thrax, Gallus, Indus unus est:<br/>Quod blanda ludit Graecia,<br/>Quod saevit atrox barbarus,<br/>Stridor Canopi murmurat,</p> |
| <p>3. Intrat veterno pectora<br/>Eviscerata nubilo.<br/>In hoc apostolis die<br/>Dum verba verbum dividit</p>                      | <p>6. Quod lingua latrat Parthica,<br/>Pectus replevit hospitem:<br/>Mundi ad salutem curritur<br/>Nolente mundo tot viis.</p>       |

- |   |  |
|---|--|
| <p>7. Quae sacra nunc remissio,<br/>Paschalis instar gratiae,<br/>Dum mysticam septuplici<br/>Ornat coronam munere,</p> | <p>8. Augusta plenitudinis<br/>Opus ministrat divitis.<br/>Nunc mente, voce psallite!<br/>Hoc nostra debet mens Deo.</p> |
|---|--|

Aufser B: Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172.  
A. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092 C. — Hymn.  
ms. Beneventanum saec. 10. Cod. Vatican. Ottobon. 145. D.

1, 1 unus est B. — 1, 2 linguis linguis B; militans CD. — 1, 4 perferat D. —  
2, 1 Facit loquentem quem capit ACD. — 2, 2 Digne CD. — 3, 1 veterina  
ACD. — 3, 2 Et viscerata CD. — 3, 3 apostoli D. — 3, 4 verba verbo di-  
vidunt D. — 4, 2 mundi D. — 4, 2 contulit B. — 4, 3 ferantur D. —  
4, 4 Homo habet B; Univit ora gentium ACD. — 5, 1 Trax B; Tunc  
Gallus CD. — 5, 2 blande D. — 5, 3 barbarum B. — 5, 4 Canopis CD;  
murmuris B. — 6, 1 hispidum AC. — 7, 1 Quid sacra B. — 7, 3 mystico  
D. — 7, 4 muneris CD. — 8, 1 auctenta B. — 8, 2 Opes ministrant diviti B. —  
8, 4 Ut nostra debet B. — D hängt folgende, natürlich spätere Doxologie an:

Gloria patri Domino  
Natoque, qui a mortuis  
Surrexit, ac paraclito  
In saeculorum saecula.

„Hymnus de Pentecosten a domno Ennodio“ B.

### 58. (5.) Hymnus sancti Stephani.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Quid Stephano potentius?<br/>Dicas coronam, martyr est;<br/>Hoc est homo, quod praemium,<br/>Fructus laboris nomen est.</p> | <p>5. Nullis subactam gressibus,<br/>Secreta lustravit poli,<br/>In veste carnis abditus<br/>Clamavit: Ecce, filius</p>   |
| <p>2. Lans haec brevis proluxa fit.<br/>Sic, sic vocantur ineliti.<br/>Necis minister, aspice,<br/>De morte vitam conferens</p>   | <p>6. Consistit in dextra patris.<br/>Dum saxa ferrent impii,<br/>Dum mille leti machinas,<br/>Solut bonorum conscius</p> |
| <p>3. Hoc dat salutem, quod necat.<br/>Felix sub istis ictibus<br/>Fit sempiternus exitu,<br/>Cruore lucem praeparat,</p>         | <p>7. Orabat ex fide loquens,<br/>Ne nescientes noxios<br/>Caelestis ira perderet.<br/>Insons erat vesania,</p>           |
| <p>4. Caelum sepulcri munere.<br/>Hostem ut triumphus effugat,<br/>Ceu palma sic congregatur.<br/>Hic primus intravit viam</p>    | <p>8. Reum furor provexerat,<br/>Per vota currebat labor,<br/>Crucem gemebat carnifex<br/>Crescente, quem subegerat.</p>  |

1, 1 potentius est B. — 7, 1 Nescis minister B. — 3, 1 negat B. —  
6, 1 consistet B. — 7, 3 perdere B. — „Hymnus sancti Stephani dictus a  
domno Ennodio.“ B.

59. (6.) **Hymnus sancti Ambrosii.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Caelo ferunt Ambrosium<br/>Nomen, honor vel actio;<br/>Nil debet hic facundiae,<br/>Dos omnis est a moribus.</p> <p>2. Fortis iuuantem non cupit<br/>Umbone munitus suo,<br/>In carne nil carnis agit,<br/>Regina mens in corpore</p> <p>3. Confregit omne lubricum.<br/>Sic vixit ille non sibi,<br/>Sed totus auctori Deo;<br/>Adiectus hinc apostolis</p> <p>4. Reduxit expulsam fidem,<br/>Dixit triumphos martyrum<br/>Linguae virentis laureis.<br/>Hic ore praedam sustulit</p> | <p>5. De fauce serpentis feri.<br/>Qui bella Christi militat,<br/>Nudus timetur ensibus,<br/>Vivit sepultus et iuvat</p> <p>6. Clavum tenens ecclesiae.<br/>Iustina virus perdidit,<br/>Dat poena nati praemium.<br/>Sedis memento lux tuae,</p> <p>7. Exorua, sancte, posteros<br/>Auctore fultos nobili,<br/>Ne dux sereni culminis<br/>In nube tectus horreat.</p> <p>8. Qui pastor est antistitum,<br/>Quod fuscet, omne submovet,<br/>Gregem gubernat principum,<br/>Magister est docentium.</p> |
|--|---|

1, 1 Caelo perunt haec Ambrosium B. — 2, 1 iuuantem B. — 2, 3 carnis egit B. — 4, 2 triumphus B. — 5, 3 Huius timetur B. — 5, 4 Uiviet B. — 7, 2 Autore fultus B. — 8, 1 antestitum B. — 8, 2 fucet B. — „Hymnus sancti Ambrosii, dictus a domno Eunodio“ B.

60. (7.) **Hymnus de Ascensione Domini.**

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Iam Christus ascendit polum,<br/>Necavit ante funera,<br/>Letum sepultus expulit,<br/>Mors mortis impulsu ruit.</p> <p>2. Cantate factum, saecula,<br/>Fusus subegit tartarum,<br/>Vicit peremptus exitum;<br/>Mors inde luget pallida,</p> <p>3. Praesumpsit unde gaudium.<br/>Escis vorator captus est,<br/>Est praeda raptor omnium.<br/>Iam rete vincium ducitur,</p> <p>4. Iacet catena in nexibus,<br/>Serpens venena pertulit,<br/>Mitis terit superbiam,<br/>Agnus leonem eviscerat.</p> | <p>5. Plus istud est potentiae,<br/>Quod nostra, Christe, suscipis<br/>Et veste servi absconditus<br/>Nos ad triumphum provehis,</p> <p>6. Quam si coruscis sedibus<br/>Fulgore terreres reos.<br/>Deus patet per omnia,<br/>Nullo remotus tegmine,</p> <p>7. Sed, ut iacentes erigat,<br/>Dignatus esse, quod sumus,<br/>Redemit ipse ius suum,<br/>Ovem reduxit perditam</p> <p>8. Pastoris ad custodiam.<br/>Levate portas, angeli,<br/>Intret tremendus arbiter,<br/>Maior tropaeis hostium.</p> |
|--|--|

Aufser B auch: Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. A. — Hymn. ms. Beneventan. saec. 10. Cod. Ottobonian. 145. C. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. D. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. E. — Psalt. et hymn. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 12. Cod. Neapolitan. VI F 2. F.

1, 2 Nec auct B. — 1, 3 Letus C: Letu A. — 1, 4 impulsus DE; ruet B. — 2, 1 saeculi CDE. — 2, 2 subiecit ACDEF; tartareum CDE; tartari A. — 2, 4 Sors inde B. — 3, 2 Escae AF. — 3, 3 rator C. — 3, 4 rite vinctus ADE; rite victus C. — 4, 1 catenae ACDEF. — 4, 2 protulit B; proferens ACDEF. — 4, 3 teri D; teret super viam B — 4, 4 leonem viscerat C. — 5, 2 Quod nostra sanctus induens ADEF; nostrae sanctus induens C. — 5, 3 Servili veste absconditus DE; servili veste absconditur C; Veste servili absconditur A. — 5, 4 provehes B; provehit ACDEF. — 6, 1 Quam si e coruscis B korrig; Quam hec coruscis DE; Quam me coruscis C. — 6, 2 terroris B; Reos terretes fulgore DEF; terret fulgore AC. — 6, 3 patens ACDEF. — 7, 3 Redimens DE. — 8, 3 Intrat B. — Nach Str. 8 folgt in D noch: Nunc Christe scandens. Gloria tibi, Domine. Qui scandis. — Die Kollation von F verdanke ich der Güte des Herrn Prälaten Dr. A. Franz, die von D Rev. Henry M. Bamister.

### 61. (8.) Hymnus sanctae Euphemiae.

1. Quae lingua possit, quis valeat stilus  
Tantae triumphos virginis eloqui?  
Nunc, mente molles, discite, masculi!  
Exempla praestat — sumite desides! —
2. Puella fortis, cum superat viros.  
Virtus teneri nescia semper est,  
Nec iura sexus fractaque mens ei.  
Quae corde Christum conceperit semel.
3. Solvunt caducis pectora vinculis,  
Quibus repostus mentibus est Deus.  
Tormenta torsit fortia corpore,  
Lassante poena crevit amor crucis.
4. Si scire posses vincere martyram,  
Vesane tortor, parcere disceres;  
Flammas, flagellum, carnifices, rotas,  
Cui crux sequenda est, non metuit nimis.
5. Hanc cum caminis igne crepantibus  
Iussisse fertur praecipitem dari  
Priscus, veneni fonte nocentior, —  
Nam sic feralem tempore sordido
6. Dixere sanctae virginis arbitrum —  
Huius ministri, dum cuperent nimis  
Fornacis escae tradere martyram,  
Lux tunc Olympi luce serenior

7. Opus removit saeva volentium,  
Cum voce monstrant qui gladium simul:  
Nos hinc, precamur, dirige tartaro,  
Nam nostra sanctam non violat manus.

8. Turgescit illi felle iecur calens;  
Mox saxa, fossas, verbera, bestias,  
Maius venenum, blanditias parat,  
Quibus virago fortiter obstitit.

1, 2 triumphus B. — 1, 3 mollis B. — 2, 4 conciperit B. — 4, 1 possis B. — 4, 4 metuet B. — 5, 2 iussi feferunt B. — 7, 1 remouet B. — 8, 1 Turgescet illi felle iecur B. — „Hymnus sanctae Euphemiae, dictus a domino Eunodio.“ B.

**62. (9.) Hymnus sancti Nazarii.**

- |   |   |
|---|---|
| 1. Angusta vitae tempora,<br>Parvis coacta terminis,<br>Mors sancta donat crescere,<br>Aeterna fines praeparat.     | 5. Nam ductor ille fortis est,<br>Qui bella viribus docet;<br>Quem dicta militem trahant,<br>Si dux gerendis abstinet?  |
| 2. De fruge casuum venit,<br>Quod surgat humanum genus;<br>In stirpe Nazarius bona<br>De morte lumen addidit.       | 6. Ventosa linguae hortatio,<br>Quod forma praestat, non habet,<br>Sed magna postquam semina<br>Scribente terra sarculo |
| 3. Nerone felix principe<br>Diversa perpressus mala<br>Substravit orbem, non gravi<br>Pavore cordis algidus.        | 7. Glebis refundit optimis.<br>Mediolanum mox petit,<br>In qua triumpho nobili<br>Carnis ruinam reppulit.               |
| 4. Sed ut profanis inderet,<br>Quo calle conscendant polos,<br>Verus magister actibus<br>Exempla, non verbis dedit. | 8. Qui sede non digna iacens<br>Vatem tremendus mox monet,<br>Ut clara rursus munera<br>Mundo refusus adderet.          |

Aufser B: Hymn. ms. Severinianus saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172.  
A. — Hymn. ms. Severinianus saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. C. —  
1, 3 dona AC. — 1, 4 fines AC. — 2, 2 Quo B. — 3, 1 infelix AC. — 3, 4  
pauor et cordis alcidus B; algide C. — 4, 1 profanus indire A; indire  
profanus C. — 4, 2 conscendant polus B; Quod calle conscendant polum AC.  
— 5, 3 dictam A; trahent C; tradunt A. — 6, 1 lingua AC. — 6, 2 Qua A;  
Quae C; non auct B. — 6, 2 postquam magna AC. — 6, 4 Scribentem AC;  
terram B. — 7, 2 Mediolanium B; petiit AC. — 8, 4 perfusus AC. — „Hymnus  
sancti Nazarii, dictus a domino Ennodio.“ B.

**63. (10.) Hymnus sanctae Mariae.**

- |   |   |
|---|---|
| 1. Ut virginem fetam loquar,<br>Quid laude dignum Mariae?<br>Det partus, ornet, exigat,<br>Quod clausa porta, quod patens | 2. Exposcit, ipsa suggerat.<br>Sint verba ceu miraculum;<br>Quid, mens, requiras ordinem?<br>Natura totum perdidit. |
|---|---|

- |  |   |
|--|---|
| <p>3. Hoc est salus, quod vincimur.<br/>Cum sola virgo degeret,<br/>Concepit aure filium,<br/>Stupente factum corpore</p> <p>4. Turgescit alvus spiritu.<br/>Quod lingua iecit, semen est,<br/>In carne Verbum stringitur.<br/>De matre cunctus noster est,</p> <p>5. De patre nil distans Deus.<br/>Utrisque partus integer,<br/>Qui gignit et qui percipit.<br/>Nil maior ille servulis,</p> | <p>6. Sed nec minor creante fit.<br/>Fons dicta clausus accipit.<br/>Fons membra clausus egerit,<br/>Nec rima crescit artior</p> <p>7. Et vera proles emicat.<br/>Dic, mater et virgo, precor,<br/>Quisquamne claudit exiens?<br/>Artantur exta fetibus,</p> <p>8. Vinculum pudoris natus est.<br/>Q[uae se]de Christi dignior,<br/>Quam sunt superna, crederis,<br/>Nostri memento praepotens.</p> |
|--|---|
- 4, 1 Turgiscet B. — 4, 2 iecet B. — 5, 3 praecipit B. — 5, 4 Cnil B; servolis B. — 6, 2 adcepit B. — 6, 3 egeret B. — 7, 3 claudet B. — 8, 3 crederes B. — „Hymnus sanctae Mariae, dictus a domno Ennodio.“ B.

64. (11.) Hymnus sancti Martini.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Cum gesta Martini loquor,<br/>Nil laude dignum transeo,<br/>Divisa virtus omnibus<br/>Unum coacta praetulit.</p> <p>2. Labore magno martyr est<br/>Victore carnis spiritu,<br/>Hoc est triumphis proximum,<br/>Si bella calcent intima.</p> <p>3. Perdente vires corpore<br/>Res fixa constat laureis,<br/>Sublimat hostem mentium.<br/>Qui vota membrorum facit.</p> <p>4. Hic fontis ignem nesciens<br/>Calore fervebat Dei,<br/>Undis vapore iunctus est,<br/>Christo dicatus actibus.</p> | <p>5. Qua veste nudum texerat,<br/>Hac rex nitebat aetheris;<br/>Sordente panno acquiritur,<br/>Quo fulget astrorum globus.</p> <p>6. Quam iusta commutatio!<br/>Ostrum rependit indigens,<br/>Et regna mendicus parat.<br/>Mox sacra vitae contigit,</p> <p>7. De plebe lusit daemonum,<br/>Iussit favillis surgere,<br/>Vixere tactu funera.<br/>Flagella passus est libens,</p> <p>8. Quibus coronam nexuit.<br/>Compulsus ad antistitem<br/>Votum repugnans induit,<br/>Quod sancta complevit fides.</p> |
|---|--|
- 3, 4 facit B. — 4, 4 decatus B. — 5, 4 Quod B. — 6, 2 Ostrum korrig. in astrum B. — 8, 2 antestitem B. — „Hymnus sancti Martini, dictus a domno Ennodio.“ B.

65. (12.) Hymnus sancti Dionysii.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Dionysio Christus dedit<br/>Quot bella, tot victorias;<br/>Exsul piorum civis est,<br/>Urbis supernae particeps.</p> | <p>2. Constantius vatem loco<br/>Quondam tyrannus expulit;<br/>Non cessit iste turbido,<br/>Crevit periculis fides.</p> |
|--|---|



3. Hoc sancta dic professio,  
Te poena tradit prosperis,  
Optata mercaris malo:  
Persiste, tortor, adiuvens,
4. Lux haec negando ceditur.  
O quam beata adversitas.  
Si sic triumphant exsules!  
Nihil verendo martyre
5. Confessor iste distitit.  
Dispersa mors quos afficit,  
Ad vota mortis evolant;  
Nil lenta perdit coctio,
6. Intrat latenter abdita.  
Vitale funus macror est,  
Velox medela transitus.  
Risit furorem principis,
7. Fide manente cursitans  
Fixus per orbem ducitur,  
Qua sol coruscat acrior,  
Negans bibendi copiam.
8. A te, tremende, sumimus,  
Ceum nostra quae remuneras;  
Tu mitte sanctum poscere,  
Quod ipse nobis conferas.

1, 1 Dionisio B. — 1, 2 Quod B. — 2, 1 autem loco B. — 2, 3 turpido B. — 5, 1 destitit B. — 5, 2 adficiet B. — 5, 4 perdet B. — 6, 3 medella B. — 6, 4 Riset B. — „Hymnus sancti Dionysii, dictus a domino Ennodio.“ B

---

## Venantius Fortunatus.

Episcopus Pictaviensis.

† nach 600.

Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, in der Nähe von Treviso im zweiten Viertel des sechsten Jahrhunderts geboren, erhielt seine Ausbildung in der Rechtswissenschaft sowohl wie in den freien Künsten zu Ravenna. Durch die Fürbitte des hl. Martinus von Tours auf, wie er glaubte, wunderbare Weise von einem Augenübel geheilt, unternahm er, wahrscheinlich um das Jahr 565, eine Wanderung nach Gallien zu dem Grabe des Heiligen. Sein Weg führte ihn über das Hoflager Sigiberts von Austrasien, wo er wertvolle Verbindungen anzuknüpfen vermochte, während er in Tours mit Gregor, dem Eusebius der Franken, in innige und dauernde Beziehungen trat. Von Tours kam er nach Poitiers, wo die fromme und hochbetagte Rade-gunde, die Witwe Chlotars I., in dem von ihr gegründeten Kloster des hl. Kreuzes in stiller Abgeschiedenheit lebte. Der vertraute und sympathische Verkehr mit ihr und ihrer Pflgetochter Agnes, der Äbtissin des Klosters, bewog ihn, in schon vorgerückterem Alter in den geistlichen Stand zu treten; er wurde zum Presbyter geweiht und in der Folge, um die Neige des Jahrhunderts, zum Bischofe von Poitiers erkoren. Die nähere Zeit seines Todes, der in das angehende siebente Jahrhundert fällt, ist unbekannt. — Über das Leben Fortunats vergl. Hist. Longobard. II, 13. — Bormann. Über das Leben des lateinischen Dichters Venantius Fortunatus, Fulda 1848. — Willh. Meyer, der Gelegenheitsdichter Fortunat. (Abhandlgen der K. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen. Philol. hist. Kl. Neue Folge Band IV Nr. 5) Berlin 1901, S. 5—23.

Fortunat hat nach dem Zeugnisse des Paulus diaconus zahlreiche Hymnen auf die verschiedenen Feste des Kirchenjahres verfaßt: „maxime-que hymnos singularum festivitatum“ (Hist. Longobard. II, 13). Diese Hymnen entziehen sich, wenn sie nicht in Verlust gerieten, jedenfalls unserer Kenntnis. In den elf Büchern Gedichte, die uns von Fortunat erhalten sind, befinden sich nur die vier, im nachfolgenden zum Abdruck kommenden Hymnen. Die handschriftliche Überlieferung derselben ist eine doppelte, die wir eine literarhistorische und eine liturgische nennen können, insofern dieselben auf uns kamen einmal durch jene Handschriften, welche uns Fortunats „Gesammelte Gedichte“ aufbewahrt haben, andererseits durch liturgische Handschriften, in denen diese Hymnen eine Stelle fanden. Für erstere Überlieferung kann ich mich auf die Ausgabe Leos (Mon. Germ. Auctt. antiq. IV) beziehen, aus der ich die Texte übernehme, denen ich dann die Lesarten einer Reihe von Handschriften der zweiten Gruppe beifüge. So richtig der Herausgeber Fortunats daran getan, diese Gruppe nicht zu berücksichtigen, in einem der hymnologischen Forschung dienenden Werke würde man ihr Fehlen mit Recht beanstanden.

Aus den von Leo p. XXIV als „Spuria“ bezeichneten Gedichten habe ich drei aufgenommen aus Gründen, die bei den einzelnen Hymnen angegeben sind. Auf die andern kann ich hier, da es mich zu weit führen würde, des näheren nicht eingehen. Nur das eine sei bemerkt, daß Leos Nr. IX und X im Hymnarium des Kardinals Tommasi, entgegen der Behauptung Leos, dem Fortunatus nicht zugeschrieben werden.

66. (1.) In Honore sanctae Crucis.

Carm. C. III. n. 2.

1. Pange, lingua, gloriosi  
proelium certaminis  
Et super crucis tropaeo,  
dic triumphum nobilem,  
Qualiter redemptor orbis  
immolatus vicerit.
2. De parentis protoplasti  
fraude factor condolens,  
Quando pomi noxialis  
morte morsu corrui,  
Ipse lignum tunc notavit,  
damna ligni ut solveret.
3. Hoc opus nostrae salutis  
ordo depoposcerat.  
Multiformis perditoris  
arte ut artem falleret  
Et medelam ferret inde,  
hostis unde laeserat.
4. Quando venit ergo sacri  
plenitudo temporis,  
Missus est ab arce patris  
natus orbis conditor  
Atque ventre virginali  
carne factus prodiit.
5. Vagit infans inter arta  
conditus praesaepia,  
Membra pannis involuta  
virgo mater adligat,  
Et pedes manusque, crura  
stricta pingit fascia.
6. Lustra sex qui iam peracta  
tempus implens corporis,  
Se volente, natus ad hoc,  
passioni deditus,  
Agnus in crucis levatur  
immolandus stipite.
7. Hic acetum, fel, arundo,  
sputa, clavi, lancea  
Mite corpus perforatur,  
sanguis, unda profluit,  
Terra, pontus, astra, mundus  
quo lavantur flumine.
8. Crux fidelis, inter omnes  
arbor una nobilis,  
Nulla talem silva profert  
flore, fronde, germine,  
Dulce lignum dulce clavo  
dulce pondus sustinens.
9. Flecte ramos, arbor alta,  
tensa laxa viscera  
Et rigor lentescat ille,  
quem dedit nativitas,  
Ut superni membra regis  
mite tendas stipite.
10. Sola digna tu fuisti  
ferre pretium saeculi  
Atque portum praeparare  
nauta mundo naufrago,  
Quem sacer cruor perunxit  
fusus agni corpore.

Miss. ms. S. Albani Magunt. saec. 10. Cod. Vindobonen. 1888. B. — Collect. ms. S. Maximini Treviren. saec. 10. Cod. Treviren. 592. C. — Collect. ms. incert. orig. saec. 10. Cod. Vindobonen. 114. D. — Collect. ms. Laudunense(?) saec. 10. Cod. Bernen. 455. E. — Trop. ms. Bambergense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed III 7. F. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 380 G. — Collect. ms. incert. orig. saec. 10. Cod. Bruxellen. 8860—67. H. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII 144. I. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1240. K. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102) L. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. M. — Brev. ms. S. Eutychii Nursini saec. <sup>10/11</sup>. Cod. Vallicellan. B 79. N. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in. Cod. Sangallen. 376. O. — Trop. ms. Lemovicense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. P. — Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vindobonen. 1106. Q. — Grad. ms. Cameracense saec. 11. Cod. Cameracen. 79 (78). R. — Trop. ms. Emmeracense saec. <sup>11/12</sup>. Clm. Monacen. 14083. S. — Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235 T. — Miss. ms. S. Floriani saec. 12. Cod. Florian. III 208. U. — Grad. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracen. 61 (60). V. — Brev. ms. Altahense saec. <sup>11/12</sup>. Clm. Monacen. 9633. W.

Ferner: Trop. ms. S. Albani Magunt.(?) saec. 10. Cod. Londinen. Add. 19768. — Trop. ms. Modoetinum saec. 10. ex. Cod. Capit. Modoetini 75. — Trop. ms. Eporediense saec. 11. in. Cod. Capit. Eporedien. 60. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1121. — Trop. ms. Modoetinum saec. 11. Cod. Capit. Modoetini 76. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 909. — Trop. ms. Lemovicense saec. 11. Cod. Parisin. 903. — Trop. ms. Martialense saec. 11. Cod. Parisin. 1136. — Grad. et Ant. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a XII 7. — Leo I. c. p. 27 sq.

1, 1 gloriose H. — 1, 4 nobile KP. — 1, 6 immolandum OR. — 2, 1 parente H. — 2, 2 fraude facta ACHKLMPRV. — 2, 3 noxiali K. — 2, 4 mortem morsu A; morsu in mortem BFGORSUVW; curruit P; morte mors occubuit HIN; morsu mors incubuit K. — 2, 5 Ipsi lignum B; natavit P; natabit H. — 3, 3 Multis formis N; proditoris BEHIKLMNOPQR. — 3, 4 ars ut artem BDEFGIKLNOPQU. — 4, 1 sacra K. — 4, 3 abarche patris I. — 4, 5 Hac de ventre I. — 4, 6 caro factus LMST. — 5, 2 positus praesaepia GIMN. — 5, 5 Et manus pedesque crura KLM; Pedes, manus atque crura N. — 5, 6 pangit fascia G; cingit fascia IKMNPQU, cinxit fascia L. — 6, 1 Lustris sex qui iam peracta M; Lustris sex qui iam peractis NW. — 6, 3 natus ab (darüber ob) hoc C. — 6, 5 in cruce W; levatus CI. — 6, 6 immolatus C; immolatur korrig. in immolandum P. — 7, 1 aceto ABCEFHKLQPSU. — 7, 2 sputo BE; clavis HIMPQTU. — 7, 3 perforatum H; A milite corpus foratur C. — 7, 4 undans A; profuit, darüber aber die Interlinearglosse: *currit manat* L. — 7, 5 mundi H. — 7, 6 lavatur I. — 8, 3 silva talem ABDEFGHIKLMOPQSTU; silva tale N. — 8, 4 fronde flore CIKLT; fronde florem BDFOPQ; frondem florem N; flores fronde H; flore fronde Q; germinans BFHNOPQ. — 8, 5 Dulces lignum Q; dulce clavum C; dulcem clavum AEHI; dulci clavo BDG; dulce clavi I; dulces clavos NQSTU; dulces clavum P; dulce clavos L. — 8, 6 sustinet BMPU; sustinet IKL; sustine Q. — 9, 2 densa laxa BEOSUW. — 9, 5 Et superna membra regi H. — 9, 6 Miti tendas ADEFGMNOQTU; miti tendat KLP; miti tendant I; mite extendant H; sunt mittenda stipite B. — 10, 2 pretium saeculi CAMI; ferre saeculi pretium I. — 10, 4 nautae N; mundi naufrago BHMNP. — 10, 6 fuso H; corporis P. — Nach Str. 10 schiebt C ein:

11. Tenebrae et umbrae mortis  
patefactus inferus,  
Praevidens ruina mundi  
gustatoque vetito  
Inde salvat, quod perierat,  
crucei fructus exhibens.

12. Viso redemptore mundi  
mox infernus tremuit,  
Bella vincla damnatorum,  
quos perversus perdidit,  
Ascendit sedem et celsam  
salutemque reddidit.

- |   |   |
|---|---|
| <p>13. Quaesumus, salva damuatos<br/>agmina lugentium;<br/>Te prophetae cecinerunt<br/>redemptorem omnium,<br/>Tropaeumque mortis gustans,<br/>dans vexillum frontibus.</p> | <p>14. Quem totus mundus non portat,<br/>monumento clauditur,<br/>Tertia die resurgit,<br/>saxum retro volvitur,<br/>Tellus, pontum, polum, astra,<br/>adest auctor omnium.</p> |
|---|---|

An gleicher Stelle fügt U die Strophe zu:

Quem totus mundus non capit, uno saxo clauditur  
Atque morte iam peracta claustra inferni adiit,  
Sic Deus trinus et unus die surgit tertia.

Am Schlusse die Doxologie: *Gloria et honor Deo usque quo altissimo* etc. CILMNOUW; *Gloriam patri melodis personemus vocibus* etc. K; statt derselben in

FGO

Sit patri natoque summo  
gratia cum spiritu,  
Sempiternae trinitati  
laus, salus et gloria,  
Quae creavit, quae redemit  
quaeque nos illuminat.

BSU

Gloria aeterno patri,  
qui creavit omnia,  
Gloria unico eius,  
pro salute posito,  
Spiritus [quo]que sancto  
in aeterna saecula,

wobei in SU die Verse 2 und 4 vertauscht sind, BS in Vers 6 in sempiterna lesen. — In allen Quellen (Gradualien, Troparien, Sakramentarien), welche dies Lied als Prozessionshymnus in Parasceve bieten, pflegt Str. 8 als Rundreim vor Str. 1 (nach Str. 1 RV) zu stehen; in alten Quellen, welche das Lied als Hymnus zu den Tagzeiten bieten (Brevieren, Antiphonarien, Hymnarien) pflegt vor Str. 6 *Divisio* einzutreten und Doxologie angefügt zu werden. — Nur vier Strophen (8, 1, 2, 3) R; von Str. 2 ff. nur die Initien V.

Es ist hier noch beizufügen, daß der Hymnus *Pange lingua gloriosi* nach dem Vorgange Sirmonds häufig Fortunat abgesprochen und Claudianus Mamertus beigelegt worden. So beispielsweise noch in Wetzer und Weltes Kirchenlexikon (2. Aufl.) s. v. Claudianus: „Namentlich rührt der schöne Hymnus *Pange lingua gloriosi lauream certaminis* im Brevier am Passionssonntage nach äufseren und inneren Kriterien von ihm und nicht von Venantius Fortunatus her.“ Sirmond glaubte eine in sich nichts weniger als eindeutige Stelle in einem Briefe des Sidonius Apollinaris an Mamertus (Mon. Germ. Auctt. antiq. VIII, 56) um so mehr auf diesen Hymnus beziehen zu dürfen und zu müssen, als bereits ein alter Scholiast in einer von ihm benutzten Handschrift dies getan habe. Ferner weise Gennadius de viris illustr., nicht zwar, wie dies Werk gedruckt vorliege, wohl aber wie er es handschriftlich in einem Codex von Mont-Saint-Michel gesehen habe, den fraglichen Hymnus Mamertus zu: „*Scriptis et alia nonnulla, inter quae et hymnum de passione Domini, cuius principium est: Pange lingua gloriosi.*“ Nach Endlicher (Claudiani Mamerti Opera (Corp. Scriptt. eccl. XI. Vindobon. 1885, p. II) steht eine ähnliche Bemerkung, wie Sirmond sie sah, auch in der Hs. H 145 von Montpellier (saec. 12.) fol. 103 b: „*Nota quod Claudianus composuit hymnum Pange lingua gloriosi lauream certaminis.*“ Dennoch bemerkt Endlicher mit Recht abschließend: „*Sed neque hoc neque Gennadii, si genuinum est, testimonium sufficere videtur, ut hymnum illum Mamerto tribuamus, quem et veteres scriptores et codices omnes Venantio ascribant.*“ (l. c. p. XLIX).

67. (2) *Hymnus in Honore sanctae Crucis.*

Carm. I, II, n. 6.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Vexilla regis prodeunt,<br/>Fulget crucis mysterium,<br/>Quo carne carnis conditor<br/>Suspensus est patibulo.</p> | <p>5. Arbor decora et fulgida,<br/>Ornata regis purpura,<br/>Electa digno stipite<br/>Tam sancta membra tangere,</p>      |
| <p>2. Confixa clavis viscera<br/>Tendens manus, vestigia<br/>Redemptionis gratia<br/>Hic immolata est hostia.</p>        | <p>6. Beata cuius brachiis<br/>Pretium pependit saeculi,<br/>Statera facta est corporis<br/>Praedam tulitque tartari.</p> |
| <p>3. Quo vulneratus insuper<br/>Mucrone diro lanceae,<br/>Ut nos lavaret crimine,<br/>Manavit unda et sanguine.</p>     | <p>7. Fundis aroma cortice,<br/>Vincis sapore nectare,<br/>Iucunda fructu fertili<br/>Plaudis triumpho nobili.</p>        |
| <p>4. Impleta sunt, quae concinit<br/>David fideli carmine<br/>Dicendo nationibus:<br/>Regnavit a ligno Deus.</p>        | <p>8. Salve, ara, salve, victima,<br/>De passionis gloria,<br/>Qua vita mortem pertulit<br/>Et morte vitam reddidit.</p>  |

Mart. ms. Modoetinum saec. 9. Cod. Capit. Veronen. 90 (85). A. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII 144. B. — Brev. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. C. — Trop. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1240. D. — Collect. ms. incertae orig. saec. 10. Cod. Vindobonen. 114. E. — Rit. et hymn. ms. Scheftlariense saec. 10. Clm. Monacen. 17027. F. — Trop. ms. Martialense saec. 11. in. Cod. Parisin. 1120. G. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102) H. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. I. — Brev. ms. S. Eutychie Nursini saec. 11. Cod. Valliellan. B 79. K. — Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vindobonen. 1106. L. — Hymn. et. Sequent. ms. Fredeolariense saec. 11. ex. Cod. Casselan. theol. IV<sup>o</sup> 25. M. — Grad. et Ant. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. aeq. 1235. N. — Leo l. c. p. 34 sq.

1, 3 carnem A. — Nach Str. I. schieben IN ein;

Confixus clavis innocens  
Mortem peremit (pervenit N) innocens  
Saevum tyrannum vinciens  
Et nos ab illo liberans.

Str. 2 fehlt GKN. — 2, 2 manum I. — 2, 3 gloria A. — 2, 4 est fehlt ABDFHM. — 3, 2 dirae ABCGHKN. — 3, 4 et fehlt BCGHILN: et ausradiert M: sasanguine N: — Str. 4 und 5 umgestellt F. — 4, 2 fidelis BCFHM. — 5, 1 et fehlt BFGILN. — 5, 2 Ereeta B: Elata AH: digna GI. — 5, 4 Tam sacra F. — 6, 2 Saeculi pependit pretium ABCFGHIKM. — 6, 3 est fehlt ABCDEGIKLN. — 6, 4 que fehlt C: Praedam tulitque EL: tartari E; tartaris L. — Str. 7 und 8 fehlen BDFGHIKN. — 7, 1 Fundens CL. — 7, 2 saporem C. — 7, 4 triumphum L. — Die Hss., in welchen Str. 7 und 8 fehlen, setzen dafür ein:

7. O crux, ave, spes unica,  
Hoc passionis tempore,  
Auge piis iustitiam  
Reisque dona veniam.

8. Te, summa Deus trinitas,  
Collaudet omnis spiritus,  
Quos per crucis mysterium  
Salvas, rege per saecula.

8. 2 Collaudat H. — 8, 4 Salvas, regis H; Regis, salva F. — Doxologie:  
Deo patri C.

### 68. (3). De Cruce Domini.

Carm. l. II, n. 1.

- Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit  
Atque cruore suo vulnera nostra lavat,  
Mitis amore pio pro nobis victima factus  
Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves,  
5 Transfixis palmis ubi mundum a clade redemit,  
Atque suo clausit funere mortis iter.  
Hic manus illa fuit clavis confixa cruentis  
Quae eripuit Paulum crimine, morte Petrum.  
Fertilitate potens, o dulce et nobile lignum,  
10 Quando tuis ramis tam nova poma geris!  
Cuius odore novo defuncta cadavera surgunt,  
Et redeunt vitae, qui caruere diem.  
Nullum uret aestus sub frondibus arboris huius.  
Luna nec in noctem sol neque meridie.  
15 Tu plantata micis secus, est ubi cursus aquarum.  
Spargis et ornatas flore recente comas.  
Appensa est vitis inter tua brachia, de qua  
Dulcia sanguineo vina rubore fluunt.

Collect. ms. incert. orig. saec. 10. Cod. Vindobonen. 114. A. — Hymn. ms. Severinianus saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. B. — Hymn. ms. Severinianus saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. C. — Trop. ms. Eporediense saec. 11. in. Cod. Capit. Eporedien. 60 D. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. 1343 (Sessor. 62). E. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Casanaten. C IV 2. F. — Trop. ms. Novaliciense saec. 11. Cod. Oxonien. Douce 222. G. — Grad. ms. Brixien(?) saec. 11. Cod. Oxonien. Miscell. lit. 366. H. — Trop. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vatican. Urbin. 585. I. — Trop. ms. Ravennatense saec. 11/12. Cod. Capit. Mutin. O I n. 7. K. — Trop. ms. Ravennatense saec. 12. Cod. Capit. Paduani A 47. L. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 12. Cod. Taurinen. F IV 18. M. — Collect. ms. incertae orig. saec. 13. Clm. Monacen. 6911. N.

I nites B. — 2 lavit ABN. — 4 Traxit amore lupi HN: quos sacer N: qui sacer L: oves agnus D: ovis L. — Transfixus BEIL. — 7 Sic KL. — 8 Qui GKL; Quae Paulum eripuit N. — 9 Felicitatem G: a dulceque nobile N. — 10 gerit DG: gerunt H. — 11 nova G. — 12 Ut redeunt KL: qua L; diem ABN: caruerunt dies G. — 13 Uret nullum B: Nullus urit EF: Nullus urens D: sub frontibus A: arboris vivi G. — 14 nocte A bis M: meridiem H: meridiem M. — 15 micis sedis est G: es ubi M. — 16 et ornaris DM: flore micante B; flore recentes E; caumas G. — 17 Aspersione D. — Am Schlusse die Doxologie:

Gloria magna Deo magnalia tanta patraunt,  
Qui tam mira facit, gloria magna Deo.

KG ordnen die Verse wie folgt: 1 bis 4; 9 bis 14; 7, 8, 5, 6, 15 bis 18. — Nach Str. 18 folgt noch weiter in B:

Tartara fracta tui sunt viribus, atque draconis  
 Faucibus erepti pangimus, ecce, tibi.  
 Libertatis opem capimus temnendo tyrannum,  
 Iure tuo fultos iacula nulla nocent.  
 Arbor amara fuit nimium, quia gutture clauso  
 Nectus ad ima ruit primus in orbe parens.  
 Dulcis adesse satis nimiumque suavis alumna  
 Crederis atque tuis vivificansque salus.  
 Romphea mota (tuo patuit iuvamine vitae)  
 Est et tunc leti, hinc perit atque fugit.  
 Impia regna vident, pavido terrore tremescunt,  
 Cum, quem tu tuleras, palluit atque chaos.  
 Gaudia magna tenent, fuerant qui vincla barathri  
 Perpersi truceibus, munere perpetuo.  
 Mors maledicta cupit dum per te perdere vitam  
 Sequae perisse dolet, vita manendo viget.  
 Nulla tuis meritis arbor confertur opima,  
 Cui decus e proprio pondere quippe manet.  
 Quo pendente super te monstrant saecula lugubrem  
 Cuncta diem, noctis texuit in speciem.  
 Mors inimica ruit, surgens, en, vita beata.  
 Tu veneranda micas, tu mundi scepra tenes.  
 Ista super titulo splendens tenebras repulisti,  
 Laudibus inde tuis pangimus, ecce, melos.  
 Salve, quae brachiis mundo perferre medelam  
 Digna fuisti, tuis gaudia magna manent.  
 Plebs in honore tui sacro modulamine plaudat,  
 Cuncta caterva simul personet atque tibi.  
 Nostra salus perpes, tu crimina pelle redemptis,  
 Per te digna tibi quo modulemur. Amen.  
 Gloria magna Deo, magnalia tanta patranti;  
 Qui tam mira facit, gloria magna Deo!

In C sind die Verse 1, 2, 5, 6, 7, 8 aus Carm. I. II. n. 3 ohne Abstand an Vers 18 angeschlossen. — Die Collationen der liturg. Hss. verdanke ich H. M. Bannister.

#### 69. (4.) Versus de Resurrectione Domini.

Carm. I. III, n. 9.

Tempora florifero rutilant distincta sereno  
 Et maiore poli lumine porta patet.  
 Altius ignivomum solem caeli orbita ducit,  
 Qui vagus Oceanus exit et intrat aquas,  
 5 Armatis radiis elementa liquentia lustrans  
 Adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.  
 Splendida sincerum producunt aethera vultum,  
 Laetitiamque suam sidera clara probant.  
 Terra favens vario fundit munuscula foetu,  
 10 Cum bene vernaes reddidit annus opes.



- Mollia purpureum pingunt violaria campum,  
Prata virent herbis, emicat herba comis.  
Paulatim subeunt stillantia lumina florum  
Arridentque oculis gramina tincta suis.
- 15 Semine deposito lactans seges exilit arvis,  
Spondens agricolae vincere posse famem.  
Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes,  
Unde merum tribuat, dat modo vitis aquam.  
Cortice de matris tenera lanugine surgens
- 20 Praeparat ad partum turgida gemma sinum.  
Tempore sub hiemis foliorum crine revulso  
Iam reparat viridans frondea tecta nemus.  
Myrta, salix, abies, corylus, siler, ulmus acernus,  
Plaudit quaeque suis arbor amoena comis.
- 25 Constructura favos apes hinc alvearia linquens  
Floribus instrepitans poplite mella rapit.  
Ad cantus revocatur avis, quae carmine clauso  
Pigrior hiberno frigore muta fuit.  
Hinc philomena suis attemperat organa cannis,
- 30 Fitque repercusso dulcior aura melo.  
Ecce, renascentis testatur gratia mundi  
Omnia cum Domino dona redisse suo.  
Namque triumphanti post tristia tartara Christo  
Undique fronde nemus, gramina flore favent.
- 35 Legibus inferni oppressis super astra meantem  
Laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.  
Qui crucifixus erat, Deus, ecce, per omnia regnat,  
Dantque creatori cuncta creata precem.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
- 40 Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Nobilitas anni, mensum decus, arma dierum,  
Horarum splendor scripula puncta fovent.  
Hinc tibi silva comis plaudit, hinc campus aristis,  
Hinc grates tacito palmite vitis agit.
- 45 Si tibi nunc avium resonant virgulta susurro,  
Has inter minimus passer amore cano.  
Christe, salus rerum, bone conditor atque redemptor,  
Unica progenies ex deitate patris,  
Irrecitabiliter manans de corde parentis,
- 50 Verbum subsistens et penetrare potens,  
Aequalis, concors, socius cum patre coaevus,  
Quo sumpsit mundus principe principium,  
Aethera suspendis, sola congeris, aequora fundis,  
Quaeque locis habitant, quo moderante vigent,
- 55 Qui genus humanum cernens mersisse profundo,  
Ut hominem eriperes, es quoque factus homo.  
Nec voluisti etenim tantum te corpore nasci,  
Sed caro, quae nasci, pertulit atque mori.

- Funeris exsequias pateris, vitae auctor et orbis,  
60 Intras mortis iter dando salutis opem.  
Tristia cesserunt infernae vincula legis,  
Expavitque chaos luminis ore premi.  
Depereunt tenebrae Christi fulgore fugatae,  
Et taetrae noctis pallia crassa cadunt,  
65 Pollicitam sed redde fidem, precor, alma potestas,  
Tertia lux rediit; surge, sepulte meus.  
Non decet, ut humili tumulo tua membra tegantur.  
Neu pretium mundi vilia saxa premant.  
Indignum est, cuius clauduntur cuncta pugillo,  
70 Ut tegat inclusum rupe vetante lapis.  
Linteae tolle, precor, sudaria linque sepulcro.  
Tu satis es nobis, et sine te nihil est.  
Solve catenatas inferni carceris umbras  
Et revoca sursum, quidquid ad ima ruit.  
75 Redde tuam faciem, videant ut saecula lumen,  
Redde diem, qui nos te moriente fugit.  
Sed plane implesti remeans, pie victor, ad orbem,  
Tartara pressa iacent nec sua iura tenent.  
Inferus, insaturabiliter cava guttura pandens,  
80 Qui rapuit semper, fit tua praeda, Deus.  
Eripis innumerum populum de carcere mortis  
Et sequitur liber, quo suus auctor adit.  
Evomit absorptam trepide fera bellua plebem,  
Et de fauce lupi subrahit agnus oves.  
85 Hinc tumulum repetens post tartara carne resumpta  
Belliger ad caelos ampla tropaea refers.  
Quos habuit poenale chaos, iam reddidit in te  
Et quos mors peteret, hos nova vita tenet.  
Rex sacer, ecce, tui radiat pars magna triumphi,  
90 Cum puras animas sacra lavaera beant.  
Candidus egreditur nitidis exercitus undis,  
Atque vetus vitium purgat in amne novo.  
Fulgentes animas vestis quoque candida signat,  
Et grege de niveo gaudia pastor habet.  
95 Additur hac Felix consors mercede sacerdos.  
Qui dare vult Domino dupla talenta suo.  
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,  
Bestia ne raperet, munit ovile Dei.  
Quos prius Eva nocens infecerat, hos modo reddit  
100 Ecclesiae pastos ubere, lacte, sinu,  
Mitibus alloquiis agrestia corda colendo  
Munere felici de vepre nata seges.  
Aspera gens Saxo vivens quasi more ferino  
Te medicante, sacer, bellua reddit ovem.  
105 Centeno reditu tecum mansura per aevum  
Mensis abundantis horrea fruge replet.

Immaculata tuis plebs haec vegetetur in ulnis,  
 Atque Deo purum pignus ad astra feras.  
 Una corona tibi de te tribuatur ab alto,

110 Altera de populo vernet adepta tuo.

Collect. ms. incertae orig. saec. 10. Cod. Vindobonen. 114. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. B. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monac. 14083. C. — Leo l. c. p. 59. ff.

9 Rus gaudens vario B über Rasur. — 10 reddit et annus BC. — 11 pingit B. — Floribus arrident B. — 17 Caudice defeeto A. — 19 Cordice A. — 20 Timpora sub hiemis B. — 25 constructura ABC. — 33 Iamque C. — 39 sq. stehen in ABC als Rundreim an der Spitze des Ganzen. — 41 mensium C. — 42 fovens AC. — 45 Hinc tibi nunc B. — 57 tantum cum corpore AB. — 79 pandit B. — 83 Evomet ABC. — 87 lethale chaos C. — 87 reddidit vitae AB. — 90 lavaera habeant BC. — 99 reddet A. — 100 ubere leto sinu C. — 102 Munere felici B. —

BC gehören zu den wenigen Büchern, welche das ganze Gedicht Fortunats in die Liturgie einstellen, obschon sich 95—110 dazu absolut nicht schicken. Zahllos ist dagegen die Zahl der Handschriften, die Bruchstücke des Ganzen als österlichen Prozessionshymnus bieten, und unüberschbar bunt die Auswahl, die getroffen wird. Seltener beginnt dabei die Auswahl nach Vorausschickung des Rundreims *Salve festa dies* mit „*Tempora florigero*“ dies ist z. B. der Fall in dem Troparium Mindense 1024—33. Cod. Berolinen. theol. IV<sup>o</sup> 11. Es bietet die ersten 38 Verse des Ganzen unter Auslassung von 29 und 30. Eine kürzere Fassung bietet das Trop. Bambergense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed III 7; es läßt auf die sieben ersten Distichen die Verse 29 und 30, 37 und 38 folgen. Viel häufiger ist eine andere Auswahl, die nach dem Rundreime mit Vers 31 einsetzt. Diese Auswahl hat aus dem durchaus nicht liturgischen Original einen liturgischen Hymnus weitester Verbreitung herausgeschält.

### Sabbato Sancto.

Ad Processionem.

- R<sup>o</sup> *Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,*  
*Qua Deus infernum vicit et astra tenet.*
1. *Eece, renascentis testatur gratia mundi*  
*Omnia cum Domino dona redisse suo.*
  2. *Namque triumphanti post tristia tartara Christo*  
*Undique fronde nemus, gramina flore favent.*
  3. *Legibus inferni oppressis super astra meantem*  
*Laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.*
  4. *Qui crucifixus erat, Deus, ecce, per omnia regnat,*  
*Dantque creatori cuncta creata precem.*
  5. *Nobilitas anni, mensum decus, arma dierum,*  
*Horarum splendor, scripula puncta fovent.*
  6. *Christe, salus rerum, bone conditor atque redemptor.*  
*Unica progenies ex deitate patris,*
  7. *Qui genus humanum cernens mersisse profundo,*  
*Ut hominem eriperes, es quoque factus homo,*
  8. *Funeris exsequias pateris, vitae auctor et orbis,*  
*Intras mortis iter dando salutis opem.*

9. Pollicitam sed redde fidem, precor, alma potestas,  
Tertia lux rediit, surge sepulte meus!
10. Solve catenatas inferni carceris umbras  
Et revoca sursum, quidquid ad ima ruit.
11. Redde tuam faciem, videant ut saecula lumen,  
Redde diem, qui nos te moriente fugit.
12. Eripis innumerum populum de carcere mortis,  
Et sequitur liber, quo suus auctor adit.
13. Hinc tumulum repetens post tartara carne resumpta  
Belliger ad caelos ampla tropaea refers.

Rit. et Sacram. ms. S. Albani Magunt. saec. 10. Cod. Vindobon. 1888. A. — Trop. ms. Epternacense saec. 12. Cod. Parisin. 10510. B. — Grad. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. C. — Trop. ms. Cameracense saec. 11. Cod. Cameracen. 79 (78. D. — Trop. ms. S. Arnulphi Meten. saec. 12. in. Cod. Meten. 452. E. — Grad. et Ant. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a XII 7. F. — Grad. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracen 61 (60) G. — Grad. ms. Potaviense saec. 13. Cod. Hilarien. 148. H.

Zwischen 1 und 2 eingeschoben: Tempora florifero etc. C. — 2, 1 iamque DG. — 2, 2 frondet E; germine AF. — 3, 1 Legimus inferni C. — 3, 2 Laudent B. — 4, 5 und 6 fehlen DG. — 5, 1 mentium BCDEFGH; arma fehlt H. — 5, 2 Orarum A; scrupula cuncta H; scrupula cuncta C; scrupula puncta E; favent F; favens H; fovens ACE. — 6 fehlt C. — 7 fehlt A. — 8 bis 13 fehlen F. — 8, 1 poteris C. — 8, 2 Intrans EFH. — 9, 1 Pollicita C; Sollicitam DEGH. — 9, 2 iam rediit G. — 10, 1 catenatis E — 11, 2 moriente fuit A — 12 und 13 fehlen. DG. — 12, 2 Persequitur liber B. — 13 steht hinter 7 H. — 13, 1 tumulum repetens A. — Nach 13 folgt in C, vermutlich aus einem Osterspiel:

Namque nostrae abiere  
Atque Iesum invisere,  
Caeli cives dicunt illum  
Vivum iam regnare.

Auch für Christi Himmelfahrt und Pfingsten wurden aus dem Gedichte Fortunats Prozessionshymnen gewonnen. Die ins Unendliche variierende Auswahl ins Einzelne zu verfolgen ist unzulässig: wir müssen es uns an einigen Beispielen genügen lassen. So gebrauchte man in Klosterneuburg den folgenden kurzen Auszug:

### In Ascensione Domini.

Ad Processionem.

- R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus ascendit victor et astra tenet.
1. Ecce, renascentis adplaudit gratia mundi,  
Sidera scandenti, rex pie, Christe, tibi.
  2. Tu tumulum repetens post tartara carne resumpta  
Belliger ad caelos ampla tropaea refers.
  3. Mox, bone, glorifico remeans Phlegetonte triumpho  
Pluribus exuviis nobilis astra petis.
  4. Caelica naturam ducens super agmina nostram  
Fide piis umeris pastor ovem revelis.

Process. ms. S. Mariae Magd. saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 995. — Das sind aus Fortunatus entlehnt fünf Verse (39, 31, 32, 85, 86) und ebenso-viele hinzugedichtete. — In Sankt Peter in Salzburg sang man seit dem 12. Jahrhundert, bei dem gleichen Anlasse:

- R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus ascendit victor et astra tenet.
1. Legibus inferni oppressis super astra meantem  
Laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.
  2. Qui crucifixus erat, Deus, ecce, per omnia regnat,  
Dantque creatori cuncta creata precem.
  3. Hinc tumulum repetens post tartara carne resumpta  
Belliger ad caelos ampla tropaea refers.

Grad. et Ant. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a XII 7. — Dies sind aus Fortunatus die Verse 39, 35, 36, 37, 38, 85, 86. — Noch kürzer faßte man sich am Himmelfahrtstage in Melk:

- R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus ascendit victor et astra tenet.
1. Hinc tumulum repetens post tristia carne resumpta  
Belliger ad caelos ampla tropaea refers.
  2. Immaculata tuis haec plebs vegetetur in undis  
Atque Deo purum pignus ad astra ferat.

Grad. ms. Mellicense saec. 13/14. Cod. Mellicen. 1056. — Hier sind entlehnt die Verse 39, 85, 86, 107, 108. — Ein verwandtes Beispiel vgl. man Anal. IV, Nr. 29. — Sehr weit hievon entfernt sich ein Prozessionshymnus auf Christi Himmelfahrt, den Voisin, Bulletin de la société historique de Tournai, Tome VIII. (1862) p. 115, aus einem Tournaier Meßbuch des 14. Jahrh. (Cod. Tornacen. XIII.) mitteilt. Inhaltlich würde dieser Cento vielmehr für Pfingsten passen, denn er besteht aus den Versen 39, 85 bis 104 inkl., 107 bis 110 inkl. Der Herr Generalvikar Voisin hat keine Ahnung davon gehabt, daß das Gedicht ein Werk des Fortunatus sei, sonst hätte er seinen schlechten Text nach den vorhandenen Ausgaben verbessern können und müssen. — Ähnliche Centos machte man für Pfingsten. So in St. Florian:

- R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua sacer accendit spiritus igne suos.
1. Rex sacer, ecce, tui radiat pars magna triumphi,  
Cum plurimas animas sacra lavacra tenent.
  2. Candidus egreditur nitidis exercitus undis  
Atque vetus vitium purgat in amne novo.
  3. Splendidulas animas vestis quoque candida signat,  
Et grege de niveo gaudia pastor habet.
  4. Additur ac felix concors mercede sacerdos,  
Bestia ne rapiat, munit ovile Dei.

Collect. ms. S. Floriani 1476. Cod. Florian. XI 117. — Das Lied besteht aus den Versen: 39 und 89 bis 94 inkl. — Ein längeres Gedicht, auch für das Pfingstfest, das dieselbe Quelle bietet, ist nur in der ersten Hälfte Entlehnung, wird aber sodann selbständig. Eine andere Gruppierung für dasselbe Fest ist die folgende:

- R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua nova de caelo gratia fulsit humo.

1. Iamque triumphanti post tristia tartara Christo  
Undique fronde nemus, gramina flore favent.
2. Altius ignivomum solem caeli orbita ducit,  
Qui vagus Oceani exit et intrat aquas.
3. Armatus radiis elementa liquentia lustrans  
Adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.
4. Splendida sincerum producunt aethera vultum,  
Laetitiamque suam sidera clara probant.
5. Rus gaudens vario fundit munuscula fetu,  
Cum bene vernalis reddit et annus opes.
6. Mollia purpureum pingunt violaria campum,  
Prata virent herbis, et micat herba comis.
7. Paulatim subeunt stillantia lumina florum,  
Floribus arrident gramina cuncta suis.

Process. ms. Lincolnense saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 308. — Dies sind die Verse 39, 33, 34, 3 bis 10 inkl., 13, 14. — Eine andere Entlehnung auf Pfingsten vgl. Anal. IV, Nr. 30.

Ein langer Cento „In diebus Rogationum ad processionem“ findet sich im Miss. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a IX 11; er verbindet die Verse 39, 47, 48, 55 bis 70 inkl., 73, 74, 71, 72, 75, 76, 49 bis 54 inkl., 81, 82, 85, 86, 1, 2, 35 bis 38 inkl. — Auf die ganze Osterwoche verteilt findet sich ein Cento in einem Processionale ms. S. Mariae Magdalenae Claustroneoburgen. saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 995, wie folgt:

R<sup>o</sup> Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Ecce, renascentis testatur gratia mundi  
Omnia cum Domino dona redisse suo.

Namque triumphanti post tristia tartara Christo  
Undique fronde nemus, gramina flore favent.

#### Feria secunda.

Tempora florigero rutilant distincta sereno  
Et maiore poli lumine porta patet.

Altius ignivomum solem vehit orbita caeli,  
Qui vagus oceanas intrat et exit aquas.

#### Feria tertia.

Auricomis radiis elementa liquentia lustrans  
Adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.

Splendida sincerum producunt sidera vultum,  
Laetitiamque suam sidera laeta probant.

#### Feria Quarta.

Terra ferax vario fundit munuscula cultu,  
Cum bene vernaes reddit et annus opes.

Mollia purpureum pingunt violaria campum,  
Prata virent herbis, et micat herba comis.

#### Feria Quinta.

Semine deposito lactens seges exsilit arvis,  
Spondens agricolae vincere posse famem.

Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmas,  
Unde merum tribuat, dat modo vitis aquam.

Feria Sexta.

Cortice de matris tenera lanugine surgens  
Praeparat ad partum turgida gemma sinum.  
Tempore sub hiemis foliorum crine revulso  
Iam reparat viridans frondea tecta nemus.

[Sabbato.]

Qui crucifixus erat, Deus, ecce, per omnia regnat,  
Dantque creatori cuncta creata precem.  
Christe, salus rerum, bone conditor atque redemptor,  
Unica progenies ex deitate patris.

Auf die Sonntage nach Ostern verteilt das Lied Cln. Monacen. 27 130.  
Grad. Ottoburanum saec. 12. wie folgt:

Dominica Paschae.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Tempora florifero rutilant distincta sereno  
Et maiore poli lumine porta patet.  
Altius ignivomum solem caeli orbita ducit,  
Qui vagus Oceanas exit et intrat aquas.  
Armatis radiis elementa liquentia lustrans  
Adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.  
Splendida sincerum producunt aethera vultum,  
Laetitiamque suam sidera clara probant.  
Terra favens (gaudens Hs.) vario fundit munuscula fetu,  
Cum bene vernaes reddit et annus opes.  
Mollia purpureum pingunt (pingit Hs.) violaria campum,  
Prata virent herbis, et micat herba comis.  
Paulatim subeunt stillantia lumina florum,  
Floribus arident gramina tincta suis.  
Semine deposito lactans seges exsilit arvis,  
Spondens agricolae vincere posse famem.  
Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes,  
Unde merum tribuat, dat modo vitis aquam.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Dominica prima post Octavam Paschae.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Cortice de matris tenera lanugine surgens  
Praeparat ad partum turgida gemma sinum.  
Tempore sub hiemis foliorum crine revulso  
Iam reparat viridans frondea tecta nemus.  
Myrta, salix, abies, corylus, siler, ulmus, acernus,  
Plaudit quaeque suis arbor amoena comis.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Dominica Secunda.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Construitura favos apes hinc alvearia linquens  
Floribus instrepitans poplite mella rapit.

Ad cantus revocatur avis, quae carmine clauso  
Pigrrior hiberno frigore muta fuit.  
Hinc philomena suis attemperat organa cannis,  
Fitque repercusso dulcior aura melo.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Dominica Tertia.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Ecce, renascentis testatur gratia mundi  
Omnia cum Domino dona redisse suo.  
Namque triumphanti post tristia tartara Christo  
Undique fronde nemus, gramina flore favent.  
Legibus inferni oppressis super astra meantem  
Laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Dominica Quarta.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Qui crucifixus erat, Deus, ecce, per omnia regnat,  
Dantque creatori cuncta creata precem.  
Nobilitas anni, mensum decus, arma dierum,  
Horarum splendor scripula puncta favent.  
Hinc tibi silva comis plaudit, hinc campus aristis,  
Hinc grates tacito palmitis vitis agit.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

Dominica Quinta.

Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.  
Qui genus humanum cernens mersisse profundo,  
Ut hominem eriperes, es quoque factus homo.  
Nec voluisti etenim tantum te corpore nasci,  
Sed caro, quae nasci, pertulit atque mori.  
Funeris (muneris Hs.) exequias pateris, vitae auctor et orbis,  
Intras mortis iter dando salutis opem.  
Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.

¶ Vgl. über dies Ostergedicht, W. Meyer, der Gelegenheitsdichter Venantius Fortunatus (Berlin 1901.) S. 81 u. f.

70. (5.) Sabbato Sancto.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Tibi laus, perennis auctor,<br>Baptismatis sacrator,<br>Qui sorte passionis<br>Das praemium salutis. | 2. Nox clara plus et alma<br>Quam luna sol vel astra,<br>Quae luminum corona<br>Reddis diem per umbram, |
|---|---|



- |   |  |
|---|--|
| <p>3. Dulcis, sacrata, blanda,<br/>Electa, pura, pulchra,<br/>Sudans honore mella,<br/>Rigans odore chrisma,</p> <p>4. In qua redemptor orbis<br/>De morte vivus exit<br/>Et, quos catena vinxit,<br/>Sepultus ille solvit.</p> <p>5. Quam Christus aperuit<br/>Ad gentium salutem,<br/>Cuius salubre cura<br/>Redit novata plasma.</p> | <p>6. Accedite ergo digni<br/>Ad gratiam lavacri,<br/>Quo fonte recreati<br/>Refulgeatis agni.</p> <p>7. Hic gurgis est fidelis<br/>Purgans liquore mentes,<br/>Dum rore corpus udat,<br/>Peccata tergit unda.</p> <p>8. Gaudete candidati,<br/>Electa vasa regni,<br/>In morte consepulti,<br/>Christi fide renati.</p> |
|---|--|

Pontificale ms. Pictavense saec. 8. Cod. Parisin. Arsen. 227. mit der Bemerkung; „Interim canitur versus Fortunati presbyteri ad baptizatos.“ — 5, 3 salubri; Fortunat setzt häufig dem Verse zulieb die Ablativform auf e, wo i gefordert; vgl. Leo p. 389 s. v. Ablativus. — 5. 4 Da die Form plasma, plasmae bei Commodian sich findet (Apolog. 310): Descendit in tumultum Dominus suae plasmae misertus“, wird das Vorkommen derselben bei Fortunat nicht unerklärlich sein. — 7, 3 sudat.

Die Verfasserangabe der Hs. würde bei dem Alter dieser und da sie aus der Bischofsstadt Fortunatis selbst stammt, unbedingtes Vertrauen verdienen, wenn nicht Str. 5 Fehler aufwiese. Zwei derselben sind vorstehend erklärt: der dritte *aperuit* (5, 1) wird auf mangelhafte Überlieferung zurückzuführen sein, da das Wort ebenso schlecht in den Sinn als in das Versmaß sich einfügt. Denn was soll es heißen: Christus noetem aperuit? Man erwartet ein Wort im Sinne von „geheiligt“ oder ähnliches.

### 71. (6.) Hymnus in Natale Domini.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Agnoscat omne saeculum<br/>Venisse vitae praemium,<br/>Post hostis asperi iugum<br/>Apparuit redemptio.</p> <p>2. Esaias quae praecinit,<br/>Completa sunt in virgine,<br/>Annuntiavit angelus<br/>Sanctus replevit spiritus.</p> <p>3. Maria ventre concipit<br/>Verbi fidelis semine,<br/>Quem totus orbis non capit,<br/>Portant quellae viscera.</p> <p>4. Radix Iesse floruit<br/>Et virga fructum edidit,<br/>Fecunda partum protulit<br/>Et virgo mater permanet.</p> | <p>5. Praesaepe poni pertulit,<br/>Qui lucis auctor exstitit,<br/>Cum patre caelos condidit,<br/>Sub matre pannos induit.</p> <p>6. Legem dedit qui saeculo,<br/>Cuius decem praecepta sunt,<br/>Dignando factus est homo<br/>Sub legis esse vinculo.</p> <p>7. Adam vetus quod polluit,<br/>Adam novus hoc abluit,<br/>Tumens quod ille deicit,<br/>Humillimus hic erigit.</p> <p>8. Iam nata lux est et salus,<br/>Fugata nox et victa mors;<br/>Venite, gentes, credite,<br/>Deum Maria protulit.</p> |
|--|--|

Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. A. — Hymn. ms. Beneventanum saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. B. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). C. — Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 414. D. — Psalt. et hymn. ms. Valcidorense saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Clm. Monacen. 13067. E. — Brev. ms. Secoviense saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Cod. Graecen. 770. F. — Brev. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 864. G. — Brev. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 763. H. — Brev. ms. Superioris Althae saec. 12. Clm. Monacen. 9633. I. — Dium. et Hymn. ms. Scheftlariense saec. 12. Clm. Monacen. 17024. K. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a V 24. L. — Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Cod. Vindobonen. 1826. M. — Psalt. et Hymn. ms. Ostroviense anni 1174. Cod. Capit. Pragen. A 57. N. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunten. 18. O. — Brev. ms. Emmeramense saec. <sup>13</sup>/<sub>14</sub>. Clm. Monacen. 14741. P. — Brev. ms. Lambacense saec. <sup>13</sup>/<sub>14</sub>. Cod. Lambacen. CLXXII. Q. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. [<sup>12</sup>/<sub>13</sub>. et] 14. Cod. Pragen. XII E 5. R. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. Cod. Pragen. VII G 7. S. — Viat. ms. Iohannis Noviforen. saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII A 12. T. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. XI 384. U. — Antiph. et Hymn. ms. Suecicum saec. 14. [et 15.] Cod. Upsalen. C 422. V. — Psalt. et Hymn. ms. S. Mariae in Apxach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. W. — Brev. ms. S. Aegidii Brunswicen. saec. 14. (Privatbesitz). X. — Diurn. et Hymn. ms. Benedictin. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. Y. — Brev. ms. Hanussii de Colowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. Z.

2, 1 Isaias E; Ysaias CFG; cecinit FK. — 2, 3 Annuntiante angelo B. — 2, 4 Replevit sanctus B. — 3, 1 concepit fast alle Quellen. — 3, 2 Fidelis verbi BE; Fidelis verbi A; Verbo fideli D; Verbum fideli CGIKO. — 3, 3 orbis non baiulat CDEFGIO. — 3, 4 Gestant AB. — 4, 1 Iesse iam alle Quellen, aber gegen die Reinheit des Verses. — 4, 2 fructus ADEFGIKO. — 4, 3 fructu protulit CO. — 6, 3 homo factus est B. — 7, 1 Adam vetus homo polluit B. — 7, 3 deiecit D. — 8, 2 Fugitque nox et hebetat mors B.

In zwei Teile geteilt (1—4 und 5—8) O; in drei (1 bis 3 ad Tertiam, 4 bis 6 ad Sextam, 7 bis 8 ad Nonam) CE; in vier (1 und 2 ad Primam, 3 und 4 ad Tertiam, 5 und 6 ad Sextam, 7 und 8 ad Nonam) V.

Clichtovaeus, Elucidatorium Ecclesiasticum, Basileae 1517 fol. 18 b: „Praesens hymnus iambicus est dimeter, ubique carminis illius leges exacte servans praeter id, quod in septimo versu bis secundo loco pyrrichium habet pro iambo. Auctor eius Fortunatus episcopus.“ Georg Fabricius, Poetarum Veterum Ecclesiasticorum opera christiana, gab Gedichte des Fortunatus heraus nach einer Murbacher Hs., die er von Johannes Oporinus erhalten; cfr. Comment. S. 57. Diese Hs. enthielt die WW. Fortunats in Büchern, und darin diesen Hymnus, den er S. 694 druckt mit der Aufschrift „Ex lib. II.“ In den uns erhaltenen Sammlungen Fortunats fehlt der Hymnus. Die Frage nach seiner Echtheit hängt wesentlich zusammen mit derselben Frage bezüglich des Hymnus „Quem terra, pontus, aethera“, denn beide sind ganz augenscheinlich von einem Verfasser.

## 72. (7.) Hymnus Beatae Mariae.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Quem terra, pontus, aethera<br/>Colunt, adorant, praedicant,<br/>Trinam regentem machinam<br/>Clastrum Mariae baiulat.</p> | <p>2. Cui luna, sol et omnia<br/>Deserviunt per tempora,<br/>Perfusa caeli gratia<br/>Gestant puellae viscera.</p> |
|--|--|

- |  |  |
|--|--|
| <p>8. Mirantur ergo saecula,<br/>Quod angelus fert semina,<br/>Quod aure virgo concipit<br/>Et corde credens parturit.</p> | <p>6. O gloriosa femina,<br/>Excelsa super sidera,<br/>Qui te creavit provide<br/>Lactas sacrato ubere.</p>                  |
| <p>4. Beata mater munere,<br/>Cuius supernus artifex<br/>Mundum pugillo continens<br/>Ventricis sub arca clausus est.</p>  | <p>7. Quod Eva tristis abstulit,<br/>Tu reddis almo germine,<br/>Intrent ut astra flebiles,<br/>Caeli fenestra facta es.</p> |
| <p>5. Benedicta caeli nuntio,<br/>Fecunda sancto spiritu,<br/>Desideratus gentibus<br/>Cuius per alvum fusus est.</p>      | <p>8. Tu regis alti ianua<br/>Et porta lucis fulgida;<br/>Vitam datam per virginem,<br/>Gentes redemptae, plaudite.</p>      |

Homil. ms. Benedictoburanum saec. 8. Clm. Monacen. 4542. add. saec. 8/9. A. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. B. — Collect. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14843. C. — Mart. et Collectar. ms. Frisingense saec. 10. Clm. Monacen. 27305. D. — Rit. et hymn. ms. Scheftlariense saec. 10. Clm. Monacen. 17027. E. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII 144. F. — Hymn. ms. Farfense saec. 10. ex. Cod. Roman. 175 (Farf. 4). G. — Hymn. ms. Beneventanum saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. H. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. I. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. K. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). L. — Brev. ms. Nursinum saec. 11. Cod. Vallicellan. B 79. M. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. N. — Hymn. et Sequent. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan. theol. IV<sup>o</sup> 25. O. — Fragm. Miss. et Brev. saec. 11/12. in Codice Admuntensi 215. saec. 12/13. P.

1, 1 pondus N. — 1, 2 Colant F. — 1, 3 Trina H; machina C; maxinam F. — 1, 4 baiolat P. — 2, 1 Cui sol, luna G. — 2, 2 Deserviant O. — 2, 4 puellae viscera fehlt P. — 3, 1 Mirentur CF; saeculi N. — 3, 2 fert nuntia F. — concepit fast alle Hss.; concoepit D. — 4, 1 munera C; mater Maria AELP. — 4, 3 Mundo N. — Vor Str. 5 in:

Matrem per integerrimam  
Opem ferens celerrimam  
Dissolve, Christe, vincula,  
Quae nostra nectunt crimina.

5, 1 Beata caeli BCKMN. — 5, 2 sancta L. — 5, 3 Desideratum N. — Str. 5 fehlt F; nach Strophe 5 schließt P mit Doxologie Deo patri sit gloria Eiusque etc. Rest fehlt; nach Str. 5 Divisio MN. — 6, 2 supra CE. — 6, 3 providens N. — 6, 4 Lacta AO; Lactans DN; Lactasti M. — 7, 2 redde B; alvo C. — 7, 3 Intrans CDE. — 8, 1 alta CLN; ganua C. — Nach Str. 8 in KN:

Qui, Christe, natus virginis (virgine K)  
Es auctor et mirabilis,  
Nos ipsius suffragiis  
Dona supernis gaudiis.

Nach dieser Str. folgt in K: Matrem per integerrimam etc. wie weiter oben; statt dieser Strophe lesen wir in F:

Flos, Christe. decus virginum,  
Florentem natum virgine,  
Nos precibus virgineis  
Solve precantes iugiter.

Die Doxologie, die dem Hymnus ursprünglich fremd ist, ist verschieden in verschiedenen Hss. Der Hymnus steht „In Annuntiatione B. M. V.“ HM; „In Purificatione ad Vesperas F, ad Nocturnum G. — Die Hs. P wird von Mone II, 128 irrtümlich als dem 9. Jahrhundert angehörig bezeichnet. Die Frage nach der Authenticität dieses Hymnus hängt, wie Ebert, Gesch. der allgem. Literatur des Mittelalters, richtig bemerkt hat, mit der Frage nach der Echtheit des Buches *De laudibus sanctae Mariae* (Auctt. antiq. IV, 371 sqq.) zusammen. Die Frage hier aufzurollen und abzuhandeln, fehlt der Raum. Ich muß sie an anderem Orte zur Sprache und zum Austrage zu bringen versuchen.

---

**Eugenius III,**  
Episcopus Toletanus,  
† 658.

Eugenius, Sohn des Evariantus, eines edlen Goten, und Kleriker an der Palastkirche zu Toledo, floh, sich der Welt zu entziehen und den Studien zu widmen, nach Zaragoza, wo er im Kloster der hl. Engratia in die Schar der Mönche aufgenommen wurde. Nachdem er schon vorher Erzdiakon von Zaragoza geworden, ward er 647, nach dem Tode Eugenius II (I), gegen seine Neigung vom Könige Chindaswinth auf den bischöflichen Stuhl von Toledo erhoben. Obschon schwächlicher Konstitution und von häufigen Krankheiten heimgesucht, wufste er neben den Obliegenheiten seines Amtes noch Muße für wissenschaftliche Studien, ja für dichterische Betätigung zu finden. So überarbeitete er auf Anregung Chindaswinths das Hexaemeron und die Satisfaktio des Drakontius. Eugenius starb den 13. November 658.

Obschon uns von Eugenius berichtet wird, dafs er dem Kirchengesange besondere Pflege angedeihen liefs, und dafs er die kirchlichen Officien neu geordnet habe, sind uns doch kirchliche Hymnen unter seinem Namen nicht überliefert. Da der Bischof Protasius von Tarragona sich mit dem Ersuchen an ihn wandte, er möge eine Messe zu Ehren des hl. Märtyrers Hippolytus verfassen, was Eugenius versprach, so könnte vielleicht der Hymnus auf diesen Heiligen Anal. XXVII, 183 u. f. von ihm herrühren, um so eher, da derselbe noch metrischen Bau aufweist. Vgl. Gams, Kirchengesch. von Spanien II, 132 ff. Neues Archiv 26, 393—409.

Von den Gedichten des Eugenius ist neuerdings eine von F. Vollmer besorgte Ausgabe erschienen (Auctores antiquissimi XIV, 235 sqq.), aus der die wenigen Nummern unter den Poesien dieses Dichters exzerpiert sind, welche der Hymnendichtung zugezählt werden können. Das Gedicht De incommodis aestivi temporis (Anal. XI, 24,) wiederhole ich hier nicht. Ebensowenig den schon Anal. XIX, 119 u. f. abgelehnten Hymnus auf Dionysius Areopagita. Mit dem dort S. 120 gesagten vgl. man das Urteil Vollmers: „Dafs der Hymnus auf S. Dionysius Areopagita, gedruckt bei Hagen, Carm. med. aevi p. 56 nicht von Eug. ist, dem ihn Paris. 2832. fol. 111 und ein Codex von Chartres 44. fol. 2. saec. XI. zuschreiben, erhellt auf den ersten Blick aus der Metrik.“ Neues Archiv XXVI, 407.

---

**73. (1.) Oratio ad Deum.**

Rex Deus immense, quo constat machina mundi,  
Quod miser Eugenius posco, tu perface clemens.  
Sit mihi recta fides et falsis obvia sectis,

- Sit mihi praecipue morum correctio praesens.
- 5 Sim carus, humilis, verax, cum tempore prudens,  
Secreti tacitus et linguae famine cautus.  
Da fidum socium, da fixum semper amicum,  
Da blandum, sobrium, parcum castumque ministrum.  
Non me pauperies cruciet aut languor obuncet,
- 10 Sit comes alma salus et sufficientia victus.  
Absint divitiae, fastus et iurgia litis,  
Invidia, luxus et ventris pensio turpis,  
Crimine nec laedam quemquam nec crimine laedar.  
Sic bene velle queam, quo pravum posse recedat,
- 15 Nil turpe cupiam, faciam vel proloquar unquam,  
Te mens desideret, lingua canat, actio promat.  
Da, pater altitonans, undosum fletibus imbrem,  
Quo valeam lacrimis culparum solvere moles.  
Da, precor, auxilium, possim quo vincere mundum
- 20 Et vitae stadium placido percurrere passu.  
Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam,  
Concede veniam, cui tollit culpa coronam.

Cod. Londinen. Vespas. A I saec.  $\frac{7}{8}$ . A. — Cod. Parisin. 8093 saec. 8. B. — Cod. Parisin. 2832. saec. 9. C. — Cod. Leyden. Voss. lat. Q 69. saec. 9. D. — Cod. Berolinen. Phil. 1825. saec. 9. E. — Cod. Darmstadien. 3301. saec. 9. F. — Cod. Valentinianen. 405 (387) saec. 9. G. — Cod. Parisin. 528. saec. 9. H. — Cod. Parisin. 1153. saec. 9. I. — Cod. Parisin. 13377. saec. 9. K. — Cod. Casinen. 439. saec.  $\frac{9}{10}$ . L. — Cod. Vatican. Reg. 2078. saec.  $\frac{9}{10}$ . M. — Cod. Parisin. 7540. saec. 10. N. — Cod. Parisin 8071. saec. 10. O. — Cod. Lipsien. Senat. XLVIII. saec. 10. P. — Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. Q.

1. immensi A (korr.) DHJKO: immensus E; immense et G; qui K. — 2. Quod miser imploro Eugenius tu F; Quod miser imploro Egillhart tu G; Quod miser imploro tu perlice A; Quod miser imploro tu perlice clemens D; Quo miser imploro per Christum perlice A (corr.); Quod miser imploro David tu perlice H; Quod miser imploro exposcens tu perlice K; Unde ego posco miser supplex clementer adest[o] E: Quod miser imploro per Christum, [da] pie clemens; dann noch: Da vigilem sensum, rex regum, cuncta gubernans, Da. precor, ingenium, da mentis lumen honestum Q. — 3 fehlt CMN. — 4 praecipuae GN; praecipua K. — 5 fehlt P; verax, humilis T; humilis, verus M (l. m.). — 6 Sim crebro E; flamine B; fulmine DEGHKPQ. am Rande N; limine CMNO; culmine calamine F. — 9 cruciet nec AFGL. — 10 uirtus C. — 11 iurgia, lites EFI. — 12 Invidia ac luxus B; invidiae luxus AEFGL; tensio N korr. — 13 ne laedam AEFGLMQ: ne crimine E. — 14 recreat F. — 15 Turpe nil Q, ut proloquar M. — 16 desiderat DH; Te mens, lingua canat, desiderat, actio promat O; Te mea mens sitiatur, sermo canat, actio promat Q. — 17 altitonans A (corr.). — 18 mores F. — 19 deprecor AF: quo possim AC. — 20 studium D: placidum percurrere possim E. — 11 Dumque A. — 22 Concedes OP (corr.); concedet E: Da veniam demens, cui tollit culpa coronam: dann noch: Gloria summa tibi, caeli terrae [que] creator, Qui Deus es trinus regnans super omnia solus Q.

Aufschrift: Oratio CNO; Oratio beati Eugenii iunioris B; Oratio eiusdem M; Oratio sancti Eugenii, Toletani episcopi G; Oratio Eugenii episcopi L; Oratio Eugenii, Toletanae sedis episcopi DIHKP; Oratio Eugenii, Toletani episcopi AL; Oratio Eugenii, episcopi Toletani F. — Auctt. ant. XIV, 232.

74. (2.) De Brevitate huius Vitae.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Criminum mole gravatus<br/>et reatu saucius<br/>Carmen insonare nitor<br/>luctuosis quaestibus,<br/>Lacrimis ora madescant,<br/>verberentur pectora.</p>                 | <p>6. Nemo te, miselle, crede,<br/>nemo consolabitur,<br/>Non parentes aut propinqui,<br/>non sodales optimi;<br/>Cuncta te procul abibunt,<br/>quae amasti dulciter.</p>   |
| <p>2. Mundus, ecce, nutat aeger<br/>et ruinam nuntiat,<br/>Tempora grata fugantur,<br/>ingeruntur pessima,<br/>Omnia mala propinquant,<br/>et bona praetervolant.</p>          | <p>7. Corrige, crudelis, actus,<br/>terge noxam fletibus,<br/>Sit tibi pro pane luctus,<br/>lacrimae pro gaudio,<br/>Pande Christo probra cordis<br/>eiulando fletibus.</p> |
| <p>3. Eugeni miselle, plora,<br/>languor instat improbus;<br/>Vita transit, finis urget,<br/>ira pendet caelitus,<br/>Ianuam pulsat, ut intret,<br/>mortis, ecce, nuntius.</p> | <p>8. O Deus, bonum perenne,<br/>semper exorabilis,<br/>Cerne fletum profluentem<br/>de medullis intimis,<br/>Vincla criminum resolve,<br/>pone finem lacrimis.</p>         |
| <p>4. Cur inique concupiscis<br/>falsa mundi gaudia,<br/>Cur caduca non relinquis.<br/>curris ad perennia?<br/>Dum petis tantilla lucra.<br/>dona perdis maxima.</p>           | <p>9. Nolo me, pater, Averni<br/>mancipes incendio,<br/>Flamma quo iugis adurat<br/>membra citra terminum;<br/>Hic repende, quod meremur,<br/>sit quies post transitum.</p> |
| <p>5. Dic, miser, carne soluta<br/>quid tibi solacium?<br/>Nil boni portabis illic,<br/>quo recedat ultio,<br/>Poena te cremabit ardens,<br/>anxiabit spiritus.</p>            | <p>10. O genus mortale, mecum<br/>lacrimas effundite,<br/>Pauperi praebete victum,<br/>„parce“ Christo dicite;<br/>Forsitan iram refrenat,<br/>donat indulgentiam.</p>      |

Cod. Parisin. 8093. saec. 8. A. — Cod. Parisin. 2832. saec. 9. B. —  
Cod. Legionen. 8. saec. 10. C. — Cod. Bruxellen 8860—67. saec. 10. D.  
— 1, 5 ora ma A (korr.); madescant BCD. — 1, 6 verberantur ABD.  
— 2, 1 natus (?) A; nuntiet (?) C. — 2, 5 appropinquat D. (korr.). — 3, 1  
Eumenis ille plorans [lies: Heu me miselle plorans] D. — 3, 4 pendit ABC.  
— 5, 1 solutus D. — 5, 2 quod D. — 5, 3 nil boni tecum portabis illic D.  
— 5, 4 quod recipias ultio D. — 5, 6 anxiabis spiritu D. — 6, 1 credit  
ABC. — 6, 5 Cuncta a te AB (korr.); Cuncta tunc D; abebunt A (korr.). —  
7, 1 hactu A; actum B; crudeles actus D. — 7, 4 lacrimis korr. in lacrimae  
A; lacrimas D. — 7, 5 Christo pio corde D. — 7, 6 hienlando D. — 8, 1  
bonus perennisB; bone perennem D. — 8, 3 profuendum A. — 9, 3 Flamma-

que iugis B: flammae quo iugis D; aduret(?) A. — 9, 4 citra mundi terminum D. — 10, 4 Christe D. — 10, 5 ira refrenans D. — 10, 6 donet B. — D fügt noch bei:

Gloria et honor Deo, virtus et imperium  
Una patri filioque, incliti[!] paraclito,  
Cui honor et potestas in aeterna saecula.

Aufschrift: Carmen de brevitae vitae C: Item eiusdem metro trochayco de brevitae huius vitae A; De annuntiatione ruinae. D. — Auctt. antiq. XIV, 235 sq.

### 75. (3.) Hymnus in Pacem.

1. Haec nostra nobis conferunt peccamina,  
Quae provocarunt iudicis sententiam,  
Quam nulla flexit digna paenitentia;  
Parce, redemptor!
2. Lucunda nobis quando donat tempora,  
Nil laudis ille, nil sacramus gratiae;  
Nunc ergo deest, qui ruentes allevet.  
Parce, redemptor!
3. Kaptis amicis et perustis praediis  
Deum precemur corde cum suspiriis,  
Ut curvet hostes et resistat improbis.  
Parce, redemptor!
4. Lux angelorum. iam benignus accipe,  
Compesce bella, redde pacis gaudia,  
Contrita corda sanet indulgentia.  
Parce, redemptor!
5. Mors, ecce, dira nostra pulsat pectora,  
Fames perurget, tela belli concrepant;  
Concede, Christe, iam quieta tempora,  
Parce, redemptor!
6. Non ira duret, sed medella proximet,  
Qua deleantur prava, quae commisimus,  
Et finiantur dura, quae pavescimus.  
Parce, redemptor!
7. O pax perennis, o perennis gloria!  
Pacem rogamus, pacis infer copiam,  
Favore pacis gens quiescat barbara.  
Parce, redemptor!
8. Pater superni numinis piissime,  
Assiste fessis et iacentes erige,  
Bellum paventes iam quietos effice,  
Parce, redemptor!



9. **Quur** nostra vota, cur repellis lacrimas?  
 Cur deruisti, ne gementes audias?  
 Succurre lassis consueta gratia,  
 Parce, redemptor!
10. **Rivos** aquarum profluamus proximi,  
 Panem petenti porrigamus pauperi,  
 Clamemus omnes, rugiamus acriter:  
 Parce. redemptor!
11. **Salvator** alme, qui creasti saecula,  
 Ignosce, prosper, solve culpae vincula,  
 Ne puniamur tanta propter crimina;  
 Parce, redemptor!

Cod. Matriten. 14, 22 saec. 10. — 3, 3 osten. — 6, 2 pravaque. — 6, 3 duraque. — 7, 1 perhennis, o perhennis. — 7, 3 Fabore. — 8, 3 pabentes — 9, 3 iam lassis. — Nach Str. 11 noch die Worte „Te confitentes, te dolentes poscimus. — Aucet. antiq. XIV. 247 sq. — Die zwei vor Str. 1 befindlichen Strophentrümmer des verstümmelten Abedars möchte Vollmer wie folgt ergänzen:

[Frustrantur urbes his] repletae civibus  
 [Cladesque maer]ent bestiarum fletibus,  
 [Lupis et atris quod prae]bentur vulpibus;  
 Parce, redemptor!

[Gravis fortuna nos] misellos opprimit,  
 [Turbis ubique territ]amur ethnicis,  
 [Templaque sancta nunc] dicantur idolis:  
 Parce, redemptor!

#### 76. (4.) Oratio Vespertina.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. <b>Inclitae</b> parentis almae,<br/>         Christe, pignus unicum,<br/>         Membra, quae labore fessa<br/>         nunc repono lectulo,<br/>         Cerne mitis et benignus<br/>         atque clementissimus.</p> | <p>2. <b>Tolle</b> monstra, stringe fibras<br/>         et soporem tempera,<br/>         Improba ne dum quiete<br/>         praegavantur viscera,<br/>         Daemonum fraude maligna<br/>         sentiant piacula.</p> |
|---|---|

Cod. Matriten. 14, 22. saec. 10. — 1, 1 almi korrig. in alme. — 1, 4 prepono. — 2, 3 nec dum. — „Versu[s] supra lectum.“ — Aucet. Antiq. XIV, 264.

#### 77. (5.) Oratio pro Rege.

Omnipotens rerum factor rerumque creator,  
 Accipe propitius, quae tibi, summe, loquor.  
 Porrige victricem pro sacro principe dextram,  
 Quae praestet votis prospera dona suis.

- 5 Perferat insignes semper ex hoste triumphos,  
Nec cedat ullis te comitante malis.  
Sit blandus famulis, sit lenis censor iniquis,  
Sic nobis placeat, ne tibi displiceat.  
Ut multa breviter parvo sermone perorem,  
10 Sit bona tota gerens et mala nulla gemens  
Te donante, precor, qui regnans trinus et unus  
Taxis in aeternum saecula cuncta, Deus.

Cod. Matriten. 14, 22. saec. 10. — 4 bona suis. — 8 nec. — 11 regnas.  
— Auctt. Antiq. XIV, 263 sq.

### 78. (6.) Oratio pro Rege.

(Dubius.)

- Oremus pariter toto de corde rogantes,  
Ut tibi praesidio caelestia porrigat arma  
Arbiter omnipotens, ut possis fortiter hostes  
Debacchare tuos ferri de cuspidе fossos  
5 Et valeas regum multorum frangere colla,  
Qui Dominum verum nolunt cognoscere Christum,  
Qui Deus est unus vere cum patre colendus;  
Quem superus totus cognoscit et infimus ordo,  
Quem chorus angelicus collaudans semper adorat,  
10 Et genitum patris totum diffusa per orbem  
Ecclesia Christum cognoscit et omnipotentem;  
Qui mare, tellurem, caelum, qui cuncta creavit,  
Quae mundus totus per totum continet iste;  
Qui posuit celso lucentia sidera caelo  
15 Et roseis totum coloravit floribus orbem,  
Sideribus variis superum depinxit Olympum,  
Muneribus sacris mundum ditavit et imum;  
Qui concessit aquis geminos producere fructus  
Et diversa locis diversis ponere sanxit,  
20 Scilicet altitium sursum laticumque deorsum,  
Ut plebs pennivola caeli concreseat in auris  
Et squamosa sali fluides concreseat in undis,  
Illa poli volitans siccas transverberet auras,  
Ista maris bibulas natans transcurrat arenas;  
25 Cuius ad imperium rutilans adlampadat ignis  
Et tremulas mittunt timida tonitrua voces,  
Nebula discurrens properat dispergere nimbos,  
Grandinis ut fractos iaculet de ventre lapillos,  
Arcus in excelso servato foedere durat,  
30 Ne cataclysmus aquae terrarum germina perdat,  
Tendit et igniferos mundi per compita crines

Sol nimium rutilus, pulcherrimus atque coruscus,  
Impleat ut totum proprio de lumine mundum.

Plura quid enumerem? Christo parere potenti  
35 Omnia festinant, quae nunc per saecula durant.

Cod. Matriten. 14, 22 saec. 10. — 4 Debaccaret uos foro. — 8 superius  
korr. in superus. — 19 locus. — 21 pinnibula; aures korr. in auris. —  
22 squamosalorum. — 23 siccans. — 24 transeurrit. — 26 timidas. — 30 Nec  
cataclismus. — Auctt. Antiq. XIV, 275 sq.

## Beda Venerabilis,

Monachus Wirimundensis,

† 735.

Geboren im Jahre 672 (oder 73) im späteren Territorium von Wearmouth, das bei seiner Geburt noch nicht gegründet war, kam Beda, eben sieben Jahre alt, als Oblatus in diese Abtei, in der er bis an sein Lebensende verblieb. Mit 19 Jahren zum Diakon, mit 30 zum Priester geweiht, beide Male durch die Hand des hl. Johannes von Beverley, ward er vom Papste Sergius I. der ihn zu sehen verlangte, nach Rom berufen, scheint aber die Reise dorthin, vermutlich wegen des vorher erfolgten Ablebens des Papstes, niemals angetreten zu haben. Der Rest seines Lebens verfloß in der Einsamkeit der Zelle und in der Freude an literarischem Schaffen. Im Jahre 731 konnte er, 59 Jahre alt, sein bedeutendstes Werk, die *Historia ecclesiastica gentis Anglorum* vollenden; 733 (oder 34) hatte er einige Tage im Kloster seines Ordens zu York und in der Gesellschaft seines Freundes, des Erzbischofes Egbert verbracht, mußte aber 734 eine erneute Einladung mit Rücksicht auf seine geschwächte Gesundheit ablehnen. Zu Anfang April 735 ward er von Atembeschwerden befallen, welchen er am 26. Mai desselben Jahres erlag.

Es kann nicht dieses Ortes sein, die ausgebreitete literarische Tätigkeit Bedas im einzelnen zu verfolgen oder zu würdigen. Es beschäftigt uns die Frage nach seinen Hymnen. Einen derselben, auf Ediltrudis, Nr. (1) hat er selbst in seine Kirchengeschichte Englands aufgenommen, und so gegen die Skepsis der Nachwelt sichergestellt. Von Beda selbst erfahren wir in demselben Werke, daß er einen „*librum hymnorum diverso metro sive rhythmo*“ verfaßt habe. Dieses Hymnenbuch als ein Ganzes müssen wir als verloren beklagen. Elf Hymnen [Nr. (2) — (12)] sind indes unter dem Namen Bedas von Georgius Cassander in seinen *Hymni ecclesiastici* (Coloniae 1556) gedruckt worden; wie er selbst in der Widmung seines Werkes mitteilt, waren sie ihm von dem kaiserlichen Räte Kaspar von Nydbruck zur Veröffentlichung übergeben: „*Hortatus es nos subinde, vir clarissime, ut eos, quos ad nos misisti, Bedae presbyteri hymnos, si videretur, prelo excudendos tradamus*“ (l. c. p. 2). Über die Echtheit dieser von Cassander an das Licht gezogenen Hymnen sind die verschiedensten Ansichten laut geworden. Einige verwarfen alle, andere nach subjektivem Empfinden oder Gutdünken einen Teil, dieser diese, jener jene. Ich glaube, daß wir die Hymnen als authentisch anzusehen haben. Cassander, dem wir unser Vertrauen nicht zu versagen brauchen, fand sie in Quellen vor, welche sie mit Bedas Namen verknüpften. Zwei derselben Nr. (2) und (3) vermögen wir wenigstens in alten Quellen nachzuweisen, einen, Nr. (2), mit dem Namen Bedas, so daß der Gedanke an ein späteres Fälscherstückchen ausgeschlossen ist. Nach Inhalt und Stil, die von Schwung und Nüchternheit gleich ängstlich sich fernhalten, zeigen die Hymnen nichts, was Bedas Autorschaft ausschliesse. Die wenigen prosodischen Fehler förmiges, (3) Hymnus 9, 1 und persévérat, (6) Hymnus 3, 3 sprechen nicht gegen Beda, der *Miracula s. Cuthberti* XVI, 7 schreibt:

In mēacum latices valuit convertere nectar.

Endlich sind diese Gedichte ersichtlich das Werk eines Verfassers, eine Auffassung, eine Ausdrucksweise, eine Verknst spricht aus allen; man vgl. beispielsweise Hymn. 8. 17, 3 u. f. mit Hymn. 9. 7, 3 u. f. Dieser eine Verfasser ist aber Beda. Zweimal gebraucht derselbe in den uns beschäftigenden Hymnen das Wort *lar* [*lares*] in der Bedeutung von „Feuer“: Einmal in dem Hymnus Nr. (5), in dem 9, 1 u. f. der Hl. Geist angeredet wird:

Lingua simul doctoribus  
Laremque sacrum praebuit,

wozu Cassander (p. 212) in der Marginalnote bemerkt: „Larem pro igne posuisse videtur“. Demselben Sprachgebrauche begegnen wir wieder im (6.) Hymnus, woselbst es 11, 3 u. f. von Agnes heisst:

Sic per lares et ferreas  
Ad astra portas praevolat.

Da ist es von unschätzbarem Werte, das wir in einem unbestrittenermaßen von Beda herrührenden Werke, in den *Miracula sancti Cuthberti IX*, 31 von den Jüngern des Heiligen, die einen Fisch am Feuer rösten, lesen:

Tum laribus torrent epulas.

Erwähnen will ich noch, das in dem Gedichte *de ratione duodecim signorum*, in der Baseler Ausgabe von 1563 tom. I, 494 derselbe prosodische Irrtum sich befindet, dem wir Hymnus (6), 3, 3 begegneten:

Qui in bovem versum Iovem fabulose assévérant.

Übergangen sind im folgenden die in der Baseler Ausgabe und auch bei Giles fälschlich als „Hymnen“ bezeichneten Gedichte *de ratione temporum* (Giles I, 54), *de celebritate quattuor temporum* (Giles I, 55), *de variis computi regulis* (Giles I, 69), *de die iudicii* (Giles I, 99).

Dagegen reihe ich den Hymnen Bedas zwei metrifizierte Psalmen an, welche in den Handschriften, denen sie entnommen sind, Beda zugeschrieben werden, und von denen, soweit ich sehen kann, der eine hier zum erstenmale gedruckt wird.

Bezüglich der näheren Lebensumstände Bedas sei verwiesen auf Giles I, XLI—CLXVI. Was die Hymnen betrifft, ist es unnütz, sich auf andere Ausgaben zu beziehen, da sie ausnahmslos auf Cassanders Schultern stehen.

Abzusprechen ist Beda zweifelsohne der Hymnus oder das Gedicht *de psalmis gradualibus Ad Dominum clamaveram* (Giles I, 239; Mone I, 593; Wackernagel I, 93). das zuerst mit anderen prosaischen Gebeten von Martène (*Thesaurus Novus Anecdotorum V*, 394 sq.) unter Bedas Namen veröffentlicht worden ist und sich auch in der Münchener Handsch. Clm. 14447. saec. 9. befindet.

Postscriptum. So weit hatte ich geschrieben und mich mit dem hymnischen Eigentum Bedas auseinandergesetzt, als ich von der Bamberger Handschrift B II 10, einem Sammelbände des 10. oder 11. Jahrh. aus dem Michaelkloster bei Bamberg Einsicht nehmen konnte. Dieselbe enthält u. a. einen in vier Bücher gegliederten Traktat „*De Laude Dei et de confessione orationibusque sanctorum*“, als dessen Verfasser ein „*Alchonijs levita*“ genannt wird, in dem wir niemand anders als Alkuin zu erkennen haben. (Vgl. Vollmer, *Auctt. antiq. XIV p. XV.*) Dieser Traktat ist eine Sammlung von Gebeten, die der Veranstalter derselben der Hl. Schrift, einigen Vätern und christlichen Dichtern entlehnt. Ein Kapitel enthält solche Gebete „*de antiphonario*“, ein anderes (fol. 300 b sqq.) solche „*de hymnis*“. Es sind dies aneinander gereichte Bruchstücke aus kirchlichen Hymnen und zwar zwei aus Hymnen des Ambrosius, eines aus dem „*Te Deum*“, sieben von unbekanntem Verfasser. Alle übrigen Bruchstücke sind aus den nachfolgenden Hymnen Bedas gezogen und zwar aus Nr. 2 die Strophen 19, 20, 28; aus Nr. 10 Str.

1 und 2; aus Nr. 8 Str. 1, 2 und 20; aus Nr. 11 Str. 1 und 12; aus Nr. 4 Str. 1, 31 und 32; aus Nr. 5 Str. 1; aus Nr. 7 Str. 1 und 4; aus Nr. 9 Str. 1 und 7; Bruchstücke also aus allen Hymnen bei Cassander, 3, 6 und 12 ausgenommen. Mit diesen Hymnen sind wir also nicht mehr schlechterdings auf Cassander angewiesen; wir haben sie nicht nur in einer Quelle des 10.—11. Jahrh. nachgewiesen, sondern wir wissen auch, daß Alkuin diese Lieder kannte. Damit ist in dieser Sache Cassanders Glaubwürdigkeit glänzend gerechtfertigt.

Unter den Hymnenbruchstücken unbekannter Verfasser befinden sich zwei, die zweifellos, eines, das nicht unwahrscheinlich Beda zuzuweisen. Das legt zunächst die Umgebung nahe, in der wir sie finden, nämlich inmitten Bedascher Hymnen. Die zwei Hymnen sind 1. ein unbekannter auf Quadragesima, von dem drei Strophen vorhanden, die ich w. u. unter Nr. (14) aufzuführen werde. Außer der Nachbarschaft kennzeichnet diesen die Anfangszeile: *Adesto, Christe, cordibus* als Kind Bedas; vgl. Nr. (10), Str. 1: *Adesto, Christe, vocibus*. Der zweite Hymnus ist ein Osterhymnus, es ist der Anal. XIV a. Nr. 65 mitgeteilte, von dem Alkuin die erste Strophe ausgehoben hat. Dieser Hymnus ist mitliin von Beda, zu dem er auch inhaltlich und formell paßt. Wir sehen also ferner, daß Beda nicht nur einzelne Hymnen, sondern tatsächlich ein Hymnarium per anni circulum gedichtet hat; in die vorhandenen Lücken treten dieser Fasten- und Osterhymnus ausfüllend ein. Der dritte Hymnus, von dem Alkuin fünf Strophen ausgehoben, ist der Anal. XII, Nr. 52 mitgeteilte *Abedarius Alma fulget in caelesti*. Auch dieser Hymnus kann nach Inhalt und Form recht gut ein Werk Bedas sein. Die Strophen, die Alkuin auswählt, sind 1, 18, 23, 24 und 25. Zwischen die Str. 23 und 24 schiebt der Sammler zwei Strophen eines anderen *Abedarius* ein:

**X**ristum regem, iam paterna  
claritate splendidum,  
Ubi celsa beatorum  
contemplantur agmina.

**Y**dri fraudes ergo cave,  
infirmantes subleva,  
Aurum temne, fuge luxus,  
suis [!] astra petere.

Dieselben dürften um so mehr einem anderen uns verlorenen Gedichte Bedas entlehnt sein, als dies wohl verschriebene „suis“ auf ihn hinzuweisen scheint.

Noch drei weiteren Strophen gleichen Versmaßes, unbekannter Herkunft finden sich in Mitte der Exzerpte aus Beda, die ich hier hersetze:

In prophetis inveniris,  
nostro natus saeculo,  
Ante saecula (natus) fuisti,  
factor prime saeculi.

Factor caeli, terrae factor,  
congregationum maris,  
Omniumque tu creator,  
quae pater nasci iubet.

\* \* \*

Perfectisque cum coronam  
iustus index afferes,  
Tunc et nostrae parvitati  
largire indulgentiam.

### 79. (1) Hymnus sanctae Edilthridae.

**A**lma Deus trinitas, quae saecula cuncta gubernas,  
Adnue iam coeptis, alma Deus trinitas.

**B**ella Maro resonet, nos pacis dona canamus,  
Munera nos Christi, bella Maro resonet.

5 **C**armina casta mihi, foedae non raptus Helenae  
Luxus erit lubricis, carmina casta mihi.

- Dona** superna loquar, miserae non proelia Troiae,  
Terra quibus gaudet, dona superna loquar.  
**En**, Deus altus adit venerandae virginis alvum  
10 **Liberet** ut homines, en, Deus altus adit.  
**Femina** virgo parit mundi devota parentem,  
Porta Maria Dei, femina virgo parit.  
**Gaudet** amica cohors de virgine matre tonantis,  
Virginitate micaus gaudet amica cohors.  
15 **Huius** honor genuit casto de germine plures,  
Virgineos flores huius honor genuit.  
**Ignibus** usta feris virgo non cessit Agatha.  
Eulalia et perfert ignibus usta feris.  
**Kasta** feras superat mentis pro culmine Tecla,  
20 **Eufemia** sacra casta feras superat.  
**Laeta** ridet gladios ferro robustior Agnes,  
Caecilia infestos laeta ridet gladios.  
**Multus** in orbe viget per sobria corda triumphus,  
Sobrietatis amor multus in orbe viget.  
25 **Nostra** quoque egregia iam tempora virgo beavit,  
Edilthrida nitet nostra quoque egregia.  
**Orta** patre eximio regali et stemmate clara,  
Nobilior Domino est orta patre eximio.  
**Percipit** inde decus regina et sceptrata sub astris,  
30 **Plus** super astra mauens percipit inde decus  
**Quid** petis, alma, virum, sponso iam dedita summo?  
Sponsus adest Christus; quid petis, alma, virum?  
**Regis** ut aetherei matrem iam, credo, sequaris,  
Tu quoque sis mater regis et aetherei.  
35 **Sponsa** dicata Deo bis sex regnaverat annis  
Inque monasterio est sponsa dicata Deo.  
**Tota** sacrata polo celsis ubi floruit actis,  
Reddidit atque animam tota sacrata polo.  
**Virginis** alma caro est tumulata bis octo Novembres,  
40 **Nec** putet in tumulto virginis alma caro.  
**Xriste**, tui est operis, quia vestis et ipsa sepulcro  
Inviolata nitet, Xriste, tui est operis.  
**Ydros** et ater abit sacrae pro vestis honore,  
Morbi diffugiunt, ydros et ater abit.  
45 **Zelus** in hoste furit, quondam qui vicerat Evam,  
Virgo triumphat ovans, zelus in hoste furit.

\* \* \*

**Aspice**, nupta Deo, quae sit tibi gloria terris,  
Quae maneat caelis, aspice, nupta Deo.  
**Munera** laeta capis, festivis fulgida taedis,  
Ecce, venit sponsus! munera laeta capis.

Et nova dulcisono modularis carmina plectro,  
 Sponsa, hymno exsultas et, nova, dulcisono.  
 Nullus ab altithroni comitatu segregat agni,  
 Quam affectu tulerat nullus ab altithroni.

Historia ms. ecel. gentis Anglorum ami 737. Cod. Cantabrigien. Kk V 16. A. — Hist. ms. ecel. gentis Anglorum saec. 8. Cod. Londinen. Tiber. C II B. — Hist. ms. ecel. gentis Anglorum saec. 8. Cod. Londinen. Tiber. A XIV. C. — Hist. ms. ecel. gentis Anglorum saec. 10. Cod. Londinen. Harl. 4978. D. — Hist. ms. ecel. gentis Anglorum saec. 11. Cod. Londinen. Reg. 13 C 5. E. — Homil. ms. Benedictoburanum saec. 8<sup>9</sup>. Clm. Monacen. 4547. add. saec. 11. F. — Collect. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 265. G. — Pass. ms. Zwettlense saec 12. Cod. Zwettlen. 24. H.


1 gubernans korrig. in gubernas D. — 2 Aduē korrig. in anue A; alme Deus G. — 3 nos paucis C. — 6 lubricus korrig. in lubricis A: lubricus FH. — 7 loquor F. — 8 Quae mundum exhilarant, dona FG. — 15 genuit custode germine F. — 16 virgineis korrig. in virgineo C. — 17 cessat BE; Agathe korrig. in Agatha A; Agathae BCEFG; Agathes H. — 18 Eulalia perfert F; Eulalia et profert H. — 19 kasta fera H; lumine Tecla G. — 20 sacras korrig. in sacra A; sacras BCFGH; fera H. — 21 sq. gladius korrig. in gladios D. — 23 Multos in orbe FG; figet korrig. in vigeat B. — 24 multos FG. — 25. Nostra aliis sacrior sed tempora FG: beavit korrig. in beata B. — 26 Aedilthyra AC; Eildryda B; Ediltrida D; Atheldrytha E; Aedildruda FG; Ediltruda H; nostra aliis sacrior FG. — 27 stemmata F. — 29 sq. percepit korrig. in percipit B. — 31 sponsa FG. 33 aetherēi korrig. in aetherii E; iam caelo sequaris H. — 36 annos F. — 37 floruit astris F. — 39 Novembres korrig. in Novembris E; Novembris CD: bis octo novemque H. — 40 putet korrig. in putret B; patet korrig. in putet C; pudet FG. — 42 Inviolata FG. — 43 sq. Ydros korrig. in Ydrops B. — 43 abiit korrig. in abit B; festis korrig. in vestis C. — 45 Telus in G. — 47 tibi fehlt D. — 51 sq. In nova F; lies En, nova? — 53 comitatus egregat F; comitatu segregat H; segregat almi G. — 54 affectu korrig. in effectu D.

„Incipit vita sanctae Edildrudis virginis“ F: „Bedaē, famuli Christi et presbyteri, explicit liber de virtutibus sancti Cudberti, Lindisfarnensis ecclesiae episcopi. Incipit carmen eiusdem de virginitate Edildrudae reginae“ G. Beda führt in seiner Hist. ecel. IV, 20 den Hymnus mit den Worten ein: „Videtur opportunum huic historiae et hymnum virginitatis inserere, quem ante annos plurimos in laudem ac praeconium eiusdem reginae ac sponsae Christi — et ideo veraciter reginae, quia sponsae Christi — elegiaco metro composuimus, et imitari morem sacrae scripturae, cuius historiae carmina plurima indita et haec metro ac versibus constant esse composita.“ Steht auch in Cod. Capit. Colonien. 106. saec. 9. — Nach Analogie dieses Hymnus sind die des Wulstan von Winchester gebaut; vgl. Anal. XLVIII, 9 ff.

Die Collation der englischen Handschriften verdanke ich Rev. H. M. Bannister, die des Sangallensischen besorgte in liebenswürdiger Weise Herr Stiftsarchivar Joseph Müller.

## 80. (2.) De Operibus VI dierum et de VI aetatibus.

- |                            |                            |
|----------------------------|----------------------------|
| 1. Primo Deus caeli globum | 2. At per dies aetatibus   |
| Molemque terrae condidit,  | Labentis aevi congruos     |
| Terram sed umbris abditam  | Ornavit orbem et aethera   |
| Abysus alta texerat.       | Cunctamque mundi machinam. |





- |  |   |
|--|---|
| 3. Prima creator saeculi<br>Die tenebras effugans<br>Aquis adhuc absconditum<br>Lampavit orbem lumine.     | 13. Sexta creatus est homo<br>Die, creatoris sui<br>Imaginem qui praeferens<br>Semper beatus viveret.           |
| 4. Lucis beata gaudiis<br>Mundi replevit incolas<br>Aetate mox altissimus<br>Prima creator saeculi.        | 14. Summus creator omnium,<br>Per quem creatus est homo,<br>Aetate filius Dei<br>Sexta creatus est homo.        |
| 5. Locatur inter caerula<br>Die secunda maximus<br>Poli globus, divisaque est<br>Utrimque lympha labilis.  | 15. Obdormiente splendida<br>Plasmatur Adae femina,<br>Os illius ex ossibus,<br>De carne carnem obtinens.       |
| 6. Primo secundae tempore<br>Aetatis arca mystica<br>Hinc inde concurrentia<br>Locatur inter caerula.      | 16. De carne Christo propria<br>Et sanguinis mysterio<br>Iam sponsa nata est in cruce<br>Obdormiente splendida. |
| 7. Lucente saeculi tertia<br>Die fluens sub aethere<br>Abyssus alta subsidet,<br>Virensque paret arida.    | 17. Post facta celsa conditor<br>Die quiescens septima<br>Eam vocari in saecula<br>Et esse iussit sabbatum.     |
| 8. Electra proles Abrahæ<br>De perfidorum fluctibus<br>Aetate florens claruit<br>Lucente saeculi tertia.   | 18. Aetas quietis septima<br>Bene defunctos excipit,<br>Qua sabbatizat cum suis<br>Post facta celsa conditor.   |
| 9. Quarta iubar sublimium<br>Die emicabat siderum,<br>Solo poloque fulgidam<br>Lucis daturum gratiam.      | 19. Octava restat ceteris<br>Aetatibus sublimior,<br>Cum mortui de pristino<br>Terrae resurgent aggere.         |
| 10. Hebraea gens Davidico<br>Regno refulsit inclita<br>Aetate pandens actuum<br>Quarta iubar sublimium.    | 20. Vultumque Christi perpetim<br>Iusti cernent amabilem<br>Eruntque sicut angeli<br>Caelesti in arce fulgidi.  |
| 11. Novum genus progignitur<br>Quinta die de limpidis<br>Nascens aquis natantium<br>Volantiumque sub polo. | 21. Hanc ad se vitae semitam<br>Ostendit ipse praevious<br>De matre natus virgine<br>Deus Deique filius.        |
| 12. Aetate quinta in Chaldea<br>Poenam luente Iudea<br>Fidelium de perfidis<br>Novum genus progignitur.    | 22. Nam morte mortem destruens<br>Sexta subegit sabbati,<br>Quievit et in sabbato<br>In corde terrae conditus.  |

- |   |  |
|---|--|
| <p>23. Vitaeque prima sabbati<br/>Surgendo pandit ianuam<br/>Suisque congredientibus<br/>Ascendit ad thronum patris.</p> <p>24. Et sex in huius saeculi<br/>Aetatibus nos praecipit<br/>Nostram ferendo iam crucem<br/>Ius omne leti vincere.</p> <p>25. Intrabimus post omnia<br/>Devicta mundi praelia<br/>Carnis soluti vinculis<br/>Vitae perennis sabbatum.</p> <p>26. Sequetur una sabbati<br/>Claudenda nullo termino,<br/>Cum carnis immortalitas<br/>Aeterna nobis redditur.</p> <p>27. Sic carnis atque spiritus<br/>Bino petiti gaudio<br/>Scandemus ad caelestia<br/>Regni perennis moenia.</p> | <p>28. Quo nos venire, quaesumus,<br/>Concede, sancta trinitas,<br/>Unumque te cognoscere<br/>Verum Deum per saecula.</p> <p>29. Hic igitur sperantibus<br/>Nobis atque orantibus<br/>In spiritu paraclito<br/>Sit plena consolatio.</p> <p>30. Sint corda clara et fortia,<br/>Sit caro frugalissima,<br/>In modum solis fervidus<br/>Nunquam tepescat animus.</p> <p>31. Alas virtutum geminas<br/>Biformis donans caritas<br/>Creatori consimilem<br/>Suam reddat imaginem.</p> <p>32. Ut sabbatismi requie<br/>Nostrae fruantur animae,<br/>Donec surgente corpore<br/>Sit stolae decus geminae.</p> |
|---|--|

33. Praesta, pater piissime  
Patrique compar unice,  
Cum spiritu paraclito  
Nunc et per saecula.

Collect. ms. Salisburgense saec. 12. Cod. Vindobonen. 1743. A. — Cassander, Hymni eccles. 86 sqq. B. —

7, 1 saeculi A. — 9, 2 micabat B. — 9, 3 Polo soloque B. — 12, 1 sq. zu Chaldäa und Iudäa vgl. Miracula s. Cuthberti XLIV, 12 sq:

Namque opus hoc, Salomon fulvo quod fecerat auro,  
*Chaldaea* petrarum obtexit, heu, flamma minis.

15, 4 carnem proferens B. — 18, 2 Post hoc futura est saeculum B. — 21, 1 Quam nobis ad se semitam B. — 22, 2 sabbati fehlt B; dabei am Rande: „Deest tartarum vel feria vel aliquid tale.“ Str. 24 fehlt A. — 25, 2 Debita mundi A. — Str. 29 u. ff. fehlen B. — Str. 33 nur mit den Anfangsbuchstaben der Worte A. — Dieser Hymnus steht auch unter Bedas Namen in der Hs. 106 des Kölner Domkapitels (saec. 9.), fol. 6: „Item hymnus Bedae presbyteri de opere sex dierum primordialium et de sex aetatibus mundi“; der Text fol. 44b. Leider ist mir nicht möglich, die Varianten der Hs. mitzuteilen. — Str. 19, 20 und 28 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bambergens. saec. 10/11. Cod. Bambergens. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 20, 1 perpetes.

### 81. (3.) In Natali Innocentium.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Hymnum canentes mar-<br/>tyrum<br/>Dicamus innocentium,<br/>Quos terra flentes perdidit,<br/>Gaudens sed aethra suscipit,</p> | <p>2. Vultum patris per saecula<br/>Quorum tuentur angeli<br/>Eiusque laudant gratiam<br/>Hymnum canentes mar-<br/>tyrum.</p> |
|---|---|

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Quos rex peremit impius,<br/>Pius sed auctor colligit<br/>Secum beatos collocans<br/>In luce regni perpetis.</p>     | <p>10. Agnum Dei qui candidum<br/>Mundo sequeris tramite,<br/>Manus latronis impias<br/>Ne, grex pusille, formides.</p>              |
| <p>4. Qui mansiones singulis<br/>Largitus in domo patris,<br/>Donat supernis sedibus,<br/>Quos rex peremit impius.</p>     | <p>11. Absterget omnem lacri-<br/>mam<br/>Vestris pater de vultibus,<br/>Mors vobis ultra non nocet<br/>Vitae receptis moenibus.</p> |
| <p>5. Bimos et infra parvulos<br/>Herodis ira percudit<br/>Finesque Bethlemiticos<br/>Sancto respersit sanguine.</p>       | <p>12. Qui seminant in lacrimis,<br/>Longo metent in gaudio,<br/>Genis lugentum conditor<br/>Absterge tonnem lacri-<br/>mam.</p>     |
| <p>6. Praeclara Christo splenduit<br/>Mors innocens fidelium,<br/>Caelis ferebant angeli<br/>Bimos et infra parvulos.</p>  | <p>13. O quam beata civitas,<br/>In qua redemptor nascitur<br/>Natoque primae martyrum<br/>In qua dicantur hostiae!</p>              |
| <p>7. Vox in Rama percrebuit<br/>Lamenta luctus maximi,<br/>Rachel suos cum lacrimis<br/>Perfusa flevit filios.</p>        | <p>14. Nunquam vocaris parvula<br/>In civitatum milibus,<br/>Ex qua novus dux ortus est,<br/>O quam beata civitas!</p>               |
| <p>8. Gaudent triumpho perpeti,<br/>Tormenta quique vicerant,<br/>Quorum gemens ob verbera<br/>Vox in Rama percrebuit.</p> | <p>15. Astant nitentes fulgidis<br/>Eius throno nunc vestibus,<br/>Stolas suas qui laverant<br/>Agni rubentes sanguine.</p>          |
| <p>9. Ne, grex pusille, formides<br/>Dentes leonis perfidos,<br/>Pastor bonus nam pascua<br/>Vobis dabit caelestia.</p>    | <p>16. Qui perpetis pro patriae<br/>Regno gementes fleverant,<br/>Laeti Deo cum laudibus<br/>Astant nitentes fulgidis.</p>           |

Cassander l. c. 117 sqq. — 5, 2 Bethlemiticos. — 12, 3 lugentium.

## 82. (4.) In Ascensione Domini.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Hymnum canamus gloriae,<br/>Hymni novi nunc personent,<br/>Christus novo cum tramite<br/>Ad patris ascendit thronum.</p> | <p>3. Nam diri leti limina<br/>Caecas et umbras inferi<br/>Lustrans sua potentia<br/>Leti ligarat principem,</p>   |
| <p>2. Transit triumpho gloriae<br/>Poli potenter culmina,<br/>Qui morte mortem absumperat<br/>Derisus a mortalibus.</p>        | <p>4. Et, quos suos in actibus<br/>Fideque lectos noverat,<br/>Omnes Averni faucibus<br/>Salvavit a ferocibus.</p> |

- |   |   |
|---|---|
| <p>5. Laetamque vitae ianuam<br/>Pandit redemptor omnibus,<br/>Quos lex amara corporis<br/>Vita pios privaverat.</p>      | <p>15. Ac prosecuti lumine<br/>Laeto petentem sidera<br/>Laetis per auras cordibus<br/>Duxere regem saeculi.</p>                      |
| <p>6. O mira rerum claritas!<br/>Miranda salvatoris est<br/>Virtus, gemella gratia<br/>Quae regna leti destruit.</p>      | <p>16. Quos alloquentes angeli:<br/>Quid astra stantes cernitis?<br/>Salvator hic est, inquit,<br/>Iesus, triumpho nobili</p>         |
| <p>7. Nam plurimos ab inferi<br/>Portis reduxit spiritu,<br/>Multos et ipso corpore<br/>De fauce mortis eruit,</p>        | <p>17. A vobis ad caelestia<br/>Qui regna nunc assumptus est,<br/>Venturus inde saeculi<br/>In fine iudex omnium.</p>                 |
| <p>8. Surgentis ut de mortuis<br/>Christi sonarent gaudia<br/>Binos choros paschalia<br/>Vita nova laetantium,</p>        | <p>18. Haec dixerant, et non mora.<br/>Iuncti choris felicibus<br/>Cum rege regum lucidi<br/>Portis Olympi adproximant.</p>           |
| <p>9. Binae cohortes aethera<br/>Christum secutae ascenderent<br/>Sedesque caelo perpetes<br/>Inter tenerent angelos.</p> | <p>19. Emissa tunc vox angeli:<br/>Portas, ait, nunc pandite,<br/>Et introibit perpetis<br/>Dux pacis et rex gloriae.</p>             |
| <p>10. Hunc ergo cuncti consonis<br/>Diem feramus laudibus,<br/>Victor petit quo fulgidi<br/>Iesus Olympi ianuas.</p>     | <p>20. Respondit haec ab intimis<br/>Vox urbis almae moenibus:<br/>Quis iste rex est gloriae,<br/>Intret poli qui ianuas?</p>         |
| <p>11. Quo nobis ipse apud patrem<br/>Thoros beatos praevius<br/>Ac mansiones plurimas<br/>Paravit auctor aetheris.</p>   | <p>21. Nos semper in caelestibus<br/>Christum solemus cernere<br/>Et eius una cum patre<br/>Pari beamur gloria.</p>                   |
| <p>12. Quo tota praecedentium<br/>A saeculo fidelium<br/>Caterva caeli regiam<br/>Pandente Christo subiit.</p>            | <p>22. At praeco magni iudicis<br/>Dominus potens et fortis est,<br/>Qui stravit atrum in proelio<br/>Mundi triumphans principem.</p> |
| <p>13. Erant in admirabili<br/>Regis triumpho altithroni<br/>Coetus simul caelestium<br/>Polum petentes agminum.</p>      | <p>23. Quapropter elevamini,<br/>Portae perennis aetheris,<br/>Introeat rex gloriae,<br/>Virtutis atque gratiae.</p>                  |
| <p>14. Apostoli tum mystico<br/>In monte stantes chrismatis<br/>Cum matre claram virgine<br/>Iesu videbant gloriam.</p>   | <p>24. Mirata adhuc caelestium<br/>Requirit aula civium:<br/>Quis, inquit, est rex gloriae.<br/>Rex iste tam laudabilis?</p>          |

- |  |  |
|--|--|
| <p>25. Herilis at mox buccina<br/>Respondit: Auctor omnium<br/>Altissimus virtutum et<br/>Rex ipse fulget gloriae.</p> <p>26. Dictis quibus rex gloriae<br/>Cum glorioso milite<br/>Ingressus est in aethere<br/>Sublime regnum gloriae.</p> <p>27. Qua mansiones singulis,<br/>Quos de profundis inferi<br/>Abduxerat, pro congruis<br/>Donavit almus actibus.</p> <p>28. At ipse cuncta transiens<br/>Caeli micantis culmina<br/>Ad dexteram sedit patris<br/>Consempiternus filius,</p> | <p>29. Venturus inde in gloria<br/>Vivos simul cum mortuis<br/>Diudicare pro actibus<br/>Iusto potens examine.</p> <p>30. Quo nos, precamur, tempore,<br/>Iesu, redemptor unice,<br/>Inter tuos in aethera<br/>Servos benignus adgrega.</p> <p>31. Da nobis illuc sedula<br/>Devotione tendere,<br/>Qua te sedere cum patre<br/>In arce regni credimus.</p> <p>32. Nostris ibi tum cordibus<br/>Tuo repletis spiritu,<br/>Ostende patrem et sufficit<br/>Haec nobis una visio.</p> |
|--|--|

Cassander l. c. p. 198 sqq. A. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 11. Cod. Rossian. VIII 144. B. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. C. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. D. — Hymn. ms. Veronense saec. 10. Cod. Capit. Veronen. 109 (102) E. — Hymn. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Kasselan. Theol. IV 25. F. — Brev. ms. S. Eutychii Nursini saec. 10/11. Cod. Vallicellan. B. 79. G.

1, 2 novi cum personent F. — 1, 4 throno C. — 2, 1 triumpho nobili F. — 2, 3 mortem morte DE; Qui mors mortem C; assumpserat CE. — 6, 2 regnat C. — 15, 1 Hoc prosecuti BCDE; Hunc prosecuti G. — 15, 3 Laeti per auras cordium G. — 16, 4 nobilis A. — 17, 1 Qui vobis E: A vobis hinc ad A. — 17, 2 Qui fehlt E. — 30, 3 aethere A. — 32, 1 cum cordibus A. — 32, 2 repleti A. — Alle Quellen mit Ausnahme von A haben nur die Strophen 1, 2, 14, 15, 16, 17, 30, 31 und die Doxologie: Gloria tibi, Domine, Qui scandis super sidera usw.

Str. 1, 31 und 32 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bambergens. saec. 10/11. Cod. Bambergens. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 1, 1 Hymnos canamus. — 32, 3 sufficiat. — 3, 4 Haec nobis mansio.

### 83. (5.) In Die Sancto Pentecostes.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Emitte, Christe, spiritus<br/>Donum tui paracliti,<br/>Quo nos replente munera<br/>Rite canamus ipsius.</p> <p>2. Elegit hanc qui primitus<br/>Sacratiorem ceteris<br/>Diem, dicaret qua suo<br/>Ecclesiam charismate.</p> | <p>3. Cuius semel mirabilis<br/>Nos edocet descensio,<br/>Pios sacra perenniter<br/>Ut lampet omnes gratia.</p> <p>4. Erantque in uno cum suis<br/>Apostoli consortibus<br/>Solario sublimibus<br/>Dei vacantes laudibus,</p> |
|--|---|

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Cum missus alto spiritus<br/>Advenit a throno patris<br/>Seseque collaudantium<br/>Iplevit almus pectora.</p>            | <p>11. Maiore qui miraculo<br/>Quorum replevit pectora,<br/>His omnium mox contulit<br/>Late loquelam gentium,</p>          |
| <p>6. Venit sono suavissima<br/>Venitque ferventissima<br/>In visione flammea<br/>Lucens ab alto gratia.</p>                   | <p>12. Cunctis per orbem ut gentibus<br/>Lingua canentes propria,<br/>Iesu, tuam potentiam<br/>Laudesque dicerent tuas.</p> |
| <p>7. Quae nos solet scientiae<br/>Lustrare flamma ac lampade<br/>Dilectionis intimae<br/>Ignire nostra pectora.</p>           | <p>13. O pulchra rerum gratia,<br/>Cum dissonas et moribus<br/>Et voce plebes antea<br/>Nectebat unus spiritus!</p>         |
| <p>8. Linguis in altus igneis<br/>Linguae creator spiritus<br/>Apparuit credentibus<br/>Verbique donum contulit.</p>           | <p>14. O sancta vere civitas<br/>Et vera pacis visio,<br/>Cum lux fidei plurimos<br/>Iam cor in unum cogeret!</p>           |
| <p>9. Linguam simul doctoribus<br/>Laremque sacrum praebuit,<br/>Quos se loqui verbis docet<br/>Seseque amare in cordibus.</p> | <p>15. Haec Iudeam beatitas<br/>Primo replevit munere,<br/>Haec usque mundi terminos<br/>Terris refulget omnibus,</p>       |
| <p>10. Linguas habent qui flammeas<br/>Cum caritatis spiritu,<br/>Ardore mentem proximi<br/>Christum sonando suggerunt.</p>    | <p>16. Unamque Christi gloriam<br/>Linguae sonis distantibus<br/>Par mentium devotio<br/>Collaudat uno in spiritu.</p>      |

Cassander l. c. p. 211 sqq. — 2, 4 charismati. — 12, 4 tuas dicerent. — 14, 2 verae. — Zu 9. 2 Die Marginalnote: Larem pro igne posuisse videtur. — Bei 12. 4 am Rande „forte: dicerent tuas.“ — Zu 15. 1 vgl. die Bemerkung zu Hymn. (2) 12, 1.

Str. 1 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod. Bamberg. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 1, 3 Quo nos repleti munere.

#### 84. (6.) In Natali s. Agnetis.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Illuxit alma saeculis<br/>Dies beatæ virginis,<br/>Qua morte victa perpetis<br/>Vitæ recepit gaudia.</p>    | <p>3. Admixta castis virginum<br/>In arce caeli coetibus<br/>Carmen novum Deo patri<br/>Unaque nato personat.</p>           |
| <p>2. Intravit Agnes auream<br/>Poli triumphans regiam<br/>Agnique iuncta dulcibus<br/>Congratulatur nuptiis.</p> | <p>4. Iam digna tali praemio,<br/>Quae fluxa mundi prospera<br/>Pompasque saeculi sordidas<br/>Amore Christi spreverat.</p> |

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Pulsata nec non asperis<br/>Adversitatum spiculis,<br/>Fortis fide perseverat,<br/>Christo semel quam voverat.</p> <p>6. Hostis ferox ab artibus<br/>Tulit puellae pallium,<br/>Stolam sed intus pectoris<br/>Auferre nemo quiverat.</p> <p>7. Quin Christus et forinsecus<br/>Mittit poderem virgini,<br/>Hanc veritatis intimo<br/>Docens amictam linteo.</p> <p>8. Inducta in aedem sordium,<br/>A sorde martyr libera est,<br/>Quia de loco prostibuli<br/>Precum repente fit locus.</p> | <p>9. Illuminatur caelitus<br/>Latebra quondam daemonum,<br/>Pulsoque leti principe<br/>Vitae minister cernitur.</p> <p>10. Probi probant magnalia<br/>Deumque honorant martyris,<br/>Illusor at miraculi<br/>Mox morte digna plectitur.</p> <p>11. Ab inferi quem ianuis<br/>Martyr beata suscitans<br/>Sic per lares ac ferreas<br/>Ad astra portas praevolat.</p> <p>12. Qua conditoris gloriam<br/>Cernit sui per saecula<br/>Cives et inter patriae<br/>Caelestis hymnos concinit.</p> |
|--|---|

Cassander l. c. p. 237 sqq. — 1, 2 beata. — 1, 3 Quae. — 7, 1 Qui Christus. — 12, 3 Civis.

#### 85. (7.) In Nativitate s. Iohannis Bapt.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Praecursor alti luminis<br/>Et praeco verbi nascitur;<br/>Laetare, cor fidelium,<br/>Lucemque gaudens accipe!</p> <p>2. Miranda cuius saeculis<br/>Nativitas per angelum<br/>Innotuit parentibus<br/>Pia fide iam praeditis.</p> <p>3. Sublime cui vocabulum<br/>Iohannes ipse Gabriel<br/>Imponit et clarissima<br/>Ipsius acta praecinit.</p> <p>4. Qui matris adhuc parvulus<br/>Vulva retentus spiritum<br/>Percepit almus gratiae,<br/>Testis futurus gratiae,</p> <p>5. Necdumque natus iam dedit<br/>De luce testimonium,<br/>Quod natus admirabili<br/>Complevit ipse in gloria.</p> | <p>6. Hic plurimos ex Israel<br/>Christi fidei subdidit<br/>Et corda patrum in filios<br/>Docens superna transtulit.</p> <p>7. In Heliae qui spiritu<br/>Venit prophetae semitam<br/>Parare Christo ac plebibus<br/>Iter salutis pandere.</p> <p>8. Quo feminarum in filiis<br/>Propheta maior nullus est,<br/>Quin ipse miris actibus<br/>Plus quam propheta claruit.</p> <p>9. Baptisma paenitentiae<br/>Qui praedicabat ac dedit<br/>Turbasque Iesu gratiae<br/>Illuminandas obtulit.</p> <p>10. Ipsumque Iesum, qui omnia<br/>Sancto lavans in spiritu<br/>Emundat, in Iordanici<br/>Tinxit fluento gurgitis.</p> |
|--|---|

- |   |  |
|---|--|
| <p>11. Et baptizato protinus<br/>Aperta vidit aethera<br/>Nobis suo baptismate<br/>Pandit polique regiam.</p> <p>12. Atque in columba spiritum<br/>Illum super descendere<br/>Vidit, doli qui nescius<br/>Mentes requirit simplices.</p> <p>13. Audivit et vocem patris:<br/>Dilectus hic est filius<br/>A saeculo, dixit, meus,<br/>In quo mihi complacui.</p> | <p>14. Edoctus his oraculis<br/>Baptista Iesum praedicat<br/>Natum Dei, qui in spiritu<br/>Sancto fideles abluat.</p> <p>15. Quid sermo noster amplius<br/>Huius canat praeconia?<br/>De quo patris vox filio<br/>Olim locuta praeconit:</p> <p>16. En, mitto, dixit, angelum,<br/>Tuam paret qui semitam<br/>Vultumque praecurrat tuum<br/>Solem rubens ut lucifer.</p> |
|---|--|

Cassander l. c. p. 263 sqq. — 1, 1 altus. — 16, 3 Vultuque. — Str. 1 und 4 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bambergen. saec. 10/11. Cod. Bambergen. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 1, 1 alti. — 4, 3 und 4, 4 gratiae in beiden Quellen, weshalb ich die Lesart belasse.

#### 86. (8.) In Natali ss. Petri et Pauli.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Apostolorum gloriam<br/>Hymnis canamus debitis,<br/>Votis vacemus annuis,<br/>Iesu, fave precantibus.</p> <p>2. Bariona Simon Petrus<br/>Et doctor almus gentium<br/>Festiva saeculis gaudia<br/>Suo dicarunt sanguine.</p> <p>3. Coniunxit hora transitus<br/>Poli petentes ianuam,<br/>Quos una semper caritas<br/>Mundo retentos iunxerat.</p> <p>4. Diversitates gentium<br/>Errore longo dissonas<br/>Ad veritatis gratiam<br/>Verbis trahebant consonis.</p> <p>5. Ecclesiae princeps sacer<br/>In monte Iesum conspicit<br/>Vocemque patris igneo<br/>Audit poli de vertice.</p> <p>6. Fulgentis ascendens poli<br/>Tertia Paulus edita<br/>Arcana discit, alteri<br/>Proferre nulli quae licet.</p> | <p>7. Gressus Cephae per caerula<br/>Christi iuvantur dextera;<br/>Christus suos, ne saeculi<br/>Demergat aequor, erigit.</p> <p>8. Huius pericla saeculi<br/>Vinci fide credentium<br/>Paulus docet iam naufragos<br/>Salvans ab undis socios.</p> <p>9. Imis Simon e fluctibus<br/>Mundi fideles extrahens<br/>Pisces bonos, ut liberet,<br/>Ad lucis effert patriam.</p> <p>10. Kastris in huius saeculi<br/>Manere iustos incolas<br/>Paulus docet. tentoria<br/>Texendo castris congrua.</p> <p>11. Languore fessos transiens<br/>Simonis umbra sublevat,<br/>Mundat leprae contagium<br/>Claudosque gressu roborat.</p> <p>12. Magister altus gentium<br/>Atri furores spiritus<br/>Cunctumque morbum per sua<br/>Fugat potens sudaria.</p> |
|---|---|



- |  |   |
|--|---|
| <p>13. <b>Nox</b> claudit ambos carcere<br/>Pleno sed aethrae lumine<br/>Umbras rident et vincula,<br/>Christi vident qui gloriam.</p> | <p>18. <b>Sic</b> principes ecclesiae,<br/>Sic vera mundi lumina<br/>Mortis triumpho nobili<br/>Sumpsere palmam gloriae.</p>                |
| <p>14. <b>Oppessa</b> leto corpora<br/>Ad lucis auras suscitant<br/>Hostesque iusti perfidos<br/>Abdunt tenebris inferi.</p>           | <p>19. <b>Tropaea</b> quorum insignia<br/>Iam Roma felix continet,<br/>Quorum coronas totius<br/>Orbis celebrat ambitus.</p>                |
| <p>15. <b>Praefulgido</b> stolas suas<br/>Agni cruore laverant,<br/>Gustando mortis poculum<br/>Mortis triumphant principem.</p>       | <p>20. <b>Vox</b> ergo nostra te Deum,<br/>Te corda nostra personent,<br/>Teque in tuis mirabilem<br/>Collaudet omne saeculum.</p>          |
| <p>16. <b>Quantum</b> sequi desideret<br/>Christi Petrus vestigia,<br/>Ad quem venire non timet<br/>Scalam crucis per asperam!</p>     | <p>21. <b>Xriste</b>, precamur, ut quibus<br/>Laudes ovantes dicimus.<br/>Horum frui nos lucidis<br/>Dones per aevum aspectibus.</p>        |
| <p>17. <b>Regni</b> perennis introit<br/>Paulus per ense[m] regiam,<br/>Nam qui Deum habet caput,<br/>Ferro libenter dat suum.</p>     | <p>22. <b>Ymnis</b> per aethram ac sua-<br/>vibus<br/>Apostolorum laudibus<br/>Noster chorus hic consonet<br/>Psalmis canorus dulcibus.</p> |

23. **Zona** benignus aurea  
Nos cinge castimoniae,  
Ut te videntes laudibus  
Tuis vacemus perpetes.

Cassander l. c. p. 271 sqq. — Str. 1, 2 und 20 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod. Bamberg. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 20, 3 Te intus mirabilem.

### 87. (9.) In Decollatione s. Iohannis Bapt.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. <b>Praecessor</b> almus gratiae<br/>Et veritatis angelus,<br/>Lucerna Christi et perpetis<br/>Evangelista luminis,</p>    | <p>3. <b>Nam</b> nasciturum saeculis,<br/>Nascendo quem praevenerat,<br/>Ac baptizaturum suo<br/>Monstraverat baptismate,</p>     |
| <p>2. <b>Prophetiae</b> praeconia,<br/>Quae voce, vita et actibus<br/>Cantaverat, haec astruit<br/>Mortis sacrae signaculo.</p> | <p>4. <b>Huiusce</b> mortem innoxiam,<br/>Qua vita mundo reddita est,<br/>Signat sui praesagio<br/>Baptista martyr sanguinis.</p> |

- |  |   |
|--|---|
| 5. Quem vinculis et carcere<br>Ferox tyrannus abdidit,<br>Sed nulla laedunt vincula,<br>Quem dona cordis sublevant.    | 11. Iusti, prophetae et martyres<br>Et quique Christum a saeculo<br>Puris amabant cordibus,<br>Piis colebant actibus, |
| 6. Christi videt qui gloriam,<br>Qui spiritus charismata,<br>Non hunc tenebrae carceris,<br>Non poena terret corporis. | 12. Cuncti Iohannis dulcibus<br>Laeti fiunt affatibus<br>Christumque poscunt ocuis<br>Suos venire ad servulos.        |
| 7. Caput libens sanctissimum<br>Iam dissecandum praebuit,<br>Nec perdidit pius caput,<br>Verum caput cui Christus est. | 13. Praecursor alme, dicito,<br>Quando, putas, adveniet<br>Adventus ille, qui prope est?<br>Descende, Iesu, et eripe. |
| 8. Exsultat almi spiritus<br>Praeconis artus linquere,<br>Praecursionis ut sacrae<br>Sic coepta dona compleat.         | 14. Tandem redemptor paruit<br>Omnesque in unum congregans<br>Tulit pios ab inferis<br>Polique regnis indidit.        |
| 9. Nam quem manens in corpore<br>Ostenderat viventibus,<br>Hunc mortuis iam mortuus<br>Christum venire praedicat.      | 15. Sic praedicator optimus<br>Magnusque Christum praevius<br>Postquam retentis corpore,<br>Postquam caneat mortuis,  |
| 10. Novo stupescunt inferi<br>Ereptionis nuntio,<br>Gaudent chori fidelium<br>Una patrum cum plebibus.                 | 16. Ducente Christo in aethera<br>Omnes fidelium choros<br>Cum ceteris perennia<br>Intravit ipse in gaudia.           |

Cassander l. c. p. 290 sqq. — 13, 2 adveniunt; am Rande: forte adveniet.  
— Str. 1 und 7 auch in Collect. ms. Bambergense saec. 10/11. Cod. Bam-  
bergen. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“).

SS. (10.) In Natali sanctae Dei Genetricis.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Adesto, Christe, vocibus,<br>Inesto nostris mentibus,<br>Tua benignus dextera<br>Choros canentum protege. | 3. Et tu, beata prae omnibus<br>Virgo Maria feminis,<br>Dei genetrix inclita,<br>Nostris faveto laudibus. |
| 2. Qui natus es de virgine<br>Nostrae salutis gratia,<br>Da pura nobis pectora,<br>Da membra casta corporis. | 4. Pudica cuius viscera,<br>Sancto dicata spiritu,<br>Davidis ortum semine<br>Regem ferebant saeculi.     |

- |  |  |
|--|--|
| 5. Beata cuius ubera<br>Summo repleta munere<br>Terris alebant unicam<br>Terrae polique gloriam.                   | 11. Cuius pium pertransiit<br>Ensis doloris spiritum,<br>Natum tuo de corpore<br>Deum mori cum cerneres.           |
| 6. Festiva legis quae sacris<br>Ad alta templi limina<br>Caelestis aulae principem<br>Ulnis tulisti dulcibus.      | 12. Quam filio tonitru<br>Crucis tonans de vertice<br>Commendat auctor aetheris,<br>Ut virgo servet virginem.      |
| 7. Cuius sinu iam parvulum<br>Magi videntes conditum<br>Regem Deumque maximum<br>Votis precantur redditis.         | 13. Nati Deique iam tui<br>Quae cernis almo lumine<br>Post dira mortis vincula<br>Resuscitati gloriam.             |
| 8. Christum ferens Memphitici<br>Quae sacra vertens numinis,<br>Deumque cernunt exteri,<br>Fugant sui quem patria. | 14. Lucem poli quae conspicis<br>Adire patris dexteram,<br>Quam prima patris de sinu<br>Terras adire videras.      |
| 9. Quae maesta mundi gaudium<br>Cum patre Ioseph quaeritas<br>Summique patris aedibus<br>Ovans sedentem repperis.  | 15. Sublimis inter splendida<br>Apostolorum sidera<br>Flamma sacrique spiritus<br>Impleta laudes concinis.         |
| 10. Cuius rogatu mysticas<br>Christus sedens ad nuptias<br>Aguas in alma transtulit<br>Vini rubentis pocula.       | 16. Laudem, Deo quam supplices<br>Christo canentes reddimus,<br>Christi genetrix, et tua<br>Commendet intercessio. |
| 17. Hymnos sacrae quos virgini<br>Matrique castae dicimus,<br>Emmanuel, tu suscipe<br>Tuamque plebem libera.       |  |

Cassander l. c. p. 293 sqq. — Str. 1 und 2 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod. Bamberg. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“).

**S9. (11.) In Natali sancti Andreae.**

Hymnus prior.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Nunc Andreae sollemnia<br>Laetis canamus mentibus,<br>Apostolatus gloriam<br>Qui ornat triumpho sanguinis. | 2. Quem piscibus per turbida<br>Dum rete nectit aequora,<br>Christus vocavit cum suis<br>Ad regna caeli fratribus |
|---|---|

- |   |   |
|---|---|
| <p>3. Misitque late gentibus<br/>Verbum salutis pandere<br/>Ac saeculi de fluctibus<br/>Mentes levare credulas.</p>       | <p>8. Inclusus atro carcere<br/>Lucis minister aurea<br/>Pacis vias ad sidera<br/>Pandit catervis plebium.</p>          |
| <p>4. Qui mox fidei lampade<br/>Dum lustrat oras Graeciae,<br/>Dieque Christi fulgidus<br/>Erroris umbras effugat.</p>    | <p>9. Caesus flagellis septies<br/>Tormenta risit omnia,<br/>Septena quem repleverant<br/>Iam dona sancti spiritus.</p> |
| <p>5. Achaeus armis adpetit<br/>Dux lucis arma tetricis,<br/>Miles Dei sed fortiter<br/>Hostis repellit impetum.</p>      | <p>10. Tandem levatus in crucem<br/>Terram reliquit sordidam<br/>Mundisque felix passibus<br/>Poli petivit ianuas.</p>  |
| <p>6. Pandit crucis mysteria,<br/>Quae dira mortis pristinae<br/>Solvit potenter vincula<br/>Mundoque vitam contulit.</p> | <p>11. Excepit alma civitas<br/>Nostrumque mater omnium<br/>Laetata Christi martyrem<br/>Apostolumque maximum.</p>      |
| <p>7. Agni refert et hostiam,<br/>Qui nos ab hoste liberans<br/>Vita beat trans aethera<br/>Regnoque secum perpeti.</p>   | <p>12. Congaudet omnis civium<br/>Nobis chorus caelestium<br/>Magni videns perennia<br/>Nunc Andreae sollemnia.</p>     |

Cassander l. c. p. 508 sqq. — 1, 2 vocibus. — 5, 2 lucis alma; dazu am Rande: forte arma. — Str. 1 und 12 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10<sup>o</sup> 11. Cod. Bamberg. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 1, 2 mentibus. — 12, 3 videns praemia.

90. (12.) **In Natali sancti Andreae.**

Hymnus alter.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Salve, tropaeum gloriae,<br/>Salve, sacrum victoriae<br/>Signum, Deus quo perditum<br/>Mundum redemit mortuus!</p> | <p>4. En, ludus est credentium<br/>Tuis frui complexibus,<br/>Quae tanta gignis gaudia<br/>Pandis polique ianuas.</p>      |
| <p>2. O gloriosa fulgidis<br/>Crux emicas virtutibus,<br/>Quam Christus ipse proprii<br/>Membris dicavit corporis.</p>   | <p>5. Quae conditoris suavia<br/>Post membra nobis suavior<br/>Es melle facta et omnibus<br/>Praelata mundi honoribus.</p> |
| <p>3. Quondam genus mortalium<br/>Metu premebas pallido,<br/>At nunc replens fidelium<br/>Amore laeto pectora.</p>       | <p>6. Te nunc adire gratulor,<br/>Te caritatis brachiis<br/>Complector, ad caelestia<br/>Conscendo per te gaudia.</p>      |

- |   |   |
|---|---|
| <p>7. Sic tu libens me suscipe<br/>Illius alma servulum,<br/>Qui me redemit per tuam<br/>Magister altus gloriam.</p> <p>8. Sic fatur Andreas crucis<br/>Erecta cernens cornua<br/>Tradensque vestem militi<br/>Levatur in vitae arborem.</p> <p>9. Nec cessat altus de cruce<br/>Docere turbam astantium,<br/>Vitam perennem cum Deo<br/>Polique regnum pandere.</p> <p>10. Quorum fide iam fervida<br/>Turbaeque iudex territus<br/>Se pollicetur nexibus<br/>Hunc mortis atrae solvere.</p> <p>11. At Andreas, caeli vias<br/>Regemque caeli ac dulcium<br/>Frequenti iam concivium<br/>Caelesti in arce contuens:</p> <p>12. Iesu, precor, dixit, bone<br/>Magister, ista de cruce<br/>Me nemo vivum in corpore<br/>Vinclis solutis auferat,</p> | <p>13. Prius meum quam spiritum<br/>E carne raptum assumpseris<br/>In patriaeque moenibus,<br/>Cui milito, locaveris.</p> <p>14. Haec dixit, et caelestibus<br/>Emissa lux e sedibus<br/>Circumdedit fortissimum<br/>Christi corusca martyrem.</p> <p>15. Splendorque sole clarior<br/>Coram manendo plurimum,<br/>Quae palma vel quae gloria<br/>Crucem sequatur, edocet.</p> <p>16. Quin ad poli mox edita<br/>Reversus alti spiritum<br/>Secum refert apostoli<br/>Nodis solutum corporis.</p> <p>17. Qua cum tuis fidelibus<br/>Iesu triumpho carmina<br/>Victor beatus saeculi<br/>Gaudens in aevum personat.</p> <p>18. Qua nobis inter agmina<br/>Sublimium felicia<br/>Da, Christe, sortem parvulis<br/>Hymnos tibi canentibus.</p> |
|---|---|

Cassander l. c. p. 310 sqq. — 15, 2 Horum manendo; dazu am Rande die Bemerkung: Legendum videtur „Coram manendo plurimum“ vel „Huic immanendo plurimum“.

### 91. (13.) In Resurrectione Domini.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Laetare, caelum, desuper,<br/>Adplaudite, tellus ac mare,<br/>Christus resurgens post crucem<br/>Vitam dedit mortalibus.</p> <p>2. Iam tempus acceptum redit,<br/>Dies salutis cernitur,<br/>Quo mundus agni sanguine<br/>Refulsit a nigredine.</p> <p>3. Crux namque sacratissima<br/>Ligni prioris vulnera<br/>In patre nostri seminis<br/>Sanavit hostem saucians.</p> | <p>4. Mors illa, mortis passio<br/>Est criminis remissio,<br/>Illaesa virtus permanet,<br/>Victus dedit victoriam.</p> <p>5. Miretur omne saeculum<br/>Crucis triumphum mysticae,<br/>Haec signa congruentia<br/>Velut tropaeum praesto sunt.</p> <p>6. Sol namque, magnum luminar,<br/>Horas dierum permeans,<br/>Viso novo mysterio<br/>Decepit orbem territus.</p> |
|---|---|

- |  |   |
|--|---|
| 7. Velans caput caligine<br>Extinxit omnem lampadem,<br>Errare noctem passus est<br>Meridiano tempore.           | 9. Immitis ille tartarus,<br>Ad se trahentis omnia<br>Praesentiam non sustinens,<br>Animas[que] sanctas reddidit. |
| 8. Finduntur et fortes petrae.<br>Hiantur antra plurima,<br>Defuncta surgunt corpora,<br>Vitae redduntur mortui. | 10. Nostrae fuit gustus spei<br>Hic. ut fideles crederent<br>Se posse post resurgere,<br>Vitam beatam sumere.     |

11. Nunc ergo pascha caudidum  
Causa bonorum talium  
Colamus omnes strenue  
Tantis renatis fratribus.

Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. A. —  
Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. B. — 1, 2 Et  
plaudite AB. — 3, 3 In prece nostro semine AB. — 5, 1 omnem saeculum  
AB. — 5, 3 Haec est signa AB. — 9, 1 tartarus A. — 10, 4 beatum surgere  
B. — Str. 1 auch in Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod.  
Bamberg. B II 10 (in Alkuins Traktat „De laude Dei“).

### 92. (14.) In Quadragesima.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Adesto, Christe, cordibus,<br>Celsa redemptis caritas,<br>Infunde nostris fervidos<br>Fletus, rogamus, vocibus. | 2. Ad te preces, piissime<br>Iesu, fide profundimus,<br>Dimitte, Christe, quaesumus,<br>Factis malum quod fecimus. |
| 3. Sanctae crucis signaculo<br>Tuo sacro corpore<br>Defende nos ut filios,<br>Omnes rogamus, undique.              |  |

Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10. Cod. Bamberg. B II 10  
(in Alkuins Traktat „De laude Dei“). — 2, 1 o piissime. — 2, 2 perfundimus.

### 93. (15.) Soliloquium venerabilis Bedae presbyteri

de Psalmo XLI.

- Cervus ut ad fontes sitiens festinat aquarum,  
Sic mea mens ardet te, conditor alme, requirens  
Vivitemque sitit te cernere libera lucem.  
O quando optati veniat mihi tempus amoris,  
5 Quando tuam liceat faciem speciemque tueri?

- Namque diu lacrimis pascor, noctemque diemque  
 Consociat gemitus, tolero dam dicta ridentum,  
 Me tibi qui vacuis spebus servisse ferebant.  
 Hinc et ego laetis maesta inter gaudia votis  
 10 Afficior totusque anima exsultante resolvor,  
 Spe certus, quoniam venerandi limina templi  
 Ingrediar genitorque tui sub nominis aula  
 Carmina laetitiae laudisque sonare perennis  
 Iam liceat fulvoque lyram percurrere plectro.  
 15 Quare ergo maestus, mens o gemebunda, querelas  
 Volvis et anxiferis turbaris saucia curis?  
 Quin magis a Domino vitam sperare memento.  
 Credo, pius genitor lacrimarum flumina siccet,  
 Induat et placidum dulcis confessio vultum.  
 20 Nam meus interno exundat de pectore luctus;  
 Meme quippe tui memorem facit, alme creator,  
 Ipse situs patriae, quae collibus undique laetis  
 Cincta nitet, mediam Iordanis et alluit unda  
 Fecundans patrios vitreo de gurgite campos.  
 25 Ecce, tuis tumidi iussis fremit aequoris aestus,  
 Spumeus inque vicem fervor concurrat abyssi,  
 Me coniurato certans me perdere fluctu,  
 Sed tua mandatur pietas, quae luce diei  
 Clarior e summis atra sub nocte refulget.  
 30 Haec labiis clausis, sed cordis voce frequenti  
 Deprecor implorans tete, spes unica vitae,  
 Qui me, inquam, solus sueras defendere ab hoste  
 Solarique pius maestum. Nunc quare repente  
 Oblitus miseri vultus avertis egenti,  
 35 Solivagusque gemo, dirus dum praevallet, hostis?  
 Qui mea decrucians vinclis et verbera membra,  
 Insuper ipsa fero bacchatur in ossa furore  
 Exprobratque, tui cunctas lascivus in horas  
 Relligio quod cassa fiat, frustraue perenni  
 40 Sedulus obsequium arderem deferre tonanti.  
 Sed rogo, quid tristes, anima o tremebunda, loquelas  
 Versas et stupido variaris in anxia quaestu?  
 Desipiant caeci, tibi sit spes unica Christus,  
 Terget ab ille oculis luctum vultuque ruborem.  
 45 Qui mihi perpes erit Deus, illi usque per aevum  
 Dona canam memori semper replicanda relatu.

Collect. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 265. A. — Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod. Bamberg. B II 10. B. — Collect. ms. Tegurinum saec. 10/11. Clm. Monacen. 19413. C. — Homil. ms. Benedictoburanum saec. 8/9. Clm. Monacen. 4547. add. saec. 11. D

2 alma D. — 6 Namque diu lacrimis pascor B. — 7 Cum sociat A. — 8 quia B. — 9 gaudia veris C. — 10 Afficiar ACD; resolver BCD. —

11 lumina templi C. — 12 Ingredior CD; aulae D. — 15 gemibunda D. — 17 Cum magis a AC. — 21 memorem fac CD. — 22 patriaeque B. — 23 Cinctam det mediam A; Cinctam det medio D; undis D. — 25 tumidis B. — 26 inque virem fervor cucurrit D; fervor concussit A. — 28 piatasque B. — 31 spe D. — 32 suevoas B. — 33 Nec quare D. — 34 avertas CD. — 35 bis Schlufs fehlen B. — 36 verberae C, verbera AD. — 38 in oras C. — 39 Religio quod casta fiet (korr. in fiat) C; Religio que causa fuit A; Religioque causa fiat D. — 42 quaestus AD. — 44 rubore A. — 45 Deus illiusque per C.

„Item carmen eiusdem (scil. Bedae) soliloquium de psalmo XLI. compositum“ A; in C von späterer Hand am Rande: „Soliloquium venerabilis Bedae presbyteri“: in B am Rande des Gedichtes (nicht der Handschrift) von erster Hand „Beda“.

Beda liebt es auch in den *Miracula s. Cuthberti* Psalmverse zu metrifizieren. Für die Echtheit dieser Paraphrase spricht auch in Vers 32 das „suevas defendere ab hoste“, womit zu vergleichen *Miracula* XII, 7; XIII, 19; XXIV, 22.

Die Collation von A verdanke ich Stiftsarchivar Joseph Müller in St. Gallen.

#### 94. (16.) *Carmen venerabilis Bedae presbyteri*

de Psalmo CXII.

Laudate altithronum, pueri, laudate tonantem,  
 Sit magnum Domini benedictum in saecula nomen.  
 Solis ab exortu Dominum laudate potentem,  
 Solis ad occasum in hymnis persistite laudum.

- 5 Excelsus gentes Dominus supereminet omnes,  
 Eius et astriferos transscendit gloria caelos.  
 Quis Domino est similis, sedes cui perpes in altis?  
 Respicit ast humiles caelo terraque benignus,  
 Maerentes inopesque a rudere tollit eosque
- 10 Primates inter populi sublimat opimos.  
 In sterilem habitare domo miseratur et amplo  
 Laetari tribuit natorum germine matrem.

Carm. ms. Walafridi saec. 9. Cod. Sangallen. 869. A. — Collect. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 265. B. — Collect. ms. S. Michaelis Bamberg. saec. 10/11. Cod. Bamberg. B II 10. C. — Homil. ms. Benedictoburanum saec. 8/9. Clm. Monac. 4547. add. saec. 11. D.

3 laudate po . . . D. — 9 a rudere fehlt (Lücke) C; tollet C. — 11 In sterili AB; Inque sterilem habitare domos C; miseratus BD; opimos D.

„Carmen venerabilis Bedae presbyteri de psalmo CXXII“. AD; „Item carmen eiusdem de psalmo XXII“. B. In C am Rande des Gedichtes (nicht der Handschrift): „Item Bedae“.

In B und D folgen auf diesen Psalm noch drei weitere Verse, die sich aber auf Ps. 3, 6 beziehen und also wahrscheinlich ein Bruchstück einer weiteren Psalmenparaphrase Bedas bilden:

Non circumdantis timeo me milia plebis.  
 Quem metuant fines terrarum funditus omnes,  
 Gaudebunt mea, eum tibi decantavero, labra.

Der letzte Vers in D irrtümlich: Gaudebunt in ea, tibi cum cantavero, labra. — Die Kollation von A und B durch die Güte des Herrn Stiftsarchivar Joseph Müller in St. Gallen.



## Paulus Diaconus,

Monachus Casinensis.

† 799.

Paulus, mit dem ständigen Beinamen „der Diakon“, entstammte edler Langobardensippe, die einst mit Alboin und Gisulf nach Italien gekommen. Seine Vaterstadt war Cividale, wo er um das Jahr 730 das Licht der Welt erblickte. Sein Vater hieß Warnefried, Theudelinde die Mutter, ein jüngerer Bruder Arichis. Erzogen zu Pavia an Ratchis' (744–749) Hofe, ward er von seinem Lehrer Flavianus in den Sprachen Latiums sowohl wie Attikas unterrichtet. Wann und wie er an den Hof Arichis' von Benevent kam, entzieht sich unserer Kenntnis; jedenfalls befand er sich 763 schon dort. Eine Freundschaft, die nur der Tod löste, verband ihn mit dem vortrefflichen Fürsten und seiner edlen Gemahlin Adelperga. Ebensovienig sind wir über den Zeitpunkt unterrichtet, wann er dem geistlichen Stande sich widmete, wann er zu Montecasino in den Orden des hl. Benedikt sich aufnehmen liefs; wir wissen nur, dafs beides vor seiner Reise nach Francien, also vor dem Jahre 782 geschah. Es war nämlich Paulus jüngerer Bruder, sei es 774 bei der Einnahme von Pavia, sei es 776 bei der Niederwerfung des Aufstandes Hrodgauds von Friaul, gefangen und über die Alpen weggeführt worden. Von der Notlage der Schwägerin und ihrer Kinder bestimmt, entschlofs sich Paulus nicht nur die Freilassung des Bruders in einem noch erhaltenen Gedichte an Karl d. G. zu erhehen, sondern begab sich, der Bitte gröfseren Nachdruck zu geben, persönlich an das Hoflager des Königs (782). Hier wurde die Erfüllung seiner Bitte zwar noch einige Zeit hinausgezauert, ihm selbst aber der lebenswürdigste Empfang zuteil, ja er wurde gegen eignen Wunsch und Willen längere Jahre (ca. 782–786) am Hofe zurückgehalten, wo er wie mit dem Könige, so mit verschiedenen Männern von Bedeutung bekannt und befreundet wurde, am innigsten wohl mit Petrus Diaconus aus Pisa. Auch ward ihm der ehrenvolle Auftrag zuteil, die Kleriker, welche Karls Tochter Rottrudis, der Verlobten des griechischen Kaisers, in ihre neue Heimat folgen sollten, in der Sprache von Byzanz zu unterrichten. Ende 786 war Paulus wieder in Montecasino, literarischem Schaffen hingegeben. In diese Zeit fällt die Abfassung jenes Werkes, mit dem vor allem die Unsterblichkeit seines Namens verknüpft ist, der *Historia Langobardorum*. Er starb den 13. April wahrscheinlich 799. Vgl. Bethmann, *Archiv* X, 288–324; Dümmler *Neues Archiv* IV, 102–113.

Von den poetischen Werken unseres Dichters, soweit dieselben uns erhalten, hat Dümmler im Rahmen der *Monumenta Germaniae Historica* eine Ausgabe veranstaltet (*Poetae Aevi Carolini* I, 27–86). Unter ihnen sind nur wenige Hymnen. Zwei Gedichte auf den hl. Benedikt hat Paulus selbst uns in seiner *Historia Langobardorum* aufbewahrt, das erzählende Gedicht *Ordinar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos* (Dümmler l. c. 36 sqq.), welches in 77 Distichen (*versibus reciprocis*) die Wunder des hl. Benedikt zusammenfafst (*singula eius miracula per singula disticha elegiaco metro contextui*) und einen, denselben Vorwurf nach den Dialogen des hl.

Gregor behandelnden Hymnus, von dem die meisten späteren Benediktushymnen abhängig geblieben sind. Von den übrigen Hymnen, die ihm zugeschrieben werden, werde ich, um hier nicht zu weitläufig zu sein, bei den einzelnen in den Noten handeln. Hier sei nur noch bemerkt, daß ich von den zwei Gedichten auf die hl. Scholastika, welche bei Wion, *Lignum Vitae* I. 47, Paulus Diakonus zugeschrieben werden, keins aufgenommen habe, da deren Abfassung durch unseren Dichter sich nicht stützen läßt. (Vgl. auch Traube, *Poetae Aevi Carolini* III, 392). Noch weniger konnte ich mir beifallen lassen, den Hymnus auf den hl. Mercurius, *Martyr Mercuri saeculi futuri*, den Bethmann (*Archiv* X, 332 sq.), aus dem „höchst wunderlichen Buche“ des Petrus Piperus, *De magicis effectibus Neapoli* 1634, mitteilt, hier aufzunehmen, da er ersichtlich viel späterer Zeit angehört. Dagegen möchte ich Paulus Diaconus für den Verfasser des liebenswürdigen, jedenfalls aus Montecasino stammenden Hymnus auf den hl. Maurus *Confessor Domini, Maure, paterni* (*Anal.* XIV ff. 45) halten, eine Vermutung, die ich allerdings durch äußere Zeugnisse nicht zu stützen vermag. Warum Dümmler die beiden *Abcdare de bonis et de malis sacerdotibus* (*Poetae Aevi Carolini* I, 79 sqq. und 81 sq.; *Anal. hymn.* XXXIII, 186 sqq. und 188 sqq.) unter die *Opera dubia* des Paulus aufnahm, ist mir völlig unerfindlich.

95. (1.) *Hymnus sancti Benedicti.*

- |  |  |
|--|--|
| 1. Fratres, alacri pectore<br>Venite, concentu pari<br>Fruamur huius inclitae<br>Festivitatis gaudiis.       | 7. Funduntur amnes rupibus,<br>Redit calybs e gurgite,<br>Currit per undas obsequens,<br>Peplo puer vitat necem.   |
| 2. Hac Benedictus aurea,<br>Ostensor arti tramitis,<br>Ad regna conscendit pater<br>Captans laborum praemia. | 8. Virus patescit abditum,<br>Mandata praepes efficit,<br>Hostem ruina conterit,<br>Cedit fremens leo grave.       |
| 3. Effulsit ut sidus novum<br>Mundana pellens nubila,<br>Aetatis ipso limine<br>Despexit aevi florida        | 9. Immota fit moles levis,<br>Rogus migrat phantasticus,<br>Fractum revisit sospitas,<br>Excessus absentum patet.  |
| 4. Miraculorum praepotens,<br>Adflatus aiti flamine,<br>Resplendit prodigiis<br>Ventura saeclo praecinens.   | 10. Rector vafer, deprenderis,<br>Inique possessor, fugis,<br>Futura, praenoscimini,<br>Arcana, cor, non contegis. |
| 5. Laturus esum pluribus<br>Panis reformat vasculum,<br>Artum petens ergastulum<br>Extinxit ignes ignibus.   | 11. Fundantur aedes somniis,<br>Tellus vomit cadavera,<br>Dracone frenatur fugax,<br>Aether pluit numismata.       |
| 6. Fregit veneni baiulam<br>Crucis per arma cymbiam,<br>Coercuit mentem vagam<br>Leni flagello corporis.     | 12. Vitrum resistit cautibus,<br>Manant olivo dolia,<br>Vinctum resolvit visio,<br>Vitam receptant funera.         |

- |   |  |
|---|--|
| <p>13. Tanti potestas luminis<br/>Voto sororis vincitur,<br/>Quo plus amat quis, plus valet,<br/>Enare quam cernit polum.</p> | <p>15. Haec inter instar nectaris<br/>Miranda plectro claruit,<br/>Nam pinxit apte lineam<br/>Vitae sacrae sequacibus.</p>         |
| <p>14. Non ante saeculis cognitum<br/>Noctu iubar effulgorat,<br/>Quo totus orbis cernitur<br/>Flammisque subvehi pius.</p>   | <p>16. Iam, dux alumnis sat potens,<br/>Assis gregis suspiriis,<br/>Gliscat bonis hydrum cavens,<br/>Sit callis ut sequax tui.</p> |

Collect. ms. Corbeicense saec. 9. Cod. Parisin. 14143. A. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. B. — Hymn. ms. Beneventanum saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. C. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172 D. — Hymn. ms. Rhenoviense(?) saec. 10/11. Cod. Turicen. Rhen. 91. E. — Hymn. ms. Farfense saec. 11. Cod. Turicen. Rhen. 82. F. — Hymn. ms. S. Sophiae Beneventan. saec. 11. Cod. Neapolitan. VI E 43. G.

1, 2 concentum F. — 2, 1 Ac Benedictus E; Fac Benedictus D. — 2, 2 Hostensor A; tramite EF. — 3, 1 Qui fulsit ut G. — 3, 3 in limine A; in limite C; ipse limite F. — 3, 4 Despexit tui florida D. — 4. 4 Venturo B. — 6, 1 baiula BDEG. — 6, 2 cymbria BEG. — 6, 3 Cercuit C. — 7, 2 calyps A. — 7, 4 puer vitam necet D. — 8. 3 ruinam AD — 8, 4 ut leo D. — 9, 1 Imo sit moles A. — 9. 3 Factum A; revixit C. — 10, 2 Iniquus possessor furit C. — 10, 4 contegit BCDEG. — 11, 1 aedos E. — 11, 3 frenatum A. — 12, 2 olivum C. — 12, 4 Vita C. — 13, 3 Quod plus amat D; quae plus valet D; qui plus valet CG. — 13, 4 quem cernit G. — 14, 2 Natu iubar D; effulgorat C. — 14, 4 subvehi pius CF; subvehit is pius D. — 15, 3 linea A. — Nach Str. 15 schieben BG ein:

Cernit germanae spiritum,  
Secum cadaver condidit,  
Mundum collectum conspicit  
Vatemque globo subvehi.

Forma vivendi scribitur,  
Iter migrantis cernitur,  
Ab angelis deducitur,  
Demensque menti redditur.

16, 1 Nam dux CF; alumne BG; alumnis adpetens C; alumnis praepotens F. — 16, 2 Assit E; regis F. — 16, 3 Gliscant C. — 16, 4 callis tu A; callis ut sequacibus D. Nach Str. 16 folgt in BG:

17. Hymnum patrono concinant  
Nursia, Roma. Sublacus,  
Nosque datori munerum  
Deo dicamus gloriam.

18. Gloria summum resonet  
Patrem, natum, paraclitum,  
Unum semperque Dominum  
Cuncta per aevi saecula.

18, 1 summo G. — 18, 2 Patri, nato, paraclitum B; Patri nato, paraclito G. — Eine andere Doxologie in C:

Alto tonanti gloria,  
Sit proli laus quam maxima  
Cum spiritu paraclito  
Et nunc et in perpetuum.

In DE ist der Hymnus für die sog. kleinen Horen in vier Teile zerlegt, die jedesmal mit der Doxologie Deo patri etc. schliessen; die Teile umfassen ad Primam Str. 1–4; ad Tertiam 5–8; ad Sextam 9–12; ad Nonam 13–16. G teilt den Hymnus in zwei Teile 1–9 und 10–16.

Diesen seinen Hymnus hat Paulus Diaconus in seine Historia Langobardorum I, c. 26 aufgenommen und mit den Worten eingeleitet: „Hymnum quoque singula eiusdem patris miracula continentem metro iambico archiloico

ita texuimus.“ Für die Lesarten der Handschriften der *Historia Langobardorum* verweise ich auf die Ausgabe von Waitz, *Script. Rer. Langobard. et Italic.* p. 67. sq. Von den obigen Hs. habe ich die Kollation von A Dümmler entlehnt; die andern hier aufgeführten Hs. hat D. nicht verglichen

96. (2.) **Hymnus s. Iohannis Baptistae.**

1. Ut queant laxis resonare fibris  
Mira gestorum famuli tuorum,  
Solve polluti labii reatum,  
Sancte Iohannes.
2. Nuntius celso veniens Olympo  
Te patri magnum fore nasciturum,  
Nomen et vitae seriem gerendae  
Ordine promit.
3. Ille promissi dubius superni  
Perdidit promptae modulus loquelaе,  
Sed reformasti genitus peremptae  
Organa vocis.
4. Ventris obstruso positus cubili  
Senserat regem thalamo manentem;  
Hinc parens nati meritis uterque  
Abdita pandit.
5. Antra deserti teneris sub annis  
Civium turmas fugiens petisti.  
Ne levi saltem maculare vitam  
Famine posses.
6. Praebuit hirtum tegimen camelus  
Artubus sacris, strophium bidentes,  
Cui latex haustum, sociata pastum  
Mella locustis.
7. Ceteri tantum cecinere vatum  
Corde praesago iubar adfuturum,  
Tu quidem mundi scelus auferentem  
Indice prodis.
8. Non fuit vasti spatium per orbis  
Sanctior quisquam genitus Iohanne,  
Qui nefas saeculi meruit lavantem  
Tingere lymphis.

9. O nimis felix meritique celsi,  
Nesciens labem nivei pudoris,  
Praepotens martyr eremique cultor,  
Maxime vatum!
10. Serta ter denis alios coronant  
Aucta crementis, duplicata quosdam,  
Trina centeno cumulata fructu  
Te, sacer, ornant.
11. Nunc potens nostri meritis opimis  
Pectoris duros lapides repelle,  
Asperum planans iter et reflexos  
Dirige calles,
12. Ut pius mundi sator et redemptor  
Mentibus pulsa livione puris  
Rite dignetur veniens sacros  
Ponere gressus.
13. Laudibus cives celebrant superni  
Te, Deus simplex pariterque trine,  
Supplices ac nos veniam precamur,  
Parce redemptis.

Cod. Bernen. 363. saec. 9. A. — Hymn. ms. Campidunense saec. <sup>9</sup>/<sub>10</sub>.  
Cod. Turicen. Rh. 93. B. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen.  
506. C. — Rit. et hymn. ms. Schettlariense saec. 10. Clm. Monacen. 17072.  
D. — Mart. et Collectar. ms. S. Mariae Frisingen. saec. 10. Clm. Monacen.  
27305. E. — Hymn. ms. S. Iohannis Laudunen.(?) saec. 10. Cod. Bernen.  
455. F. — Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII 144. G. —  
Hymn. ms. Rhenoviense (?) saec. 10. Cod. Turicen. Rh. 91. H. — Hymn. ms.  
Beneventanum saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. I. — Hymn. ms.  
Farfense saec. <sup>10</sup>/<sub>11</sub>. Cod. Roman. 175 (Farf. 4.). K. — Hymn. ms. Farfense  
saec. 11. Cod. Turicen. Rh. 82. L. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11.  
Cod. Vatican. 5776. M. — Hymn. ms. S. Eutychie Nursini saec. 11. Cod.  
Vallicellan. B. 79. N. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian.  
Conv. sup. 524. O. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen.  
109 (102) P. — Hymn. et Seq. ms. Fredeslariense saec. 11. Cod. Casselan.  
theol. IV 25. Q. — Collect. ms. S. Mariae in Huisbroch (?) saec. [8—]11.  
Cod. Vatican. Palat. 235. R. — Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Urbin.  
585. S. — Trop. ms. Rhenoviense saec. 11. Cod. Turicen. Rh. 97. T. —  
Hymn. ms. Rhenoviense saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Cod. Turicen. Rh. 129. U. — Brev.  
ms. Altahense saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Clm. Monacen. 9633. V. — Grad. et Ant.  
ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. W. — Brev. ms.  
Pruvningense saec. 12. Clm. Monacen. 23037. X.

1, 2 famuli tui T. — 1, 3 polluti labiis G; pollutis labiis N; labiis  
reatu H. — 2, 1 olimpho G. — 2, 2 patre G. — 2, 3 gerendi T. — 3, 1  
promisit L. — 3, 2 loquelle H. — 4, 1 abstruso C; recubans cubili IKM. —  
4, 3 Hunc H. — 4, 4 pangit B. — Str. 4 fehlt E. — 5, 1 modicis sub  
annis HKL; modicis ab annis I. — 5, 2 turmis I; petistis HL. — 5, 3  
saltim BGQ. — Str. 5 fehlt DE. — 6, 1 hirtum F; irtum V. — 6, 2 Artibus  
G; trophium W; bidentis A. — 6, 3 Ast latex K; korrig. N; austum GF;  
satiata B. — Str. 6 fehlt DE. — 7, 1 Ceteri tamen B; vates H; affaturum  
B. — 7, 3 auferentem Christum agnum (Glosse) A. — 8, 1 vastis M. — 8, 3

meruit laevantem A. — Str. 8 fehlt DE. — 9. 1 meritisque O. — 10, 1 coronat M. — 10, 3 Trino KQX; centena C; fructus L. — Str. 10 fehlt DE. — 11, 1 Hunc BL. — 11, 3 planas BGO; plana T; reflexo F. — 12, 1 At pius B. — 12. 2 pulsat IM; pulsans W; luvione AOW; lubione KL; Mentibus laetis simulet piatis DE. — 12, 3 sacratus. — 12. 4 Pandere gressus B. — 13, 3 at nos GIKMTV; et nos NW. — Str. 13 fehlt ABEFOQX;

statt dessen in A:

Gloria patri genitaeque proli  
Et tibi, compar utriusque, semper  
Spiritus sancto simul atque magnam  
Laudem et honorem.

in B (über Rasur) und UX, in V am Rande beigefügt:

Laus Deo patri patris atque proli,  
Laus et amborum tibi pneuma sacrum  
Nunc et in toto maneat futuri  
Tempore saeculi.

T fügt am Rande den Anfang dieser Doxologie bei; in EO:

Hoc pater summus patris atque natus  
Praestet et complex utriusque flatus,  
Trinitas simplex pietasque perpes  
Omne per aevum.

Nach Str. 13 fügen IHL eine zweite Doxologie hinzu, die natürlich überflüssig und Zutat ist:

Gloriam patri resonemus omnes  
Et tibi, Christe, genite superne,  
Cum quibus sanetus simul et creator  
Spiritus regnat.

Der Hymnus erscheint für den kirchlichen Gebrauch häufig in mehrere Teile (Divisiones) zerlegt. Keine Teilung haben ADEFIQSU, von denen aber DEU Strophen auslassen; einmal teilen BCGKLMNOPWX, u. z. vor Str. 7 LMOPWX, vor Str. 8 CK, vor Str. 9 BG; dreimal teilen, wie die meisten späteren Handschriften TW, so daß je vier Strophen samt Doxologie auf Vesper, Nokturn, Laudes treffen. Diese Teilung ist nicht nur die symmetrischste, sondern auch die sinnstprechendste, so daß die Frage entsteht, ob sie nicht schon vom Verfasser beabsichtigt gewesen sei.

Die Anfangssilben der Halbverse der ersten Strophe Ut, re, mi, fa, sol, la hat bekanntlich Guido von Arezzo zur Bezeichnung der Töne der Notenskala gewählt. — Dümmler I, 83 sq.

Diesen Hymnus zählt Petrus de viris illustr. Casinen. c. 8: unter den WW. des Paulus auf mit den Worten: „Hymnos quoque s. Iohannis Baptistae sanctique Benedicti“; ebenso Albericus in seiner Chronik (Mon. Germ. SS. XXIII, 725): „Fertur idem Paulus composuisse hymnum de s. Iohanne Baptista“. Bei Durandus (Rationale divin. offic. I. VII) hat sich bereits die Legende des Stoffes bemächtigt: „Paulus historiographus, Romanae ecclesiae diaconus, Casinensis monachus, quadam die, cum vellet paschalem cereum consecrarc, raucae sunt factae fauces eius, cum prius vocales essent. Ut ergo vox sibi restitueretur, composuit in honore beati Iohannis hymnum Ut queant laxis.“

Es ist mir unerfindlich, wie Dümmler dazu kommt zu schreiben: „Hymnos autem de sancto Iohanne baptista et de assumptione Mariae virginis pactos ei vix cum scriptoribus recentioribus attribuere audeo.“ I. c. 28. Ich sehe im Gegenteile keine Gründe, die allgemeine Annahme in Zweifel zu ziehen und diese Perle unter den lateinischen Hymnen dem Paulus abzusprechen.

Dasselbe gilt von dem folgenden Hymnus, obschon sich die Überlieferung für ihn weniger einsetzt. Es ist auffallend, wengleich sehr erklärlich, daß unser Hymnus jede Elision vermeidet: auffallend bei der sonst ausgesprochenen Nachahmung der Antike; erklärlich, da jede Elision als eine Unbequemlichkeit im Gesange empfunden wird. Da ist jedenfalls die Beobachtung nicht ohne Gewicht, daß Paulus, während er in anderen Gedichten, auch in dem mit dem Hymnus sancti Benedicti verschwisterten *Ordinarum tuos*, die Elision anwendet, sie in beiden Hymnen, dem auf Benedikt und dem auf Johannes, sorgfältig vermeidet.

97. (3.) Hymnus in Assumptione B. Mariae V.

1. Quis possit amplo fame praepotens  
Digne fateri praemia virginis,  
Per quam veternae sub laqueo necis  
Orbi retento reddita vita est?
2. Haec virga Iesse, virgo puerpera,  
Hortus superno germine consitus,  
Signatus alto munere fons sacer,  
Mundum beavit viscere caelibi.
3. Hausto maligni primus ut occidit  
Viro chelydri terrigenum parens,  
Hinc lapsa pestis per genus irrepens  
Cunctum profundo vulnere perculit.
4. Rerum misertus sed sator, inscia  
Cernens piaeli viscera virginis.  
His ferre mortis crimine languido  
Mandat salutis gaudia saeculo.
5. Missus ab astris Gabriel innubae  
Aeterna portat nuntia virgini,  
Verbo tumescit latior aethere  
Alvus replentem saecula continens.
6. Intacta mater virgoque fit parens,  
Orbis creator ortus in orbe est,  
Hostis pavendi sceptrata remota sunt,  
Toto refulsit lux nova saeculo.

7. Sic virginalis vincula permanent,  
Prodit pudoris dum thalamo potens,  
Mansere clausae artius ut fores  
Intrante Deo, quas sera viuxerat.
8. Hoc signat aedis ianua non patens,  
Quam celsa vatis visio prodidit,  
Soli tremendo pervia principi,  
Mansura nempe clausa perenniter.
9. Sit trinitati gloria unicae,  
Virtus, potestas, summa potentia,  
Regnum retentans quae Deus unus est  
Per cuncta semper saecula saeculi.

Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. A. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex Cod. Vatican. 7172. B. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex Cod. Parisin. 1092. C. — Hymn. ms. Casinense saec. 11. Cod. Casinen. 420. D. — Hymn. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Neapolitan. VI G. 31. E. — Hymn. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Neapolitan. VI E 43. F. — Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 11. Cod. Vatican. 4928. G. — Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vatican. Urbin 585. H. — Hymn. ms. Monasticum saec. 12. in Cod. Capit. Vaticani D 156. I. — Psalt. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. 12. Cod. Neapolitan. VI F 2. K. — Hymn. ms. S. Renati Surrentini saec. 13. Cod. Barberin. XI 171. L. —

2, 1 virga puerpera BC. — 2, 4 viscera BC. — 3, 2 virus, alle Hs. — 5, 1 Emissus astris DGH. — 5, 2 virginis BC. 5 Alvus repente BC; replente D. — 7, 2 Prodis II. — 7, 4 Intrante demum DGH; seras iunxerat BC. — 8, 1 hedis BC.

Petrus, De Viris illustr. Casinen. c 8. schreibt Paulus Diaconus einen Hymnus auf Mariae Himmelfahrt zu mit den Worten: „Exstat pariter hymnus Alcaico metro e veteri manuscripto Langobardo Beneventanae ecclesiae ritu, in festo assumptae virginis driparae decantari solitus, a nostro Paulo, ut asseritur, scriptus.“ Dies Zeugnis, das auf lokaler Tradition ruht, hat trotz des beigefügten „ut asseritur“ seinen Wert. Der Hymnus, von dem Petrus redet, kann nur der obige sein. Die metrischen Lizenzen sind nicht derart, daß sie die Abfassung des Liedes durch Paulus ausschließen; das vorwiegende Auftreten desselben in Casinenser und Beneventaner Handschriften stützt die Tradition.

#### 98. (4.) Oratio Vespertina.

1. Christe, decus mundi, qui lux es clara diesque  
Noctis tu tenebras illustrans detegis atras.  
Lucifer exoriens lumen de lumine profers,  
Vitam dignanter tribuis sine fine beatis.



2. Tu nos, omnipotens, clementer, sancte, precamur,  
Hostis ab insidiis defendas nocte dieque.  
Sit nobis in te requies; tu, conditor alme,  
Instantem fieri noctem largire quietem,
3. Ne gravis impediatur noctis caligine somnus,  
Hostis subrepat nobis ne fraude maligna,  
Ne caro peccando fragilis consentiat illi  
Nosque reos statuatur iusto sub iudice Christo.
4. Gloria magna patri iugiter per saecula cuncta,  
Gloria summa patris nato sit semper in aevum;  
Spiritus amborum pariter sit gloria perpes,  
Gloria saeculorum per saecula sit trinitati.

Collect. ms. incertae orig. saec. 10. Cod. Lipsien. Rep. I, 74. Daraus Haupt, Berichte der kgl. sächsischen Gesell. d. Wissensch. Philol. histor. Kl. 1850, S. 1—14; Dümmler, Poetae Aevi Carol. I, 78. — 3, 2 subripiat. — 3, 4 iustos.

---

## Paulinus II,

Patriarcha Aquilegiensis,

† 802.

Paulinus, etwa im zweiten Viertel des achten Jahrhunderts, vermutlich zu Cividale geboren, gehörte dem geistlichen Stande an und war, wahrscheinlich in seiner Vaterstadt „artis grammaticae magister“, als er mit Karl dem Großen bekannt wurde, von ihm (776) mit Landbesitz ausgestattet und an den fränkischen Hof gezogen ward, wo er in dem Gelehrtenkreise, mit dem der König sich umgeben hatte, zahlreiche Freunde fand. Im Jahre 787 zum Patriarchen von Aquileja erhoben, residierte er zu Cividale, begleitete 796 König Pipin in das Land der Awaren, für deren Bekehrung er leitende Grundsätze aufstellte, und hielt nach seiner Rückkehr noch in demselben Jahre zu Cividale eine Synode ab. Zu den dogmatischen Fragen seiner Zeit, namentlich in der Kontroverse gegen den Adoptionismus des Felix von Urgel, nahm er in mehreren polemischen Schriften Stellung. Er starb den 11. Januar 802 und wurde im Dom von Cividale beigesetzt. Alkuin dichtete ihm die Grabschrift. Vgl. über sein Leben die Monographie Giannonis, Paulinus II., Patriarch von Aquileja, ein Beitrag zur Kirchengeschichte Österreichs im Zeitalter Karls des Großen. Wien. 1896.

Dafs Paulinus gedichtet, wird aufer durch die „Regula fidei“ und die Klage de Herico duce (Poetae Aevi Carolini I, 126 ff. und 131 ff.) auch durch Alkuin bezeugt, der für eine poetische Zusage dankend (Carm. XXII, 4) von ihm sagt: „Mellifluis nostras musis qui impleverat aures;“ dafs er speziell auch für kirchliche Zwecke gedichtet, wird von Walafrid (De exordiis et increm. rerum ecclesiast. c. 24) berichtet: „Traditur siquidem Paulinum, Foro-Juliensem patriarcham, saepius et maxime in privatis missis circa immolationem sacramentorum hymnos vel ab aliis vel a se compositos celebrasse.“

Von den neun hier unter Paulinus' Namen vereinigten Hymnen hat einige (Nr. 1, 2, 4, 5, 7) zuerst Georgius Cassander in seinen Hymni Ecclesiastici, Coloniae 1556, (Abdruck Opera Omnia, Parisii 1616, I, 147 bis 315) mitgeteilt, Nr. (5) ohne den Namen des Verfassers. Er entnahm dieselben laut Vorrede (fol. 2 v.) aus Handschriften oder Abschriften (ex aliis tuis libellis), die der kaiserliche Rat Kaspar von Nydbruck ihm behufs Herausgabe gesandt, „in quibus fuerunt hymni aliquot Paulino inscripti.“ Da Cassander begriff, dafs der handschriftlich genannte Paulinus nicht der Bischof von Nola sein könne, schlofs er, dafs Paulin von Aquileja gemeint sein müsse. Ihm schlofs sich Madrisius an, der 1737 die erste Ausgabe der Werke dieses Paulin besorgte (Abdruck Migne PP.LL. 99) und der den Hymnen des Cassander Nr. (6) beifügte. Von Nr. (3), das zuerst Ozanam (vgl. Anal. XIV a, 5) aus Vatican. 7172. publizierte, hat Dümmler (Poetae Aevi Carolini I, 140) erkannt, dafs es in die Serie der uns beschäftigenden Hymnen gehöre, die er in Paulini Aquileiensis Carmina dubia einreichte. Ich kann zu den pondera Cassanders und Madrisius' ein neues Gewicht

hinzufügen. Ein bisher unbekanntes Gedicht „ad pluviam postulandam“, in demselben Versmaße geschrieben wie die Hymnen (2)—(8) findet sich unter dem Namen des Paulinus in der Münchener Handschrift 2990. Die Hymnen (2)—(8) stammen zweifellos von einem Verfasser; dieser Verfasser ward und wird handschriftlich als Paulinus bezeichnet, kann also kaum ein anderer sein als Paulin II. von Aquileja, um so mehr als dieser in seiner Klage über Hericus sich desselben Versmaßes bedient. Ist dies in der Klage weniger sorgfältiger gehandhabt als in den Hymnen, so vermag doch diese Beobachtung den Glauben an die Abfassung jener und dieser durch einen Verfasser in dem nicht zu erschüttern, dem der Dichter kein Automat ist und der insonderheit das Postskriptum Paulins hinter dem Carmen de regula fidei (Dümmler l. c. 130) gegenwärtig hat. Ähnliche Gründe sprechen zugunsten der Hymnen (1) und (9), von denen letzterer schon frühzeitig mit dem Namen des Hilarius von Poitiers in Verbindung gebracht worden; wohl mit Unrecht. Madrisius, dem nur die zwei ersten und die beiden letzten Strophen dieses Gedichtes bekannt waren, glaubte schon aus diesen auf Paulin als Verfasser schließen zu sollen. Und in der Tat kann man sich, vergleicht man Nr. (9) Str. 14 mit Nr. (4) Str. 2, dieses Gedankens nicht erwehren.

Dagegen muß der Hymnus *O Petre petra ecclesiae*, den Madrisius ohne Angabe von Gründen Paulin beilegt, abgelehnt werden, da er höchst wahrscheinlich mozarabischen Ursprunges ist. (Vgl. Anal. XXVII, 228). Ebenso ist es höchst zweifelhaft, ob das längere erzählende (und demgemäß hier ausgeschlossene) Gedicht „de Lazaro“ mit dem Anfange „*Fuit Domini dilectus languens a Bethania*“ Paulin angehöre. Ihm schreibt es freilich Parisin. 1154 zu; allein die Handsch. 227 der Bibliothèque de l’Arsenal, ein Pontifikale von Poitiers aus dem 8. Jahrhundert, welches neun Strophen des Gedichtes zur Fußwaschung des Gründonnerstages (ad Mandatum) vorschreibt, bezeichnet dieselben als „versus Bedae“. Die zwei letzten Strophen der Handschrift des Arsenal fehlen dem Torso bei Dümmler (l. c. p. 133 sqq.). Sechs Strophen des Gedichtes finden sich auch in der Wiener Handschrift 1888, einem Sakramentar von S. Alban in Mainz aus dem 10. Jahrhundert. Die Strophen stehen daselbst „in letaniis maioribus.“

### 99. (1.) In Nativitate Domini.

Versus ante Episcopum.

1. Gloriam Deo in excelsis hodie  
Caelestis primum cecinit exercitus,  
Pax angelorum et in terra vocibus  
Vera descendit.
2. Hodie caeli facti sunt melliflui,  
Et mare dulces undas blando gurgite  
Aequavit lento respirante sibilo  
Flatu sereno.
3. Astra polorum rutilanti radio  
Subfusa lactis irrorant dulcedinem.  
Totus exsultat laetabundo gaudio  
Gavisus mundus.
4. In hora, quando Iesus Christus Dominus  
Nasci dignatus est sacra de virgine,  
Dulcis, suavis ac desiderabilis,  
Bethlem in urbe.

5. Angusti cunas pertulit praesepii,  
Foeno iacere non abhorret Dominus,  
Summa qui patris sedebat in dextera,  
Rex angelorum.
6. Pannis velatus, vili strictus fascia,  
Inclusus parvis lacrimabat cunulis,  
Mater beata sancta premit ubera  
De caelo plena.
7. Sanctus sacratae fecundavit spiritus  
Virginis vulvam, verbum caro factum est,  
Et habitavit in nobis omnipotens,  
Filius Dei.
8. Gabriel ante te praedixit angelus,  
Quando felicem salutavit virginem.  
Paries, inquit, filium, Emmanuel  
Nomen habebit.
9. Pastores erant proximis in pascuis  
Bethlem ad urbem, noctis sub silentio  
Instabant suos supra greges vigiles;  
O quam beati!
10. Claritas Dei cinxit illos fulgida;  
Angelus inquit: nolite pavescere,  
En, ego modo magnum namque gaudium  
Nuntio vobis,
11. Erit quod omni saeculo mirabile,  
Hodie quia vobis Christus Dominus  
Natus est Bethlem, Davidis in oppido,  
Salvator mundi.
12. Hoc vobis signum erit: in praesepio  
Infantem pannis involutum positum  
Invenietis cum Maria pariter,  
Matre beata.
13. Subito facta fulgentis militiae  
Est multitudo caelestis exercitus  
Eodem simul angelo cum flammeo  
Valde praeclara.
14. Gloria Deo in excelsis sidera  
Plena sonabant, pax et in hominibus  
Auditur bonae voluntatis vocibus  
In terra sanctis.

15. Pastores namque loquebantur invicem :  
Eamus usque in Bethlem celeriter  
Et videamus hoc de verbo, qualiter  
Angelus dixit.
16. Venerunt ergo, invenerunt puerum,  
Angelus sicut dixit, in praesaepio  
Positum, sanctam genetricem virginem,  
Ioseph praesentem.
17. In caelo stella novo clara radio  
Refulsit, ante quae nunquam resplenduit,  
Clarior cunctis astris, mundo nuntians  
Gaudium magnum.
18. Hanc stellam magi fulgore perspicuo  
In oriente viderunt resplendere :  
Hoc signum. fantur. tam famosum, nobile  
Regis est magni.
19. Eamus ergo, inquiramus, ubi est,  
Et offeramus illi saltem munera  
Nostris oblata de thesauris optima,  
Aurum, tus, murram.
20. Haec tria magnum demonstrant mysterium  
Dona, quae Deo hominique dederant  
Tres magi, sancto perdocente spiritu  
More divino.
21. In auro regis signat excellentiam,  
In ture summum sacerdotem typicat.  
Per murram Christi sepulturam mystice  
Optime docet.
22. Ecce, venerunt magi Hierosolymam  
Dicentes: Stellam vidimus perfulgidam  
In Oriente; ubi est, qui natus est,  
Rex Iudaeorum?
23. Herodes magno timore perterritus  
Revolvitur sacras prophetarum paginas  
Praecipit scribis: Legite, si verum est,  
Scriptura teste.
24. Prophetam dudum dixisse commemorant:  
Et tu, Bethlem, in terra Iuda minima  
Nequaquam eris, ex te dux egreditur,  
Iacob qui regit.

25. Herodes magis clam vocatis iniquiens:  
Ite, videte, ubi est; recurrite,  
Referte mihi, ut et ego veniens  
Adorem eum.
26. Vulpes Herodes, cur cauda dissimulas  
Praedam captare, qui belvino gutture  
Sanguinem sitis, agni carnes esuris,  
Lupe crudelis?
27. Non vales tuam satiare rabiem.  
Non agnus ille singularis moritur;  
Nam. velis, nolis, ipse rex est Israel,  
Rerum creator.
28. Mori dignatur alio in tempore,  
Quando de cruce pretiosi fuderit  
Sanguinis undam, quae mundi mortifera  
Crimina tollat.
29. Quid fremis, pestis? iste rex omnipotens  
Non quaerit tuum regnum; tibi poterat  
Donare suum, si non esses perfidus,  
Valde superbus.
30. Quos iugulasti teneros agniculos  
Sanguinolento, maledicte, gladio.  
Ablactat vivos in ovili proprio  
Pastor benignus.
31. Euntes magi, stella nova praevia  
Hos praecedebat, donec venit, steterat,  
Ubi tunc puer erat in cunabulis,  
Redemptor orbis.
32. O quam pervalde magno magi gaudio  
Videntes stellam sunt gavis! protinus  
Intrantes domum invenerunt puerum,  
Virginis prolem.
33. Qui procedentes flexis eum genibus  
Adoraverunt apertis de thesauris  
Aurum, tus, murram obtulerunt Domino,  
Regi Deoque.
34. In somnis Persae, ne redirent, caelitus  
Sunt admoniti, ad Herodem perfidum;  
Suam reversi sunt viam per aliam  
In regionem.

35. Illusum demens se videns rex impius  
 A magis, Bethlem misit, cunctos pueros  
 Mox a bimatu et infra per gladium  
 Mandat extingui.
36. O quam crudelis saevaque sententia!  
 Mactare iubes teneram infantiam,  
 Insciam mali; cur non parcis, impie,  
 Lacteae proli?
37. Vox in excelsis, heu, quam tristis resonat,  
 Ploratus multus, ululatus maximus!  
 Maternus luctus frustra premit ubera  
 Nullo sugente.
38. Salvete, flores martyrum candiduli,  
 Respersi tamen rore, sed purpureo,  
 Felices nati hac in luce rosuli,  
 Pulchri, tenelli!
39. Caelestes prorsus, manibus angelicis  
 Collecti, estis in canistro positi,  
 Agni sub throno quam bene reconditi  
 In sempiternum.
40. Herodes iacet in profundo tartari  
 Combustus flammis, laceratus vermibus,  
 Pice decoctus, dissipatus fulgure,  
 Infelix ille.
41. In paradiso vos, famosi pueri,  
 Aureas domus fontesque lactifluos,  
 Mellitos modo possidetis rivulos,  
 Semper felices.
42. Gloria sanctae trinitati unicae,  
 Patri natoque, flamini paraclito,  
 Et nunc et ultra per immensa saecula  
 Sit semper. Amen.

Collect. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1154. A. — Cod. Bruxellen. 8860—67 saec. 10. in. B. — Grad. ms. saec. 10/11. Cod. Angelic. B III 18 (123). C. — Martyrol. et hymn. Modoetin. saec. 9. Cod. Capit. Veronen. 90 (85). D. — Cod. Capit. Veronen. 88 (83). saec. 10. add. saec. 10. E. — Georgii Cassandri Hymni Eccles. imp. Coloniae 1556. p. 101 sqq. F.

2, 2 undas fehlt E; unda D; dulcis undis A. — 2, 3 Equavi A. — 2, 4 Flactus sereno C; Flato A. — 3, 1 rutilanti CDE: rutilantur A. — 3, 2 Subfusa D; laetis BF: inroram C; inrorat E; irrorat D; in terra A; dulcedinis C; dulcedine A. — 3, 3 laetabundus C. — 3, 4 Gavisus Deus A. — 4, 3 suavis hec desiderabilis D. — 4, 4 in orbe AB: in orbem D;

in urbem C. — Str. 5 bis Schlufs fehlen D. — 5, 1 cuna C: praesaepia E. — 5, 2 abhorreret A. — 5, 3 Summa que A. — Str. 6 und 7 fehlen E. — 6, 1 ulli strictus A; vili strictis C. — 6, 2 cunolis A. — 6, 3 sanctaque pre ubera A: premet BC. — 7, 2 vulva A. — 8, 1 aute hoc praedixit angelus F. — 8, 2 felice C. — 8, 3 inquit A. — 9, 1 propriis in pascuis A. — 9, 2 ab urbe AE. — 9, 3 suas A. — 9, 4 Quoque beati A: O quam beata C. — 10, 2 inquit A: paviscere B. — 10, 3 En ego mundo C. — 10, 4 Nuntia B. — 11, 1 saeculum mirabilis E. — 11, 2 quia fehlt C; nobis Christus Deus C: quia Iesus Christus A. — 11, 3 Bethleem, Bethleem C; est in Bethleem F; Natus in Bethleem est Davidis pomidis A. — 12, 1 eri C. — 13, 1 fulgentes CE. — 13, 3 flameo A. — 13, 4 Vade C; praeclaro A. — 14, 1 Gloriam AC. — 14, 2 sonabat ABC; in fehlt A. — 14, 3 Auditor bone A; Audiatur E. — Str. 15 bis 40 inkl. fehlen E. — 15, 4 dixerat F. — 16, 4 praesente C. — 17, 1 clara fehlt C; nova claro A. — 17, 3 resplendere C. — 17, 3 sq. fehlen C. — 17, 3 nuncia A: nuntiam B. — 18, 1 perspicuiunt A. — 18, 2 videre A. — 18, 1 und 2 fehlen C. — 18, 3 signa A; tantur fehlt F; nobilem AB. — 18, 4 Regere magni A. — 19, 3 tauris optima A. — 20, 1 demonstrat C; demonstrant A. — 20, 2 dederat A. — 20, 3 magis compar docente spiritus C; perducente ABF. — 21, 1 regi AB; regni F; signat fehlt C; signa A: excellentia AC. — 21, 2 tibigat A: typice C. — 21, 3 Christus sepultura C. — 21, 4 optime A. — 22, 2 stella C. — 22, 3 ubi es A. — 23, 2 Revolvit CF; prophetarum fehlt A. — 23, 3 scribi scripturas legite A. — 23, 4 Scriptu teste C. — 24, 1 Prophetae A: comemorant A; commemorat B. — 24, 2 in fehlt ABF. — 24, 3 Nequam eris B. — 25, 2 ubi est videte recurrite F. — 26, 1 Vulpis A, quur AB; caudam A. — 26, 2 captaret C: quia belluino AF; gutturu C. — 26, 3 Sanguine C; igni carnes A. — 27, 1 valis A. — 27, 2 Magnus ille C. — 27, 3 velles, nolles A. — 28, 3 unda A; qui C. — 28, 4 tollit AF. — 29, 1 Qui fremis C: petis A; istis C. — 29, 2 tibi poterat fehlt C. — 29, 3 Donare suum fehlt C; Donare regnum BF. — 29, 4 Calde superbus C. — 30, 2 Sanguinoleute maledicto gaudio A. — 31, 1 pervia A. — 31, 2 donec veniens staret A. — 31, 3 Ubi nunc C. — 32, 1 per valde C; magnum magi gaudium A. — 32, 2 stella C. — 32, 3 Infrante C. — 32, 4 Virgines proles C. — 33, 1 procurrentes A. — 33, 2 Adoraverunt et apertis tauris A. — 33, 4 Regique Deo A. — 34, 4 Sic regionem A; In regionem suam C. — 35, 1 vidit A. — 35, 2 magos A: cunctus C: puero F. — 35, 3 gladio A. — 35, 4 extinguit C. — 36, 2 iubet tenera infantia A. — 36, 3 Inscia B; In sua C; malis A. — 36, 4 Lacteo proles A: Lactea prole C. — 37, 1 Mox in C. — 37, 3 premet C: praebet A. — 38, 1 candidoli A; candiduli B. — 38, 2 Respersita est rore set A. — 38, 3 hac in lucem resoli C. — Str. 39 bis 41 inkl. fehlen F. — 39, 2 Collectis sitis A; in canesto C. — 39, 4 In sempiterni A. — 40, 2 Combusti B. — 41, 1 formosi E. — 41, 2 Aureos AE, domos E. — 41, 3 Mellidos ABC; possidens E: rivolos B. — 42, 1 trinitatis A; trinae C; unicae fehlt C. — 42, 2 Patri natoque flammis C. — 42, 3 saecula saeculorum C.

De [nativitate] Christi B; Incipit versus de nativitate Domini A; De nativitate Domini E; Versus ante episcopum C.

### 100. (2.) In Purificatione sanctae Mariae.

1. Refulsit almae dies lucis candidus  
Partum puellae virginis per aureum,  
Quando supernis filius de sedibus  
A patre missus homo nasci voluit,  
Permansit idem proles alti numinis.



2. Legis sacratae sanctis cerimoniais  
Subiectus omnis calamo Mosaico  
Dignatur esse, qui regit perfulgidos  
In arce patris ordines angelicos  
Caelumque terram fundavit ac maria.
3. Postquam puellae dies quadragesimus  
Est adimpletus, iuxta legem Domini  
Maria virgo Iesum sanctum puerum  
Ulnis sacratis templi tunc in atriis  
Tulit tremendi genitoris unicum.
4. Mater beata carnis sub velamine  
Deum ferebat umeris castissimis,  
Dulcia strictis basia sub labiis  
Deique veri hominisque impresserat  
Ori, iubente quo sunt cuncta condita.
5. Duos parentes tulerunt candidulos  
Pullos columbae lacteolis plumulis,  
Dedere in templo par pro eo turturum,  
Legis veluti promulgabat sanctio,  
Quales perustas consecrarent hostias.
6. Dei sacerdos humilis, mitissimus  
Erat in urbe, iustus, senex optimus,  
Felix beatus Simeon caeliffuo  
Sanctoque plenus adfuit spiramine  
Sacra sub aula nutu Dei concitus.
7. Hic namque dudum responsum acceperat  
Sancto docente spiritu, quod vinculo  
Mortis resolvi non possit de corpore,  
Donec videret Christum vivens Domini,  
Quem misit altis genitor de soliiis.
8. Suscepit ergo puerum in manibus  
Agens superno genitori gratias,  
Ulnis retentans benedixit Dominum,  
Amore plenus cordis cum dulcedine,  
Addens et alto sermone subintulit :
9. Dimitte tuum, Domine, nunc obsecro,  
In pace servum, quia meis merui  
Tuum videre salutare visibus,  
Quod praeparasti pietate unica  
Ante tuorum populorum faciem,

10. Fulgensque lumen gentium in oculis,  
Gloriam plebis Israelis germini;  
Positus hic est in ruinam scandali  
Et in salutem Iacob stirpis aureae,  
Donec secreta revelentur cordium.
11. Ipsius, inquit, tua, sancta genetrix,  
Transibit ictus gladii per animam.  
Servabat alto mystica sub pectore  
Maria verba conferens alacriter,  
Dictis supernis credula fideliter.
12. Doxa sit patri per immensa saecula  
Et Iesu Christo, patris unigenito,  
Decus, potestas, virtus super aethera  
Sancto per omne saeculum paraclito,  
Laus infinita, honor et imperium.

Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. A. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 1092. B. — Grad. ms. S. Laurentii in Verano(?) saec. 10<sup>11</sup>. Cod. Angelic. B. III 18. C. — Georgii Cassandri Hymni ecclesiastici, Colon. 1556, p. 241 ff. D.

1. 1 Refulget D; candidum C. — 1, 2 post aureum D. — 1, 5 prolis C; nominis CD. — 2, 1 Regis sacratio B; sanctum C. — 2, 2 subiectus omnia AB; omni calamo D. — 2, 3 Dignatus esset qui regis de sedibus C. — 2, 4 Ab arce CD. — 2, 5 Caelum qui AB; terra C; fundavitque CD. — 3, 2 adimpletum C. — 4, 2 umeri castissimus C. — 4, 2 Dulcis adstricta C; Dulcia strictum D. — 4, 4 Deoque vero homini impresserat AB. — 4, 5 Ore ABC; quod sunt C. — 5, 2 lacteoli plumuli C. — 5, 3 Dedit AB; Dederunt C; in fehlt AB. — 5, 4 Regis veluti C; Legis veluti D; promulgabant sancti os C. — 5, 5 Quales per istas ABC. — 6, 2 in orbe D; iuxta senex C. — 6, 3 caelitus C. — 6, 5 verbi Dei conscius AB. — 7, 1 suscepit D. — 7, 3 posset AB. — 7, 4 Nisi videret AB. — 7, 5 Que misit C; alto genitor de solio AB. — 8, 1 Suscepit namque AB; de manibus C. — 8, 2 Regis superni genitoris gratia C; Egit superno D. — 8, 3 Ulnis redemptis C. — 8, 5 Addens et almo C; sermones AB. — 9, 3 Videre tuum CD. — 9, 4 pietatem unicam C. — 9, 5 facies C. — 10, 1 Fulgentem C. Fulgente D. — 10, 2 Gloria C; Israel C; germinis ABD. — 10, 5 secreta cordium sepellient C; se pallient D. — 11, 1 Ipsius ecce CD. — 11, 2 Transibit intus gladius C; per nimiam AB. — 11, 3 Servabat casto AB. — 12, 1 sq. in CD:

Gloria tibi, Iesu, magni nominis

Et tibi, nate patris unigenite,

nato pater unigenito C. — 12, 3 potest C. — 12, 4 omnes saeculum paraclitum C. — „Incipiunt versi in Purificatione sanctae Mariae“. C; „De sancto Simeone“ D. — „Paulini Aquileg.“ D.

### 101. (3.) Tempore Quadragesimae.

1. Insigne sanctum, tempus acceptabile  
Assunt, salutis dies venerabiles,  
Plenis olivo sponso cum lampadibus  
Curramus omnes obviam palmifero  
Mundi superbo superato principe.

2. Caste pieque vivamus ac sobrie  
Soli tremendo servientes Domino,  
De corde puro totisque praecordiis  
Laudes feramus trinitatis unicae,  
Quae nos redemit pretioso sanguine.
3. A paradisi laetabundis gaudiis  
Nos traxit olim ciborum cupiditas,  
Portas polorum dulcedo gluttifera  
Clauserat alta dispensante gratia,  
Quae nos reduxit ad caelorum limina.
4. Nos laeta traxit caro de paradiso,  
Misit in huius saeculi exsilium;  
In lacrimarum valle delitescimus,  
Diris ligati peccatorum vinculis;  
Afflicta modo reducat ad sidera.
5. Ieiuniorum sunt sacrata tempora,  
In quibus hostis bellum movet invidus;  
Ne sanctitatis cumulentur merita,  
Tentationum infigit aculeos,  
Quos sola sedat singularis bonitas.
6. Ieiuna vincit vitiorum milia  
Divina caro suffragante gratia,  
Resistit irae, abdicat libidinem,  
Dat castitati triumphale praemium,  
Cingit corona virginalem verticem.
7. Moyses, electus Domini tirunculus,  
Montis sub antro quadraginta dierum  
Ieiuniorum consecravit ferias.  
Ut possit almo legem scriptam digito  
Sancta sub aura leniter suscipere.
8. Propheta sanctus Helias abstinuit  
Continuatis totidemque diebus,  
Jonas dicavit tridui temporis  
Ninivitarum celebre ieiunium,  
Detersit omne criminis piaculum.
9. Fons pietatis, infinita bonitas,  
Suscepta carne quadraginta diebus  
Iesus redemptor ore nullo pertulit  
Potum cibumque, sacravit ieiunium  
A spiritali fame nos cripiens

10. Gloria Deo sit patri perenniter,  
Sit semper honor alti nato nominis,  
Virtus, potestas sanctoque spiritui,  
Sit trinitati decus et imperium  
Per infinita saeculorum saecula.

Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. in. A. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. B. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. C.

1, 5 Mundi tropaeo superato principe A. — 2, 1 Casto A. — 2, 2 serviamus A. — 2, 3 totis cum A. — 2, 4 Dei sapientiae A, augenscheinlich Korrektur. — 3, 5 Qui nos reduxit A. — caro traxit BC. — 4, 3 valle directi sumus BC. — 4, 4 Diris diligati A. — 4, 5 revehit ad sidera A. — 5, 2 movit ABC. — 5, 4 infligit A. — 6, 1 Ieiunia vincit A: Parcitas vincit vitiorum agmina BC. — 6, 2 Divinitatis suffragante BC. — 6, 3 refrenat libidinem A. — 6, 4 castitatis A: dafs castitati zu lesen, wird aus der folgenden Zeile deutlich. — 6, 5 Cinxit BC. — 7, 2 Petrae sub A. — 7, 4 almam legem scriptam digitos BC. — 7, 4 sub aure B: sub ture A. — 8, 1 Helias sustinuit A. — 8, 3 Ionas diacum triduum A. — 9, 3 ore nullus pertulit A. — 9, 4 Potu ciboque BC. — 9, 5 fame fellit A. — 10, 2 nati A. — Die Doxologie lautet in BC:

Gloria tibi sit, pater ingenite,  
Sit nato tibi virtus et imperium  
Sancto simulque potestas spiritui,  
Sit trinitati salus individuae,  
Manens et regnans per immensa saecula.

Aus A gedruckt bei Dümmler Rhythmorum ecclesiasticorum aevi Carolini specimen, Halis 1881, p. 20 sq.

#### 102. (4.) In Resurrectione Domini.

1. Refulget omnis luce mundus aurea  
Perfusus, aether irrorat dulcedinem,  
Astra, iucunda caeli luminaria,  
Cingit per omne decus radiantia,  
Distillat aer balsamorum guttulas.
2. Occasus, ortus, aquilo, septentrion,  
Tellusque pontus, oceani limites,  
Lati polorum, iubilare, cardines,  
Fontes aquarum, flumina labentia,  
Gaudete, campi, montium cacumina.
3. Surrexit, ecce, Dominus ab inferis,  
Devicta morte cum triumpho rediit,  
Victor iniquum spoliavit tartarum,  
Claustra gehennae fregit et chirographum  
Mortis cruore diluit rosifluo.

4. Sol luminare, schema mundi candidum,  
Delusit omne saeculum meridie.  
Texit polorum lampades nigredine,  
Caelum tabescit taetra nocte territum  
Languit omnis mundus sub caligine.
5. Expavit arvum, tremuerunt maria,  
Velum recisum templi mox per medium,  
Fissae deinde patuerunt silices,  
Multa piorum surrexerunt corpora  
De monumentis, dudum qui dormierant.
6. Ut vidit anguis immolatum vespere  
Corporis almi sanctum sacrificium,  
Quod mane caelum replevit odoribus,  
Dolore multo saucius increpuit,  
Perculsus agni mansueti vulnere.
7. Vidit in ara sacram crucis hostiam.  
Sanguinis undam, laticem de latere  
Sancto fluentem, saeculi qui crimina  
Abluit, alta paradisi gaudia  
Data latroni, fractus colla sibilat.
8. Felix refulsit tristia post sabbata  
Dies serena perlustrata lumine,  
Quae sola cunctis antefertur diebus,  
In qua redemptor surrexit a mortuis  
Mundi superbo superato principe.
9. Venit Maria Magdalene sabbato,  
Maria venit altera diluculo  
Ad monumentum, portantes aromata,  
Ut venientes corpus sacratissimum  
Christi linirent redolente chrismate.
10. Concussa tellus ab imo resiliit,  
Terrore pulsa riguerunt marmora,  
Invasit horror mulieres pavidas,  
Ab ore namque monumenti lapidem  
Dum sanctus ovans angelus revolveret.
11. Flentes at illae loquebantur mutuo:  
Quis a sepulcri clauso nobis ostio  
Magnum revolvat lapidem, quo smyrnea  
Tinguatur unda corpus, aromaticis  
Litum respiret pretiosis roribus?

12. Angelus, ecce, Domini praefulgidus  
Sedens in albis revoluta lapide  
Illas refovit talibus alloquiis:  
Quid vos in antris viventem cum mortuis  
Quaeritis? ipse surrexit, ut dixerat.
13. En, ecce locus, ubi fuit positus  
Dominus; ite, dicite discipulis:  
Surrexit, autem Gallilaem petiit,  
Destruxit eum, qui mortis imperium  
Habebat ante, sicut ipse dixerat.
14. Ibant alacri pectore feliciter,  
Ocurrat illis Iesus, mundi gloria,  
Mitis, suavis ac desiderabilis,  
Totus benignus, dulce desiderium,  
Salus perennis aeternorum civium.
15. Spes namque mundi salutaris unica,  
Fons, vita, virtus sempiterna veritas.  
Pietas ardens, omnis consolatio,  
Vultu sereno solis super radio  
Dixit: Avete, sanctis mulieribus.
16. Illae sacratos ac desiderabiles  
Sanctosque pedes tenuerunt dulcius,  
Dedere strictim basia melliflua,  
Plantas beatas non cessabant lambere  
Per mille vices venerandis labiis.
17. O quam beatas, felices, lectissimas  
Quapropter istas mulieres dixerim!  
Sed nullus inest mihi sermo facilis,  
Qui possit harum saltem summum tegminis  
De laude filum promulgando tangere.
18. Istos sacratos patriarchae nobiles,  
Multi prophetae, reges et pontifices  
Pedes videre voluerunt anxie,  
Sed non viderunt, quos felices feminae  
Dulci retentu meruerunt stringere.
19. Tunc Iesus illis, totus bonus Dominus,  
Dixit: Nolite iam ultra pavescere,  
Sed ite, meis dicite discipulis,  
In Gallilaeam montis in cacumine  
Eant, ibique me videbunt pariter.

20. Haec quippe visa festinantes poplite  
Peracta sanctis dixerunt discipulis:  
Surrexit, ecce, Dominus, ut dixerat,  
In Gallilaea montis super verticem  
Illuc euntes vos eum videbitis.
21. Cursim venerunt undecim discipuli  
In Gallilaeam, sed Petrus ex nomine  
Venit vocatus, suavique Domino  
Adoraverunt, quibus vulnus lanceae  
Ostendit atque clavorum vestigia.
22. Magno beati sunt gavisı gaudio  
Omnesque prorsus felices discipuli;  
Quidam labenti dubitabant pectore,  
Firmabat unus Thomas: Nisi videro  
Latus apertum, non credam, per lanceam.
23. Nisi sacratas fixuras in manibus  
Tangam, foderunt quas clavorum iacula,  
Non credam. Iesus cui, dulcis Dominus,  
Palpanda membra concessit continuo;  
Dominus, inquit, meus et Deus meus.
24. Tunc dixit illis: Pax vobis, en, ego sum;  
Omnis potestas in caelo cum gloria  
Est data mihi, fixo corde credite,  
In terra summa potestas, victoria  
Mihi manebit per aeterna saecula.
25. Cur dicis, alta Dei sapientia,  
Hanc esse tibi potestatem traditam,  
Quam semper habes cum patre consimilem,  
Datam sed carnis per naturam subditam,  
De matre sancta quam venisti sumere?
26. A patre data non creditur aliter  
Gignendo nisi modo ineffabili,  
Nam semper aequa, semper compar gloria  
Patri tibiue sanctoque spiritui  
Manet, potestas, virtus, laus, imperium.
27. Spirans in eos insufflavıt protinus,  
Sanctum, profatur, accipite spiritum,  
Peccata quorum commissa dimittitis,  
Erunt remissa, quorumque tenebitis,  
Erunt retenta; his praeceptis edidit:

28. Nunc ite, cunctas per mundum celeriter  
Gentes docete, Jordanis sub gurgite  
In patris atque filii et spiritus  
Sancti lavate nomine, praecipite  
Mundum servare sacratum mysterium.
29. Docete cuncta servare ruricolae,  
Praecipit, vobis quae mandavi lucida,  
Quo tendit orbis quattuor ad angulos;  
En, ego cunctis sum vobiscum diebus,  
Quousque saeculi fiat consummatio.
30. Mors inimica se perisse doleat,  
Mortua vita mortis regnum diripit,  
Mors illi ultra iam non dominabitur,  
Ovem reduxit ad ovile perditam,  
In cruce totum renovavit saeculum.
31. Sit tibi Deo patri laus et gloria,  
Sit crucifixo decus et imperium  
Sanctoque simul potestas spiritui,  
Sit trinitati salus individua  
Per cuncta semper saeculorum saecula.

Martyrol. et hymn. Modoetin.(?) ms. saec. 9. Cod. Capit. Veronen. 90 (85.)  
A. — Cod. Bruxellen. 8860—67. saec. 10. B. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10.  
ex. Cod. Vatican. 7172. C. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod.  
Parisin. 1092. D. — Psalt. ms. S. Vincentii Cenomannen. saec. 15. Cod.  
Cenomannen. 134. E. — Georgii Cassandri Hymni Ecclesiastici. Colon. 1556,  
p. 191 sqq. F. — Unvollständig bei Mone I, 186 ff. nach einem Blatte saec.  
8. in Privatbesitz G.

1, 1 Refulgit G. — 1, 2 dulcidine G. — 1, 3 incundis caelum luminariis  
ABFG. — Str. 1 und 2 fehlen E. — 2, 1 Ortus, occasus AG; septendrion  
A; septendrio F. — 2, 5 Plaudite manu AG — 3, 1 Surrexit enim G —  
Str. 4 fehlt CD. — 4, 1 Sed schema mundi, decus caeli rutilum A; Si  
luminare, schema mundi candidum E; Sol, schema mundi, decus caeli rutilum  
G, als Lesart F. — 4, 2 Deluxit F; Diluxit omne B; meridae G. — 4, 3  
lampadis B. — 4, 4 tabescet B; terra nocte territur G; territus B. — 4, 5  
obsidus G; Languit omnis mundus sub caligine CDF. — 5, 1 arva ABF;  
der Vers fehlt G. — 5, 2 Velum scissum A; scissum est BEF; rescissum  
est G. — 5, 4 corpora surrexerunt B; corpora surrexerant FG. — 5, 5 quae  
dormierant E; De monumentis suis quae CD. — 6, 1 Ut vidit agnum immo-  
latum CD. — 6, 3 Qui manet AB. — 6, 4 Dolore multos A. — 6, 5  
Percussus G, als Lesart F; Perfusus agnus mansuetus CD. — 7, 1 In ara  
sacra CD; in aram F; aram sacram A. — 7, 2 unda A; latices de latere  
AB; lancea de latere CD. — 7, 3 fluente CDG; saeculique CD; crimine B.  
— 7, 4 Abluit BG. — 7, 5 fracta colla A; fractus colla BFG. — 8, 1 tristia  
post sabbata FG, tristia post sabbatum B; tristitias post sabbati CD. —  
8, 2 die sereno G; serena A; serenus perlustratus B. — 8, 3 antecellit  
diebus CDE. — 8, 1 sabbati G. — 9, 2 Altera simul Maria diluculo G. —  
9, 3 Ut valde mane corpus BCDF. — 10, 2 Terre pulsari aguerunt A. —  
10, 3 pavidus A. — 11, 1 Flente A. — 11, 2 sepulero G. — 11, 3 Magno  
removet lapide A; Magno removit lapide G; revolvit setze ich nach Mare.



16, 3. — 12, 3 refovet BEF; Talibus illas refovit G. — 12, 4 Quem vos in antris CD: Quod vos in astris; Quid vos in astris F; Quid, mulieres, viventem cum mortuis G. — 12, 5 ipsum E. — Str. 13 ff. fehlen G. — 13, 2 Citius ite CD. — 13, 3 Quia surrexit F; Gallilaeam abiit E. — 13, 5 ante sicuti praedixerat BEF; Habebat, ibi vos cum videbitis A. — Str. 14 und 15 fehlen CDFG. — 14, 3 Suavis, pius amor saeculi E. — 15, 2 sempiterna deitas E. — 15, 5 Habete sanctis A. — Str. 16 bis 39 inkl. fehlen in allen Quellen aufer A. — 16, 3 Dedero A. — 17, 4 saltim sumum teeminis A. — 17, 5 filium A. — 18, 3 ansie A. — 20, 1 festinanter A. — 21, 1 discipulis A. — 21, 3 Venit vocavi sonamque domino A. — 21, 5 adquem clavorum A. — 23, 5 inquit A. — 24, 3 Est fehlt A. — 25, 4 ver-  
schrieben A. — 26, 1 datam A. — 26, 2 Ginendo A. — 26, 4 que fehlt A. — 27, 2 prefatur A. — 27, 3 Peccatorum concessa dimittitis A. — 27, 5 Erunt fehlt A; is praeceptis A. — 28, 3 adque A: spiritum A. — 28, 5 sacris misterium A. — 29, 2 mandavit A. — 30, 2 vitam A. — 16, 3 ultra iam non illi CD; dominatur A. — 30, 4 ovilem A. — 30, 5 erueem A. — 31, 2 decus ac imperium E; virtus et imperium CD. — 31, 4 salus individua virtus A. — 31, 5 Per fehlt A.

### 103. (5.) In Natali ss. Petri et Pauli.

1. Felix per omnes festum mundi cardines  
Apostolorum praepollet alacriter,  
Petri beati, Pauli sacratissimi,  
Quos Christus almo consecravat sanguine,  
Ecclesiarum deputavit principes.
2. Hi sunt olivae duae coram Domino  
Et candelabra luce radiantia,  
Praeclara caeli duo luminaria;  
Fortia solvunt peccatorum vincula,  
Portas Olympi reserant fidelibus.
3. Habent supernas potestatem claudere  
Sermone sedes, pandere splendentia  
Limina poli super alta sidera;  
Linguae eorum claves caeli factae sunt,  
Larvas repellunt ultra mundi limites.
4. Petrus beatus catenarum laqueos  
Christo iubente rupit mirabiliter,  
Custos ovilis et doctor ecclesiae,  
Pastorque gregis conservator ovium,  
Arcet luporum truculentam rabiem.
5. Quodcumque vinculis super terram strinxerit,  
Erit in astris religatum fortiter  
Et quod resolvit in terris arbitrio,  
Erit solutum super caeli radium,  
In fine mundi iudex erit saeculi.

6. Non impar Paulus huic, doctor gentium,  
Electionis templum sacratissimum,  
In morte compar, in corona particeps;  
Ambo lucernae et decus ecclesiae  
In orbe claro coruscant vibramine.
7. O Roma felix, quae tantorum principum  
Es purpurata pretioso sanguine!  
Excellis omnem mundi pulchritudinem,  
Non laude tua, sed sanctorum meritis,  
Quos cruentatis iugulasti gladiis.
8. Vos ergo modo, gloriosi martyres,  
Petre beate, Paule mundi lilium,  
Caelestis aulae triumphales milites,  
Precibus almis vestris nos ab omnibus  
Munite malis, ferte super aethera.
9. Gloria Deo per immensa saecula  
Sit tibi, nate, decus et imperium,  
Honor, potestas sanctoque spiritui,  
Sit trinitati salus individua  
Per infinita saeculorum saecula.

Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. Cod. Rossian. VIII 144. A. — Hymn. ms. Casinense saec. 10. Cod. Casinen. 506. B. — Hymn. ms. Beneventanum saec. 10. ex. Cod. Vatican. Ottobon. 145. C. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. D. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. E. — Hymn. ms. Farfense saec. 10/11. Cod. Roman. 175 (Farf. 4). F. — Psalt. et hymn. Marchianense saec. 9. et 10. Cod. Duacen. 170. add. saec. 10/11. Fa. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). G. — Brev. ms. Strumense saec. 11. Cod. Laurentian. Conv. sup. 524. H. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. I. — Brev. ms. Benedictinum saec. 11. Cod. Valicellan. B 79. K. — Brev. ms. Althense saec. 11/12. Clm. Monacen. 9633. Ka. — Grad. et Antiph. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. aeq. 1235. L. — Brev. et Orat. ms. Secoviense (Monial.) saec. 15. Cod. Graecen. 1611. M.

1, 1 festa CDE. — 1, 2 praepotens DE. — 2, 1 duo A. — 2, 4 Porta L: olimphy A. — 3, 1 superna ADE: potestates L. — 3, 2 Sermonessedes GI: Sermone aedes F. — 3, 5 limitem KaM: hinter Str. 3 Divisio L. — 4, 2 iuvante DEF; rumpit M. — 4, 3 ovili H. — 4, 5 Arce AG: Arcens DE; Arcent CFI: truculenta HI: rabie I; nach Str. 4 Gloria Deo etc. G. — Str. 5 und 6 umgestellt A. — 5, 4 caelum G: solis radium B. — 6, 2 Ecclesiarum templum A. — 6, 5 bibramine C: nach Str. 6 Divisio AFIKL. — 7, 1 tantorum militum DE. — 7, 2 expurpurata D. — 7, 5 Quos truculentis A. — 8, 1 Hos ergo B: gloriosi principes ACDEF. — 8, 5 super aethere D: super sidera AGHIL. — 9, 1 Patri supremo sit immensa M. — 9, 3 Una cum patre sanctoque L. — 9, 4 trinitatis D; individuae Ka. — M hat nur die Strophen 4, 5 und 9.

Von den Hymnen des Paulinus hat dieser allein weite und weiteste Verbreitung gefunden und findet sich daher in zahllosen Quellen, die sämtlich zu vergleichen ebenso unnötig als unmöglich wäre. Er kommt nirgends handschriftlich unter Paulinus Namen vor, wohl aber irrthümlicher-

weise (infolge von Verwechslung mit dem Hymnus *Aurea luce et decore roseo*) unter dem der *Elpis*; so in *Cod. Pragen. I G 39 saec. 15*: „*Hunc ymprum fecit Helpes, nobilis domina, uxor Boecij senatoris, in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli.*“ *Georg. Cassander l. c. p. 167 sqq.* bietet diesen Hymnus ohne den Namen des Verfassers; *Thomasius, Opera (ed. Vezzosi) II, 388* überschreibt ihn „*Paulini,*“ ohne Gründe beizubringen. Für *Paulin* sprechen aufser den allgemeinen Gründen die von *Madrisius* und *Giannoni* mit Recht betonte Übereinstimmung von 2, 2 mit *Contra Felicem I, 36*: „*Ecce, Petrus et Paulus, duo videlicet fulgentia mundi candelabra*“ und von 2, 3 mit *I, 45*: „*Petrum Paulumque, duo praeclara caeli luminaria.*“ Trümmer dieses Hymnus sind noch heute in römischem Gebrauch. So dient *Strophe 4* mit einer *Doxologie* als Hymnus auf *Petri Kettenfeier* mit dem veränderten Anfange: *Miris modis repente liber ferrea Christo iubente etc.* — Ebenso bildet unter starker Umänderung die *Strophe 5* nebst einer *Doxologie* einen Hymnus für das Fest *Petri Cathedra* nämlich: *Quodcunque in orbe nexibus revinxeris.* — *Strophe 7* endlich ist ebendort in den umgedichteten Hymnus *Aurea luce et decore roseo* (*Urbanische Fassung: Decora lux aeternitatis aurea*) eingeschoben.

#### 104. (6.) *In Natali sancti Marci.*

1. *Iam nunc per omne lux refulget saeculum,  
Lux illa, patris quae lucet de solio,  
Quae fons, origo, splendor lucis aureae  
Habensque semper lumen indeficiens  
Caelum serenat, arcens mundi tenebras.*
2. *Huius sacrato lucis de vibramine  
Suscepit alium radium sub pectore  
Marcus beatus, doctor evangelicus,  
Factus lucerna more tanti luminis,  
Ardens fugavit saeculi caliginem.*
3. *Septem columnis una de candidulis,  
Aureis septem unum de candelabris  
Cingitque totum mundum claro sidere,  
Ecclesiarum nititur sub culmine,  
Sustentat altae fundamenta fabricae.*
4. *Quartum, quod olim viderat Hiezechiel,  
Propheta sanctus, animal lectissimum,  
Vidit Iohannes ceu Christi recubitor  
Leonis hoc et typice sub specie  
Clamore multo per deserta frendere.*
5. *Sic a beato Petro missus adiit  
Aquileiensem dudum famosissimam  
Urbem, sacrati verbi pullulantia  
Disseminavit sata, quo centuplices  
Fructus ad alta vexit felix horrea.*

6. Christi dicavit mox ibi ecclesiam,  
Nam fundamentum fidei fortissimum  
Fixerat unum petram super limpidam,  
Quam flumen undans nec ventorum fulmina  
Quassare possunt. torrentes nec pluviae.
7. Deinde rursus cum corona rediens  
Athleta Christi, compta pulchris liliis,  
Mixtumque palmis lauro atque rosulis  
Portabat gaudens diadema verticee,  
Ingressus urbem Romam Christo comite.
8. His ita gestis pergit Alexandriam  
Sancto repletus spiritu, laetissimos  
Fines per omnes iugiter Memphiticos  
Patris tremendi praedicabat unicum  
Venisse mundi pro salute filium.
9. Turba crudelis Christi circa militem  
Tumens parabat tormentorum spicula,  
Vinxit catenis, transfixit aculeis  
Dilaniando flagris sacra viscera  
Carceris umbras misit ad phantasticas.
10. Primus superni nominis notitiam  
Dedit in urbem Marcus Alexandriam,  
Christi dicavit mox ibi basilicam,  
Quam expiavit pretioso sanguine,  
Vallavit almae fidei munimine.
11. Gloria patri, decus et imperium  
Sit, nate, semper tibi super sidera,  
Honor, potestas sanctoque spiritui.  
Sit trinitati virtus individuae  
Per infinita saeculorum saecula.

Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. A. —  
Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. B. — 1, 3 splendorem  
AB. — 3, 3 Cingit qui AB. — 5, 4 sato AB. — 11, 1 Gloriam AB. — 11, 4  
trinitatis AB. — Diesen Hymnus hat zuerst Madrisius herausgegeben und  
Paulin zugeschrieben. Er bemerkt: „Hymnum hunc inter schedas ill. episcopi  
Adriensis repertum nepos eius, Laurentius a Turre. humanissime communicavit.  
Quem. statim ac legi, Paulinum illico auctorem agnovi.“ (Migne l. c. 495).  
In der That weist außer Metrum und Sprache hier vor allem der Inhalt auf  
den Patriarchen von Aquileja.

#### 105. (7. In Dedicatione Ecclesiae.)

1. Refulgent clara huius templi culmina,  
Perfusa luce septiformis spiritus  
Christi rubescunt purpurata sanguine,  
Perlita rore pretiosi balsami  
Odore fragrant mixtis aromatibus.

2. Sint semper istam supra domum, Domine,  
Tui aperti, deprecamur, oculi,  
Auresque tuae sint intentae iugiter  
Diem per omnem noctis et in tempore,  
Tuoque semper ore benedicito.
3. Sit angelorum hic alta frequentia,  
Descendat omnis huc caelestis gratia,  
Diffusa sancto largiente spiritu,  
Vultu sereno sancta semper trinitas  
Pio favore dignetur inspicere.
4. Nubes sacrata, quae pendens incubuit  
Deo iubente supra tabernaculi  
Tectum, beatus quod Moyses in eremo  
Fixit, precamur, huius aulae moenia  
Adflata sancto perfundat spiramine.
5. Famosa, dudum quae replevit atria  
Templi dicati, nebula perlucida  
Orante puro Salomone pectore,  
Hanc missa, Christe, caeli de cacumine  
Domum fecundet sempiterno munere.
6. Quicumque tuum sanctum nomen supplici  
Plenoque corde precatusque fuerit  
Huius in aedis sancto domicilio,  
Te largiente sit liber a crimine;  
Exclude pestem, morbos omnes dilue.
7. Tuo sacrato hic depasti corpore  
Tuoque sancto satiati sanguine,  
Ab hoste tuo defensi munimine  
Laeti fideles sortiantur servuli  
Vitae perennis sine fine gaudia.
8. Rerum creator, Iesu, patris unice,  
Mundum cruore salvas qui purpureo,  
Peccata tollis solus qui pestifera,  
Dignare tuos munere gratuito  
Ad astra caeli mittere ruricolos.
9. Sit semper alta Deo patri gloria,  
Omnis potestas sit dilecto filio  
Sanctoque semper gloria paraclito,  
Honor et virtus, laus, decus, imperium  
Et nunc et ultra sit per cuncta saecula.

Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Vatican. 7172. A. — Hymn. ms. Severinianum saec. 10. ex. Cod. Parisin. 1092. B. — Georgii Cassandri Hymni ecclesiastici Colon. 1556, p. 230 ff. C.

1, 1 Refulget A: Clara refulgent C. — 1, 3 rubescunt fulgora sanguine A: purpurato B. — 1, 4 Praeleta rore A: Praelato rore B: Perlitatore C. — 1, 5 fragant A: flagrant BC. — 2, 1 Sint ista supra domum, Domine, tui AB: Domini C. — 2, 2 Apertis semper, deprecamur AB: oculi A: oculis B. — 3, 1 Sint ABC: alba frequentia C. — 3, 2 hic AB. — 4, 1 Nubes sacraque A: sacrasque B: quae tēhlt AB: pendentes B. — 4, 2 Deo iuente AB. — 4, 3 Tecum beati A. — 4, 4 huius alme menie B: alme meniae A. — 5, 4 Hae missa A: Ac missa B: Hanc, Christe, caeli missa de C. — 5, 5 fecundes C. — 6, 2 deprecatus fuerit C. — 6, 3 sacro domicilio A. — 7, 2 Tuoque sacro B. — 7, 5 perenni A: gaudiis AB. — 8, 2 salvasti purpureo AB. — 9, 4 Honorque virtus C. — Am Rande: „Paulini Aquileg.“ C.

106. (8.) **Carmen S. Paulini ad pluviam postulandam.**

1. Rerum creator, protector omnipotens,  
Mundum qui salvas pretioso sanguine,  
Aëra complens luce qui conditlua  
Cuncta gubernas pio moderamine,  
Est tibi cura quoniam de omnibus.
2. Sol tuum iubes oriri splendidue,  
Latum vestire mandas orbem radio  
Stellasque roris imbrem facis fluere,  
Bibit quem tellus, fructus offerre optimos.  
Nutrit de quibus proprios ruricolae.
3. Tua sunt cuncta, de tua suscepimus  
Omnia manu, Domine, largissima,  
Licet ingrati munere gratuito,  
Qui replens omne animal dulcedine,  
Das escas cunctis tu solus viventibus.
4. Te deprecamur nos, quamvis inutiles  
Servuli tui, Deus pater, subveni,  
Nullis confisi nostris iam de meritis,  
Sed tua certi summa de clementia,  
Magna qui facis solus mirabilia.
5. Illo dignare, quaesumus, imperio  
Mandare ventis, imperare nubibus,  
Quod dudum nauta deperit; cum carperes  
In navi somnum, dignatus es surgere  
Tunc exoratus tuis a discipulis.
6. Dixisti mari: tace! mox conticuit;  
Ventos iussisti prorsus obmutescere,  
In se refudit mare fluctus tumidos,  
Procella venti dissipata siluit,  
Est facta magna quapropter tranquillitas.

7. Beatae modo genetricis virgiuis,  
Mariae, sancti Michael et Gabriel,  
Iohannis, Petri Paulique nos precibus  
Apostolorum, deprecatu adiuva  
Patriarcharum, prophetarum, martyrum.
8. Dic Austro, flatu tranquillo per aera  
Collecto spiret lento, dic [et] Africo,  
Fugata nube, resoluta nebula  
Cessent effusas irrorare pluvias,  
Terram fovere solis iube radio.
9. Turbo, procella, tempestas tonitruum,  
Igneus aether coruscante lampade  
Tuo iubente mitescant imperio;  
Flagellum, digne quod meremur, grandinis  
Sola suspende miseratus gratia.
10. Nos sumus digni milies, quam patimur,  
Vindicta, iusto si feras iudicio  
Percelli; nostrae quodsi recordaberis  
Iniquitatis, Domine, quis, Domine,  
Alta potestas, sustinere poterit?
11. Sed quia tu es pius, dulcis Dominus,  
Totus suavis ac desiderabilis,  
Mitis, benignus, unicus omnipotens,  
Aeterni patris tu dilectus filius,  
Tuo nos salva cruore rosifluo.
12. Kyrie, eleison, miserere, Domine,  
Parce placatus, infinita pietas,  
Kyrie, eleison, subveni, misericors,  
Indulge, dulcis bonitas, altissime,  
Kyrie, eleison, Christe, tu nos libera.
13. Gloria Deo patri sit altithrono,  
Gloria semper coaeterno filio,  
Sit semper omnis gloria paraclito,  
Trinus qui regnat Deus et omnipotens  
In aevum et ultra per cunctaque saecula.

Collect. ms. Libehardi, prioris Reichenbacen., anni 1476. Clm. Monacen. 2990. — 1, 2 salvans. — 2, 5 Nutrix; roricolas. — 5, 3 dudum nostra deperit. — 5, 4 somno. — 6, 4 dissipate. — 7, 2 Michaelis et Gabrielis. — 9, 1 tonitrum. — 10, 4 Iniquitate. — 13, 4 sq. Trinus qui regnat Deus et unus in aeternum et ultra per cuncta sit saecula.

107. (9.) **Versus de Paenitentia.**

1. **A**d caeli clara non sum dignus sidera  
Levare meos infelices oculos,  
Gravi depressus peccatorum pondere;  
Parce, redemptor!
2. **B**onum neglexi facere, quod debui,  
Probrosa gessi sine fine crimina,  
Scelus patravi nullo clausum termino,  
Subveni, Christe!
3. **C**unctae, quae salso maris sunt in littore,  
Arenae, mixtae purpuratis conchulis,  
Non meis possunt coaequari vitiis,  
Fateor, malis.
4. **D**oleo multis peccatorum iaculis  
Confossus arcu, quo Venus libidinis  
Intorsit lita spicula mortiferi  
Fellis abunda.
5. **E**ffudit daemon de pharetra flammeas  
Sagittas, meum super vulnus vulnera  
Infixit statim cupido turpissima  
Fronte rugosa.
6. **F**actus sum vilis cuncta super vilia,  
Venit latenter gladius superbiae,  
Cordi infixit mucronem sub medio  
Manu cruenta.
7. **G**enus serpentis adfuit invidia,  
Veneni portans pocula pestiferi  
Dedit in siti, mortis auctor exstitit  
Sordida lues.
8. **H**orrida vultu faculam discordia  
Igne succensam deferens sulphureo  
Medio meo posuit sub pectore,  
Coxit amare.
9. **I**nter has quoque pennas gerens plumeas  
Inanis cursim transvolavit gloria,  
Quae me ventosa nitebatur subito  
Fraude perire.
10. **K**anendo venit fistula ingluvies,  
Bona praesentis irrogabat temporis,  
Extendit ventrem, temulentum reddidit,  
Miscuit risus.



11. **L**ugere modo me permittite, Domine,  
Mala, quae gessi, reus ab infantia,  
Lacrimas mihi tua dona gratia  
Cordis ab imo.
12. **M**eis, ut puto, vitiis tartarea  
Tormenta multis non valent sufficere,  
Nisi succurrat, Christe, tua pietas  
Misero mihi.
13. **N**ullum peccatum super terrae faciem  
Potest aut scelus inveniri quodpiam,  
A quorum non sim inquinatus faecibus  
Infelix ego.
14. **O**rtus, occasus, aquilo, septentrion.  
Caelum terraque, mare, fontes, flumina,  
Montes et colles, campi, mixta rosulis  
Lilia, flete.
15. **P**langite mecum, astra rutilantia,  
Mecum mugite, bestiae silvicolae,  
Dicite: Tu es miser, qui sub impio  
Crimine gemis.
16. **Q**uis me de manu Coeity flammivomi  
Erui potest, nisi patris unica  
Proles, quae mundum pretioso sanguine  
Iure redemit?
17. **R**edemptor mundi, unica spes omnium,  
Aequalis patri sanctoque spiritui,  
Trinus et unus Deus invisibilis,  
Mihî succurre.
18. **S**i me subtili pensas sub libramine,  
Spes in me nulla remanet fiduciae,  
Sed, rogo, tua me salva potentia,  
Filius Dei.
19. **T**olle peccatum, dilue facinora  
Ablue sordes donoque charismatum,  
Instaura meum clementer pectusculum  
Munere tuo.
20. **V**eniam peto non meis de meritis  
Fisus, sed tua certus de clementia,  
Qui bona reis pietate solita  
Gratis impendis.

21. **Xriste, te semper recta fide labiis**  
**Confessus, corde credidi orthodoxo,**  
**Haereticorum dogma nefas respu**  
**Pectore puro.**
22. **Ymnum fideli modulando gutture.**  
**Arrium sperno, latrantem Sabellium,**  
**Adsensi nunquam grunnienti Simoni**  
**Fauce susurra.**
23. **Zelum pro Christi sum zelatus nomine,**  
**Me sancta mater lacte nam catholico**  
**Tempus per omne nutritiv ecclesia**  
**Ubere sacro.**
24. **Gloria sanctae trinitatis uniceae**  
**Sit Deo patri, genito, paraclito,**  
**Laus mea sonet in ore per saecula**  
**Domino semper.**

Collect. ms. Hibernicum saec. 9 in. Cod. Carolsruhan. Augien. CXCIV. A. — Collect. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1154. B. — Collect. ms. Laudunense(?) saec. 10. Cod. Bernen. 455. C. — Mart. et Collectar. ms. Frisingense saec. 10. Clm. Monacen. 27305. D. — Glossar. ms. Ansileubi saec. 10/11. Cod. Claromontan. 240 (189). E. — Opp. ms. S. Hilarii Pictaven. saec. 12. Cod. Bernen. 100. F.

1, 3 depressos F. — 2, 2 eremina A; erimine C. — 2, 3 nullum C; clauso DE; clausu B. — 3, 1 Cuncta E; mari CEF; salsi D. — 3, 2 conchiliis F. — 3, 3 coaequare B; quoaquare E. — 4, 2 Confosso sarca D; Confusus arcu C; Confusus rui A; quae Venus ABE; quem Venus C; qua venenum D. — 4, 3 lieta E; lata CD; mortifera BEF. — 4, 4 abunde E. — 6, 1 Effudit demum ABCDF. — 5, 2 vulnere ABCEF. — 5, 3 Infixit ABCF; Cordis infixit muerone sub medio E. — 5, 4 Manu cruenta E. — 6, 1 Factis A; cineta super A; super ilia ABCEF. — 6, 2 gladium ABCE; gladio F; superbia ABDF. — 6, 3 Cordi D; sub fehlt F; Infixit statim cupido turpissima E. — 6, 4 Fronte rugosa E. — 7, 2 pestifera BEF. — 7, 3 in sitem ABCE; mortus B. — 7, 4 sordita C. — 8, 1 Horrido F; facula BCDE. — 8, 2 succensa CDE; succenso F. — 8, 3 mei D. — 9, 1 plumbeas BCE. — 9, 2 Inanes C; Inanem BF; cursi B; eursim ACD; transvolavi C; gloriam B. — 9, 3 ventosam B. — 9, 4 Fraude deceptit E; Perdere fraude F. — 10, 1 festula C; ingluvia F. — 10, 2 irrogavit A. — 10, 3 ventre C. — 11, 1 me modo F. — 11, 3 Latentia tuae mihi dona gratiae D. — 11, 4 ab immo F. — 12, 1 Mens utut puto D; vitis C. — 12, 2 Tormenta non valent sufficere multis F. — 13, 2 invenire B; inveniri copia DEF. — 14, 1 septentrio ABEF. — 14, 2 terramque BC. — 14, 3 Montes fehlt A; rosul B; quoque rosulis A; rosula F; rosulo E; rosolis C. — 15, 1 rutulantia A. — 15, 2 Mecum mugete D; Mugite mecum C; silviculae AC. — 15, 3 Cremine C; geris F. — 16, 1 Conciti E; Quoquidi C. — 16, 2 Eruere DF; lies: Trahere potest? — 16, 3 Prolis BC; pretiosi sanguinis D. — 17, 1 hunica B. — 17, 2 Alius patris C. — 18, 1 penses sub libramina E. — 18, 3 Sed rogatiua A; salva CD; elementia EF. — 19, 1 delue A. — 19, 2 donaque AC; charismata A. — 19, 3 elementer fehlt D. — 20, 1 non de meis BEF. — 20, 2 Ficus de tua certus sum C. — 20, 3 bona regis pietate solida C. — 21, 2 Confessum B; ore confesso F; credidit orthodoxa E. — 21, 4 Pectore toto E. — 22, 1 gutture A. — 22, 2 Harrium B; latrante C;

et latrantem F. — 22, 3 grunnientem D; grunienti C; Simoni fehlt E. — 22, 4 fehlt E; Aure susurra BF. — 23, 1 Zeloque Christi BEF; zelatus sum D; sum zelatus nomine fehlt E. — 23, 2 Nam sancta mater A; Me mater sancta E; Me scamni lacte C; lacte iam F; lacte namque C; lacte me catholico A; catholico fehlt E. — 23, 3 omnem BE; ecclesiae B. — 23, 4 Hubere B. — 24, 1 trinitati AD. — 24, 3 meum C; meo A; in ore fehlt C; sonnet omnia per E; in omue per BF; saeculum AC. — 24, 4 Domini AD; Dominum F.

„De lamentatione cuiusdam“ A; „Versus confessionis de luctu paenitentiae“ B; „Versus de paenitentia“ C; „Versus sancti Hilarii episcopi, almi confessoris, quos composuit in novissimis diebus suis flendo atque fideliter paenitendo peccata sua“ F. — Aus A bei Mone I, 387 ff. (Irrig ist die Angabe Mone's, dafs A 1, 1 Ad caeli culmen non sum dignus lese); aus B und E bei Du Méril II, 297 ff. Ein schlechter Abdruck bei Pitra, Analecta Sacra V, 138 ff., wiederholt in Zeitschrift für kath. Theol. XIII, 737 ff. — Madrisius kannte von diesem Hymnus nur die zwei ersten und die beiden letzten Strophen und hielt das Gedicht für verloren; die Bruchstücke genügten ihm, um Paulin als den Verfasser zu vermuten: „Inter Opera s. Hilarii Pictaviensis episcopi (edit. Paris. 1693 col. 1214) inseritur rhytmus quidam, qui, ut verum fatear, sapit stylum phrasemque Paulini. (Migne l. c. 501). Vgl. u. a. Str. 14 mit Nr. (4), Str. 2. — A hatte Dr. A. Holder die Güte für mich nochmals zu vergleichen.

---

## Alcuinus Flaccus.

Abbas S. Martini Turonensis,

† 804.

Alkuin, auch Albinus genannt, war ein Sohn Northumbriens und das Kind edler Angehn, Willibrords Verwandter. Seine Geburt dürfte in die Mitte der dreißiger Jahre des 8. Jahrhunderts fallen. Die Domschule von York ward die geistige Amme des Knaben und Jünglings, von der später der Mann sang:

Illic invenies veterum vestigia patrum.  
Quidquid habet pro se Latio Romanus in orbe,  
Graecia vel quidquid transmisit clara Latinis.

Noch in jungen Jahren war es ihm vergönnt, mit Erzbischof Egbert (732—766) Rom zu besuchen und später in Begleitung oder im Auftrage seines Lehrers Aelbert Reisen im Frankenreiche zu machen, die ihn u. a. nach Murbach und Echternach führten und mit verschiedenen kirchlichen Würdenträgern bekannt werden ließen. Als nach Egberts Tode Aelbert den Stuhl von York bestieg (767), folgte Alkuin diesem in Leitung der Schule und nach dessen Abdankung (778) auch in der der Bibliothek. Nach Aelberts Tode (780) reiste er abermals nach Rom, für dessen Nachfolger Eanbald das Pallium zu holen. Auf dieser Reise traf er (781) in Parma mit Karl d. G. zusammen, folgte (782) mit mehreren seiner Schüler dem Rufe des Königs an seinen Hof, wo er als einer der angesehensten Glieder in den Gelehrtenkreis trat, mit dem sich Karl umgeben hatte und in dem er den Namen Flaccus führte. Bis zum Jahre 789 scheint Alkuin ununterbrochen im Frankenreiche geblieben zu sein. Ausgestattet mit den Abteien Ferrières und Saint-Loup de Troyes, blieb er bei Hofe, mit der Leitung der Palastschule betraut. Im Auftrage des Königs 789 oder 790 in die Heimat zurückgekehrt, betrat er 793 von neuem die fränkische Erde, in beständigem Verkehr mit dem Herrscher und von diesem mehr noch denn früher zu Staatsgeschäften herangezogen. Im Jahre 796 zum Abte von Saint-Martin in Tours ernannt, sollte und suchte er die dortige Schule zu heben und zu einer Zentrale geistigen Lebens und Strebens zu gestalten. Von 804 an zog er sich ganz auf Tours zurück und starb daselbst den 19. Mai desselben Jahres.

Unter den zahlreichen Poesien Alkuins finden sich nur wenige, welche der Hymnendichtung zuzuzählen sind. Dieselben sind im folgenden nach der Ausgabe Dümmers (*Poetae Aevi Carolini* I, 160—351) wiedergegeben; bei einigen konnte ein Teil der Quellen neu verglichen werden. Auch Dümmler bleibt mit einer Anzahl von Gedichten auf die Ausgaben von Andreas Quercetanus, Paris 1617, und Frobenius, Regensburg 1777, angewiesen. Einen Hymnus Alkuins auf den hl. Richarius, von dem Mabillon *Acta* 88. IV I, 117 eine Strophe auführt:

Tu struxisti coenobium  
 In loco prope Argubium  
 Et aliud in Centula,  
 Ambo perenni merito,

hat Dümmler vergeblich gesucht (Poetae aevi Carolini I, 164); er ist leider auch mir nicht zu Gesicht gekommen. Die Sequenz Summi regis archangele Michael, die Mone I, 452 nach einer Trierer Hs., Nr. 120 (1285), dem Alkuin zuschrieb, ist nicht von diesem verfasst, obschon die Handschrift ihn als Autor bezeichnet. Denn diese Annahme widerspricht anderweitig festgestellten Tatsachen. Die Sequenz ist von einer Hand saec. 11. geschrieben. Der Vers „Has tibi symphonias pletrat sophus, induperator“, sind von anderer Hand am Rande beigefügt. Vgl. Dümmler l. c. 169 und 348 sq.

Auctores antiq. XIV p. XV schreibt Vollmer Alkuin ein längeres Lied zu mit dem Anfänge Nunc tibi, Christe, carmina laeta, das sich in Cod. Bamberg. B II 10 befindet. Er tut es, weil in einer vorhergehenden Kapitelangabe sich die Worte befinden: „Albinus credulus“, welche er der Reihe nach auf das in Rede stehende Gedicht beziehen zu müssen glaubt. Ich nehme dasselbe unter Alkuins Lieder nicht auf, hauptsächlich weil ich nicht wage, ihm ein so verwahrlostes Gedicht beizulegen, in dem Adonii vorkommen wie: Praesēpe parvus — Ut redimēret — Iordānis amnis. — Tamquā̄m (oder Namque) moriri; sodann weil sich die im Inhaltsverzeichnis befindlichen Worte „Albinus credulus“ doch nicht mit Sicherheit auf dies Gedicht beziehen müssen. Teile desselben sind schon gedruckt worden Anal. II, 80 und XI, 14; das Ganze XIX, 10 u. f.

108. (1.) Hymnus ad Deum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Te homo laudet,<br/>         Alme creator,<br/>         Pectore, mente<br/>         Pacis amore,<br/>         Non modo parva<br/>         Pars quia mundi est,</p> | <p>2. Sed tibi, sancte,<br/>         Solus imago<br/>         Magna, creator,<br/>         Mentis in arce<br/>         Pectore puro<br/>         Dum pie vivit.</p> |
|--|---|

3. O Deus et lux.  
 Laus tua semper  
 Pectora et ora  
 Compleat. ut te  
 Semper amemus,  
 Sanctus, ubique.

Collect. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14510. A. — Collect. ms. Emmeramense saec. 9. Clm. Monacen. 14614. B. — Collect. ms. Salisburgense saec. 9. Clm. Monacen. 15813. C. — Opera ms. Alcuini saec. 11. Clm. Monacen. (d. Tegurin.) 18372. D. — Opera ms. Alcuini saec. 9. Cod. Sangallen. 272. E. — Collect. ms. incertae orig. saec. 8. Cod. Montis Pessulan. 141. F. — Auch in Cod. Casanat. B IV 18.

1, 5 modo prava A. — 1, 6 Parsque mundi que über Rasur A. — 2, 1 sanctae B. — 2, 6 piae A; vivet F. — 3, 6 Spiritus ubique B.

Dies Gedicht ist aus Alkuins an Emma gerichteter Abhandlung über die

Seele genommen. Auf die drei im vorstehenden mitgetheilten, an Gott gerichteten Strophen folgen noch drei weitere, in welchen Emma aufgefordert wird, diesen Hymnus zu singen:

- |   |   |
|---|---|
| <p>4. Haec pia verba,<br/>Virgo fidelis,<br/>Ore caneto,<br/>Ut tua mitis<br/>Tempora Christus<br/>Tota gubernet.</p>       | <p>5. Te cui castam<br/>Corpore, mente<br/>Dirige templum,<br/>Dulcis amica,<br/>Et sine semper<br/>Fine valet.</p> |
| <p>6. Qui tibi solus<br/>Sit, rogo, semper<br/>Lux, amor atque<br/>Forma salutis,<br/>Vita perennis,<br/>Gloria perpes.</p> |   |

4, 4 mittis A. — 4, 6 gubernat E. — Bei Dümmler l. c. I. 303 ist diese Ordnung der Strophe irrthümlicherweise verändert; es folgen sich 1. 2. 5. 3. 4. 6. Diese Anordnung hat in der Tat B: ACD haben dagegen die obige, vom Sinne geforderte Anordnung. Wie sich EF verhalten, kann ich nicht sagen, da ich bei Dümmler keinerlei Angabe über die abweichende Strophenfolge finde.

### 109. (2.) Hymnus sancti Vedasti.

1. Christe, salvator hominis ab ore  
Hostis antiqui superantis Adam,  
Nostra clementer, Domine, precamur  
Suscipe vota.
2. Multa fecisti meritis tuorum,  
Dona Vedasto propria dedisti.  
Nos, tui servi, tua larga, Christe,  
Corde rogamus.
3. Terra Francorum tenebras habebat.  
Horridas dempsit radio salutis,  
Viscera nostra pietate patris,  
Christe, refulge.
4. Vultibus caecis pietate motus  
Lumina clara dedit ipse sanctus,  
Lucida fecit tenebrosa corda  
Ignifer ille.
5. Debiles turbas solita salute  
Reddidit sanas populo vidente,  
Multa praeclara Domino favente  
Fortiter egit.

6. Mortifer ursus timidus recessit,  
Voce Vedasti prohibentis ultra  
Terminum scriptum penetrare dirum  
Omne per aevum.
7. Pectore puro pia verba vera  
Auribus fudit populi fidelis,  
Auxerat inde numerum piorum  
Sedibus altis.
8. Obvia venit radians columna  
Splendida caeli comitata plebe  
Spiritus purum Domino vocante  
Fine beato.
9. Zabulo victo fide cum labore  
Belliger miles penetravit astra,  
Praemia digna retinet honore  
Regis in aula.
10. Gloria laudis resonet in ore  
Omnium patris genitaeque prolis,  
Spiritus sancti pariter resultet  
Laude perenni.

Lib. miracul. et Offic. S. Vedasti saec. 11. Cod. Atrebaten. 686. A. — Pass. ms. incert. orig. saec. 10. Cod. Vindobonen. 550. B. — Martyrol. ms. Modoiense (?) saec. 9. ex. Cod. Capit. Veronen. 90 (85). C. —

1, 2 Ostis sanguis superantis C. — 2, 2 Vedasti C. — 2, 3 tue larga C. — 3, 1 habebant C. — 3, 2 Orridans densis radio C; radios B. — 3, 3 pietatem C. — Str. 4—10 fehlen C. — 7, 3 Auserant B. — 9, 1 Zibulo B. — Dümmler l. c. p. 313.

### 110. (3.) Hymnus Vespertinus.

1. Luminis fons, lux et origo lucis,  
Tu pius nostris precibus faveto,  
Luxque peccati tenebris fugatis  
Nos petat alma.
2. Sancta vis cuius hominem creavit,  
Iusque damnavit, pietas redemit,  
Sis ut in cunctis pius atque iustus  
Omnipotensque.
3. Excitat cur nos fidei potestas,  
Erigit spei decus in futura,  
Caritas iungit habitura finem  
Tempore nullo.

4. Et pius vitae moderator huius  
Et labor tempus habeat quiesque,  
Dumque succedunt sibimet vicissim,  
Nos vegetemur.
5. Ecce, transactus labor est diei,  
Nosque te tuti sumus adnuente,  
En, tibi grates agimus perennes  
Tempus in omne.
6. Solis abscessus tenebras reduxit;  
Ille sol nos irradiet coruscus,  
Luce qui fulva fovet angelorum  
Agmina sancta.
7. Caelitus lumen rutilum refunde,  
Et fuga mentis tepidae tenebras,  
Simus accensi ut face spiritalis  
Vascula lucis.
8. Quas dies culpas hodierna texit,  
Christus deleto pius atque mitis,  
Pectus et puro rutillet nitore  
Tempore noctis.
9. Sit procul luxus, procul omnis horror  
Atque phantasma speciesque pulchra,  
Mens sed insomnis valeat supernos  
Cernere cives.
10. Te Deum semper vigilans requirat,  
Cogitet cunctis resoluta curis  
Actibus cunctis queat ut placere,  
Rex, tibi summe.
11. Muniat frontem loca sive cordis  
Sermo divinus crucis et tropaeum,  
Daemonum vafros abigat maeandros  
Sive rapiuas.
12. Membra, quae casto dabimus cubili,  
Prompta consurgant opus ad diurnum,  
Quae suum mundum velit esse templum  
Spiritus almus.
13. Quod pius totum habitet per aevum,  
Hunc nec offendat vitium luesque.  
Sed vocet vitae probitas, fiatque  
Mansio grata.



14. Sit via prudens, via fortis, arta,  
Iusta seu sollers bene temperata,  
Huius ut cursus peragamus aevi  
Tramite recto.
15. Sex dies iustos operemur actus,  
Septimo captent animi quietem,  
158. (27.) **Hymnus Paenitentis.**

(Dubius.)

- |   |  |
|---|--|
| 1. Deus, orbis reparator,<br>lux aeternae gloriae,<br>Mihi, quaero, paenitenti<br>praebe pius veniam, | 4. Nisi tu clemens mearum<br>lacrimarum rivulos<br>Ope tuae pietatis<br>digneris respicere.  |
| 2. Ut admissi delitescant<br>facinoris cumuli,<br>Quorum gravi mole cogor<br>anxiari spiritu.         | 5. Ut ablata vitiorum<br>sorde puro pectore<br>Tibi regi sempiterno<br>grates queam solvere. |
| 3. En, ad rutila polorum<br>non sum dignus sidera<br>Infelices pro delictis<br>sublevare oculos,      | 6. Ergo pius obstinati<br>duritiam corculi<br>Et mollesce et maerore<br>sere medicaminis,    |
7. Qui cum patre sempiterna  
regni tenes solium  
In unitate perenni  
atque sancto spiritu.

Martyrol. ms. Modoiense(?) saec. 9. ex. Cod. Capit. Veronen. 90 (85).  
A. — Browerus p. 83. B. — 2, 1 commissa delitescat A. — 2, 2 cumulus  
A. — 2, 3 male A. — 2, 4 anxiaris A. — 3, 1 ad ultima polorum B —  
4, 3 Opem A. — Str. 5 ff. fehlen B. — 5, 1 oblata A. — 5. 4 gratasque  
ex absolvere A. — 6, 1 obstinate A. — 6, 2 torculis A. — 6, 4 medicamine  
A. — 7, 2 tene A. — Zu Str. 3 vgl. den Hymnus *Ad caeli clara non sum  
dignus sidera*, w. o. S. 148.

## Florus,

Diaconus Lugdunensis,  
saec. 9. med.

Florus, dem Klerus des Lyoner Sprengels angehörig, später Magister der Domschule, dann (Erz-)Diakon der Domkirche, über dessen Lebensschicksale uns nichts Näheres bekannt ist, war ein von den Zeitgenossen geschätzter und gefeierter theologischer Schriftsteller und Dichter. Walahfrid Strabo und Wandalbert von Prüm, jener in seinem Gedichte an Agobard von Lyon (*Poetae Aevi Carolini* II, 357), dieser in der Einleitungsepistel seines *Martyrologium*s an Otricus (*Ibid.* II, 569), rühmen sein Wissen und bewundern seine Böherei. Über Florus' anderweitige Schriften vgl. Ebert, *Allg. Gesch. d. L. des MA.* II, 268 ff. Unter seinen Gedichten befinden sich zwei, die der Dichter selbst als Hymnen bezeichnet (1 und 2), drei metrische Psalmenparaphrasen (3, 4 und 5) und eine ebensolche Umschreibung des sog. *Canticum trium puerorum*; dieselben sind im folgenden in der Dümmlerschen Fassung (*Poetae Aevi Carolini* II, 507 sqq.) wiedergegeben.

Nach dem Vorgange Dümmlers belasse ich bei den Hymnen des Florus auch ein *Carmen de cereo paschali*, das einen sonst völlig unbekanntem Dichter Drepanius zum Verfasser hat. Da es in einer Handschrift sich findet, in der auch Gedichte des Florus gesammelt sind, hat es den ersten Herausgeber der letzteren, G. Morel, verleitet, in seiner 1560 zu Paris erschienenen Ausgabe den Dichter Drepanius mit unserem Florus zu identifizieren und diesem den Namen Drepanius Florus beizulegen. Wahrscheinlich war, wie aus dem Inhalte seines *Carmen* abzuleiten ist, dieser Drepanius wie Florus (Erz-)Diakon einer Kirche, vielleicht auch der Lyoner, da der Diakon nicht nur die *Laus Cerei* in der Liturgie des Charsamstages zu singen hatte, sondern sie altem Brauche zufolge auch nicht selten verfasste.

### 159. (1.) *Hymnus in sollemnitate sancti archangeli Michaelis.*

Clarent angelici sublimia festa diei  
Allatura piae dona beata animae.  
Hunc etenim Michael, aulae caelestis alumnus,  
Conspicuo nobis consecrat ore diem,  
5 Dignatus Petri Paulique invisere sedem  
Imperiumque fovens, inclita Roma, tuum.  
Qui proceres inter primaeva luce coruscus  
Egregio vultu splenduit orbe novo.  
Cum Deus expulsis lucem depromeret umbris  
19 Conderet et stabilem nocte ruente diem.

- Hic vati eximio placidi Iordanis ad undam  
Se castris Domini prodidit esse ducem.  
Cum sacro in campo stricto consisteret ense  
Subrueretque piis impia saepta tubis,  
15 Deiciens septem victrici fulmine gentes  
Sacratisque Deo mystica regna ferens.  
Hunc Gabriel solum auxilium sibi ferre fatetur  
Ad pia caelestis castra tuenda Dei,  
Admissas referens Danielis in atria caeli,  
20 Quas sancto impastus fuderat ore, preces.  
Hunc oculis mentis inter myrteta beatus  
Zacharias roseo sidere vidit equo,  
Tendentem niveas templa ad caelestia palmas  
Proque Dei affectu plebe rogare pio.  
25 Quattuor ex gemino ruerent cum monte quadrigae  
Disparibus raptae praecipitanter equis,  
Dum rufi atque nigri, nivei variique iugales  
Perlustrant cuncti iugera vasta soli,  
Atque Dei summo referunt exacta ministro  
30 Principis et pendent ad pia iussa sui,  
Hierusalem Dominus larga pietate reviset  
Atque illa aeterno iam fiet aula Deo,  
Quam tantus numerus hominumque gregumque replebit.  
Nullius ut muri cingier orbe queat,  
35 Sed Deus hanc ignis iugi munimine cinget,  
Consumens hostes lumen et intus agens.  
Hic sub fine etiam, cum serpens ille vetustus  
Intulerit Christo proelia cassa Deo,  
Caelestem cupiens telis excindere sedem  
40 Et populum sacrum carpere dente fero,  
Consurget toto caelestis turbine pugnae  
Flammarumque globis castra nefanda premet.  
Tum populus Christi perfecta pace fruetur,  
Semper et angelico concinet ore melos.  
45 Hunc igitur tantum, rex optime, Christe, patronum  
Respice et ipsius nos prece purifica.

Cod. Parisin. 2832. saec. 9. A. — Cod. Parisin. 7558 saec. 9. B. — 7  
pia mea luce B. — 10 nocte ruerentem — 23 planmas B. — 25 ruerent B.  
— 33 Hierusalem B. — 35 repleam B. — 36 cingier orbeaqueat B. — 43  
pagne. — Dümmler II, 504 u. f.

160. (2.) **Hymnus in Natale sanctorum Iohannis et Pauli.**

Iohannis Paulique diem sol attulit orbi,  
Qui rubra martyrii sarta cruore gerunt.  
Unicus hos sanguis germano foedere iunxit.  
Unica mors fratres morsque fidesque parit.

- 5 Olim Romulei servantes moenia regni  
Barbaricos strarant saepe mucrone globos.  
Nunc ovium Christi purissima saepta tuentes  
Daemonicas arcent vi precibusque minas.  
Hos morti addixit sacra pro lege tyrannus.
- 10 Contemptor Christi, Iulianus rabidus.  
Unius ille Dei cultum prius ore ferebat,  
Donec ad culmen scanderet imperii.  
Ast ubi convaluit misero terrena potestas,  
Idolum vero praetulit ille Deo.
- 15 Tum famulos Christi lanians et sanguine pastus  
Innocuo horrendis saevit ubique modis.  
Verum ubi caelesti prospexit Christus ab arce  
Auditque pii sanguinis ille preces,  
Confestim misero cladem exitiabilis horae
- 20 Destinat, hostili hostis ut ense ruat.  
Vastata ecclesia Persas in bella vocarat  
Ac multis saeptus milibus ibat atrox,  
Cum subito arentes deserti ruris in agros  
Devenit et cuneos perdit ubique suos,
- 25 Qua neque victus erat nec fons nec fluminis unda.  
Caumate sed nimio tota iacebat humus.  
Dumque fremens montes, valles camposque peragrat,  
Sicubi vel modico stilla liquore fluat,  
Incidit adversas condiguo errore phalanges
- 30 Perfossusque atra cuspide pectus obit.  
Sed rabidus semper et in ipsa morte rebellis  
Infremit et summum hac voce lacessit herum:  
Ebibe nunc nostrum, quem quaeris, Christe, cruorem  
Atque avidus leto iam satiare meo.
- 35 Ille quidem tales iusto sub iudice poenas  
Exsolvit, post haec Tartara caeca petens.  
At Domini testes sacrato sanguine loti  
Vertice laurigero sidera celsa petunt,  
Quos toga pacifico vestit praefulgida cultu
- 40 Regalique ambit purpura clara peplo.  
Hos ceu fructiferas florens paradisi olivas  
Irriguo vitae iugiter amne rigat.  
Hi sunt aeterno candelabra fulgida templo  
Progenies lucis et pietatis honos,
- 45 Sidereo regi sublimi semper in aula  
Astantes, populis qui pia vota ferunt.  
Quorum propitius precibus nos respice, Christe,  
Et purga, obscaenum quidquid inesse vides.



**161. (3.) Epigramma Psalmi vicesimi secundi.**

- Me pater omnipotens clementi iure gubernat,  
Non mihi dira fames, non ulla nocebit egestas.  
Assunt graminei colles et pascua laeta,  
Assunt et liquidi fontes et flumina larga.
- 5 His ego nutritus, his semper abunde refectus,  
Iustitiae rectos contendam carpere calles,  
Quos mihi dux mentis secreto lumine pandit.  
Ipsius ut nomen celebretur laude perenni.  
Illum ego corde sequens leti mortisque tenebras
- 10 Intrepido calcabo pede, mala nulla timebo.  
Meme quippe tuae, pie rex, correptio virgae  
Me baculus, pater alme, tuus firmatque regitque.  
Tu mihi delicias, tu mensam epulasque parasti.  
Quis satur invictas adipiscar pectore vires
- 15 Adversasque acies pulchro certamine vincam,  
Ut mihi post validos pugnae victricis agones  
Laetitiae largo caput aspergatur olivo  
Lucifluusque calix pleno me proluat haustu  
Servatusque tua cunctis pietate diebus
- 20 Sidereum Christi merear conscendere templum.  
Sub quo perpetuis vivam feliciter annis.

Cod. Parisin. 7558. saec. 9. — 2 Non me. — 6 colles. — 9 laeti. — 17 capud. — 19 cinctis. — Dümmler II. 535.

**162. (4.) Epigramma Psalmi vicesimi sexti.**

- Lux mihi pura Deus, Deus est mihi vivida virtus.  
Nec tenebras igitur nec mortis iura verebor.  
Hoc tutore mea et munitur denique vita.  
Ne me dira loco possit formido movere.
- 5 Sed spernam cunctos robustis viribus hostes.  
Qui properant nostras malis absumere carnes.  
Ecce, meum tanto pulsant qui turbine pectus.  
Robore contrito tristi periere ruina.  
Sive ergo castris sedeant seu proelia temptent.
- 10 Ponam corde metum, spem tota mente resumam.  
Unum est, quod caeli dominum terraeque poposci  
Quodque ardens nimio voti fervore requiram,  
Ut maneam cunctis Christi sub moenibus annis.  
Ipsius ex sancto succensus semper amore
- 15 Saepius aeterni visam sacra limina templi.  
Hic me namque, feris cum cingerer undique bellis.

- Sub proprio abscondit thalamo velisque sacratis  
Obtectum grata nimium confovit in umbra.  
Hic me praevalida saxi sublimis in arce  
20 Constituit saevosque super pius extulit hostes,  
Quo subiecta meus tenet certamina vertex.  
Ibo igitur sacri veneranda per atria templi  
Ac munus laudum Christi devotus ad aram  
Persolvam gaudensque melos et carmina dicam.  
25 O Deus, aetherei censor mitissime regni,  
Pande salutiferas maestis clamoribus aures,  
Quosque gemens fundo, miseratus respice fletus.  
Te mea vult facies, te mens, te corda precantur,  
Conspectum faciemque tuam, pater alme, requiro,  
30 Neve pios oculos sanctum neu subtrahere vultum  
Neu famulam, Dominus, bello incumbente relinque.  
Esto mihi clemens potius fidusque patronus  
Nec me contemptum truculentis desere monstris.  
Meme quippe feri quondam liquere parentes,  
35 At bonus hic Dominus dulci pietate refovit.  
Pande mihi rectum perplexa per avia callem  
Legis et eximiam tribue fulgere lucernam,  
Ne ferro accinctos incurram nescius hostes,  
Sed duce te gradiar inimica per agmina tutus.  
40 Nam me falsiloqui cinxerunt undique testes;  
Nil tamen insontem mendacia vana nocebunt,  
Sed mendax proprium portabit lingua reatum.  
Ast ego confido, Domini quod gaudia larga  
Vitali in patria laetus sine fine videbo.  
45 Exspecta Dominum constanti corde benignum.  
Semper et adversis conflige viriliter armis,  
Nam bona perpetui patiens feret inclita regni.

Cod. Parisin. 7558. saec. 9. — 3 et fehlt. — 5 hostis. — 13 anni. —  
22 sacra. — 27 fleti. — 31 bello fehlt. — 38 acinctos. — 39 tutis. — 43  
Aest. — Dümmler II, 535 ff.

163. (5.) Epigramma Psalmi vicesimi septimi.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Ad te, polorum conditor,<br>Clamore supplex intimo<br>Votum precemque dirigo:<br>Aurem benignus commoda. | 3. Audi precantis anxia,<br>Pater supreme, murmura,<br>Dum templa caeli ad ardua<br>Elata tollo brachia.     |
| 2. Nam si tuis oraculis<br>Indigna gesto pectora.<br>His exsto iam simillimus,<br>Imo vorantur qui lacu.    | 4. Ne me scelestis, obsecro,<br>Et criminosis coctibus<br>Mixtum trahas ad infima<br>Poenae voracis Tartara, |

- |   |   |
|---|---|
| <p>5. Qui lingua et ore subdolo<br/>Pacem loquuntur proximo,<br/>Dirum sed altis contegunt<br/>Bellum feri praecordiis.</p> <p>6. His ergo, iudex optime,<br/>Parem repende gratiam,<br/>Tormenta versutis vafra<br/>Infer malignis callida.</p> <p>7. Manus iniquis actibus<br/>Vitamque fraudi deditam<br/>Condigna plectat ultio,<br/>Fraus fraude victa concidat.</p> <p>8. Domus dolosis inlita<br/>Fucis perenne corruat,<br/>Quae facta mens nescit Dei,<br/>Densis tenebris horreat.</p> <p>9. Grates polorum principi,<br/>Qui vota servi supplicis<br/>Vocemque clemens flebilem<br/>Tanto beavit munere!</p> | <p>10. Hic dimicantem protegit,<br/>Iuvat, tuetur, erigit,<br/>Huius favente numine<br/>Claros triumphos consequor</p> <p>11. Tunc dura post discrimina<br/>Caro dolore libera<br/>Florebit et decus novum<br/>Pulchrae salutis induet.</p> <p>12. Huic ergo prompto spiritu<br/>Mei decoris principi<br/>Laudes sacro debitas<br/>Dulces et hymnos concinam.</p> <p>13. Hic namque virtus inclita<br/>Plebis beatæ praeminet,<br/>Hic ipse Christo proflua<br/>Servat salutis gaudia.</p> <p>14. Salva, creator optime,<br/>Plebem redemptam sanguine<br/>Tuæque dita praemiis<br/>Hereditate gloriae.</p> |
|---|---|

15. Hanc cum potenti dextera  
Semper gubernata et protege,  
Extolle summis hanc bonis  
Aevi perennis saeculis.

Cod. Parisin. 7558. saec. 9. — 6, 2 rependi. — 7, 4 vita. — 14, 4 hereditas.  
— 15, 1 hanc o potenti. — Dümmler II, 537.

**164. (6.) Epigramma Hymni Ananiae, Azariae, Misaelis,  
sanctorum trium puerorum.**

Omne, quod aeternus per verbum condidit auctor,  
Auctoris nomen celebret laudesque resultet  
Exaltetque suum per saecula cuncta parentem.  
Angelicae vestro turmae benedicite regi,  
5 Ingentumque simul resonet vox celsa polorum.  
Hunc modulentur aquae, quas sustinet arduus aether,  
Hunc omnis sancto virtus decantet amore,  
Hunc sol ardenti psallat splendore coruscus,  
Hunc gelido fulgens collaudet lumine luna,  
10 Hunc pariter totus stellarum concinat ignis.  
Te pluvia exundans, te ros lenissimus edat,  
Discordesque aerae concordi voce resultent.

- Artificem proprium pulcherrima flamma loquatur,  
Et rapidus Domini nomen simul aestus anhelet.
- 15 Hoc glacialis hiems, hoc torrida personet aestas,  
Roscida temperies et tempora cana pruinis  
Horrendumque gelu et magni vis frigoris ingens  
Et glacies crustis vertens immanibus undas  
Atque nives denso velantes vellere terras
- 20 Auctori per saecula Deo sua carmina dicant,  
Hunc nox somniferis involvens cuncta tenebris  
Atque dies varios distinguens luce colores  
Mortalesque animos terrentia fulgura laudent  
Et nubes largo ditantes ubere terras.
- 25 Te, sator, immensas tellus fundata per undas,  
Te quoque sublimi gaudentes vertice montes  
Et colles humili spectantes sidera collo  
Aeriaeque sonent iucundo murmure silvae  
Atque omnis celebret fetus telluris opimae.
- 30 Tum fontes gelido moderantes caumata potu  
Et maria horrendo quatientia litora fluctu  
Flumineusque canat lapsus clamore sonoro.  
Te ceti immanes et quidquid reptat in undis  
Et volucrum dulcis laudet concentus in agris.
- 35 Te pecorum mitis grex, inclite, personet et te  
Vis etiam resonet rabidarum torva ferarum.  
Hunc hominum omne genus pollens ratione potenti  
Innumeris recinat linguis, hunc ipsa resultet  
Israelitarum nimium plebs cara tonanti,
- 40 Vosque, sacerdotes, quos nobile germen Aaron  
Edidit, et sacro levitae sanguine creti,  
Quos proprii templi voluit Deus esse ministros,  
Perpetuas supero laudes persolvite regi.  
Spiritus hunc animaeque ciant per saecula piorum
- 45 Et sancti atque humiles pura pietate frequentent.  
Hunc Anania sacer summo sustollat amore,  
Atque Azaria simul reverendo praedicet ore,  
Et Misael pulchro sanctus collaudet amore,  
Qui se de medio fornacis turbine tutos
- 50 Eruit et venti rorantis flamine fovit,  
Cum rapidis cincti canerent haec carmina flammis,  
Vimque suam oblitus sanctos non laederet ignis.  
Res mira et nullis abolenda in saecula saeculis!  
Non caro, non vestis, non verticis ipse capillus
- 55 Ardorem sensit piceum flammaeve vaporem,  
Quin laeti atque alacres ipso poscente tyranno  
Egressi in laudes veri domuere profana  
Ora Dei, quo pallenti mirantia vultu  
Horrore ingenti tremuerunt barbara corda.

- 60 Hunc et nos igitur summum sanctumque parentem  
 Cum nato, immensi statuit qui culmina caeli.  
 Cumque sacro flatu, virtutum auctore potentum,  
 Laudibus assiduis digno exaltemus honore.  
 Te, Domine, aeternus caelorum praedicat axis,  
 65 Te laudat caeli sacrosancto exercitus ore,  
 Glorificatque ingens cunctarum machina rerum,  
 Extollit, metuit, clamat, benedicit, adorat.

Cod. Parisin. 7558. saec. 9. A. — Cod. Parisin. 2832. saec. 9. B. —  
 3 Exsultetque sum per saecula B. — 7 virtutis korrige. in virtus A. — 17 gelum  
 A. — 19 valentes A. — 22 distinguens lucet odores B. — 25 immensa  
 stellus A. — 30 acumata potu A. — 35 porsonet B. — 39 Hisrahelitarum  
 B. — 42 Quas A. — 53 saeculis A. — 56 tyramno A. — 58 spallenti B. —  
 63 assiduus B. — Dümmler II, 538 u. f.

**165. (7.) Incipit Versus Drepani de Cereo Paschali.**

- Alme Deus rerum, caeli custodia, cuius  
 Legibus aeternis vertigine concita iugi  
 Volvitur immensi socialis machina mundi,  
 Te caelum et, quidquid caeli tegit aureus umbo,  
 5 Te chorus astrorum, te sol, te menstrua luna,  
 Te nimbi et nebulae verrentesque aequora venti,  
 Te lucis noctisque vices, te quattuor anni  
 Tempora transcursis in se redeuntia metis.  
 Te terra et, quidquid terras ambitque tegitque,  
 10 Te freta, te curvis errantia flumina ripis,  
 Te properi fontes et iussae stare paludes,  
 Te pronae pecudes sortitaeque alta volucres,  
 Te muti pisces, te virosi serpentes  
 Pro se quisque tremunt; age, rerum maxime rector,  
 15 Sidereas acies oculorum blanda tuentum  
 Ad famulos demitte tuos vultuque serenus  
 Aspice constructam tanta in mysteria plebem,  
 Unum quae trino celebrat sub nomine numen.  
 Non sic Idaeis simulatur Dindyma Gallis,  
 20 Attica nec Graeis nuribus vigilatur Eleusis.  
 Orgia Thebanus vel agit nocturna Cithaeron,  
 Nil habet insanum strepitu, nil ture vaporum,  
 Sanguine nil madidum, nil cursibus immoderatum  
 Nox sacris operanda tuis, tantum prece pura,  
 25 Simplicibus votis, manibusque ad celsa supinis  
 Te colimus natumque tuum, quem cuncta tuentem  
 Et tibi consortem verbo genitore creasti,  
 Ignea quem celsi linquentem moenia caeli  
 Visurumque suas hominis sub imagine terras  
 30 Intacto praegnans utero dedit innuba mater.

- Hunc ut per totam possimus dicere noctem,  
Inferimus claros sanctis altaribus ignes.  
Vestibus innumeris tereti circumflua gyro  
Aequoream cohibet formatrix cera papyrum,  
35 Cera, domus mellis. Iam cetera turba colentum  
Nigrantes tenuat vario splendore tenebras,  
Uberrat stuppas, fervet discordia concors,  
Ut, dum sacra pio peraguntur mystica ritu,  
Aemula sidereis vigilent funalia flammis.  
40 Haec tibi quippe, tui patris indiscreta propago,  
Multa luce micans terra nox splendet in omni,  
Nox claro mage clara die; gens nulla nivali  
Usque adeo subiecta polo est, quam frigore pigrum  
Sidus et aeternae premat inclementia brumae,  
45 Quae te, Christe neget. Rutilum qua flammens orbem  
Sol agit, occidui qua meta secunda diei est  
Et qua prima patet rediturae ianua lucis,  
Tu coleris. Dum finis erit, dum terra manebit,  
Vertetur caelum, vertentur mensibus anni,  
50 Semper honos nomenque tuum laudesque canentur.

Cod. Parisin. 7558. saec. 9. — Nach 50: „Finit Drepanius“. — Dümmler II,  
564 ff.

---

## Godescalcus,

Monachus Orbacensis,

† 869.

Gottschalk, Sohn Berns, eines sächsischen Grafen, und zu Anfang des 9. Jahrhunderts geboren, ward in kindlichen Jahren als Oblat nach Fulda gestiftet und von Raban gegen seinen Willen zum Mönch geschoren. In den Künsten der Schrift und des Gesanges unterrichtet, schloß er mit Walahfrid während dessen Aufenthaltes in Fulda den Bund der Freundschaft und erhielt von diesem den Namen Fulgentius beigelegt. Zum Jünglinge gereift, entfloß Gottschalk vor den höheren Weihen aus dem Kloster und ward von Erzbischof Otgar von Mainz auf einer in seiner Angelegenheit einberufenen Synode zu Mainz (869) seiner Gelübde ledig erklärt, während Raban Berufung an eine, vom Könige zu präsidierende Synode einlegte. Gottschalk begab sich nun nach Corbie, wo er mit Rathramnus Freundschaft schloß, besuchte Bischof Lupus von Châlons und muß in dieser Zeit, wie es heißt, von dem Chorbischofe Richbold, die Weihen erhalten haben. Wahrscheinlich ist auch in diesen Jahren ein erster Aufenthalt Gottschalks in Orbais anzusetzen. Von Francien zog derselbe sodann nach Italien, ward von Eberhard, Markgrafen von Friaul, aufgenommen und verbrachte zwei Jahre auf einer nicht näher bekannten Insel. Durch einen Brief Rabaus, der ihn häretischer Ansichten über die Prädestination zieh, von dem Hofe Eberhards verscheucht (846), durchzog er Dalmatien, Pannonien, Steiermark, überall seine Lehre von der Vorherbestimmung verbreitend, und kehrte auf diesem Wege nach Deutschland zurück, wo inzwischen sein Freund Walahfrid Abt der Reichenau geworden war. Im Oktober des Jahres 848 auf einer Mainzer Synode unter dem Vorsitze Ludwigs des Deutschen und des inzwischen zum Erzbischofe beförderten Raban verurteilt und gestäubt, ward er des Reiches verwiesen und zu Hinkmar von Rheims abgeschoben, der ihn mit einigen Komplizen in das Kloster Orbais sperrte. Von neuem auf dem Konzil zu Carisiacum (Quiersy), 849, unter dem Vorsitze Karls des Kahlen und Hinkmars verurteilt, suspendiert und gestäubt und in dem Kloster von Hautvilliers eingesperrt, gelang es ihm trotz des scharfen Gewahrsams, durch Schriften und Gegenschriften für seine Lehre zu kämpfen, ein Kampf, an dem sich Hinkmar, Raban, Rathramnus u. a. beteiligten, das ganze Frankenreich sich zu interessieren schien. Noch auf seinem Todesbette zum Widerruf vermahnt und, da er sich zu einem solchen nicht verstand, der Tröstungen der Sterbenden beraubt, verschied Gottschalk den 30. November 869 (870). Vgl. Freystedt, Studien zu Gottschalks Leben und Lehre, Zeitschrift f. Kirchengesch. XVIII (1897) 1—22; 161—82; 529—45 und vor allem Traube, Poetae Aevi Carolini III, 707—720.

Von den Dichtungen Gottschalks ist uns nur wenig erhalten. Was daraus in das Bereich der Hymnenliteratur gerechnet werden kann, ist im folgenden teils nach den Quellen, teils nach der Ausgabe von Traube, a. a. O. 724—732 wiedergegeben.

---

166. (1.) *Oratio ad Christum Prima.*

- |   |   |
|---|---|
| 1. Christe, mearum<br>Lux tenebrarum,<br>Memet in atrum<br>Criminis antrum<br>Sive barathrum<br>Respice lapsum.     | 6. Tu Deus unus<br>Cum patre summus,<br>Flamine plenus,<br>Semper amandus,<br>Mente colendus<br>Seu venerandus.     |
| 2. Unde per alium,<br>Te rogo, flatum,<br>Nobile verbum,<br>Qui regis ipsum<br>Cum patre mundum<br>Compar in aevum, | 7. Tu metuendus<br>Rexque tremendus,<br>Tutor habendus<br>Et reverendus<br>Duxque sequendus<br>Atque petendus.      |
| 3. Erue servum<br>Valde misellum.<br>Pelle piaculum,<br>Tolle reatum,<br>Dirige gressum,<br>Redde paratum           | 8. Inclitus omnis<br>Conditor orbis<br>Luxque perennis,<br>Tu pia cunctis<br>Norma ministris,<br>Forma salutis,     |
| 4. Atque clientem<br>Suscipe flentem<br>Teque timentem.<br>Da mihi mentem,<br>Fraude carentem,<br>Prava caventem,   | 9. Dextera fessis,<br>Spes quoque lapsis,<br>Palma regressis,<br>Sedula iustis<br>Gloria servis<br>Et decus almis.  |
| 5. Ima sinentem,<br>Summa petentem<br>Teque colentem<br>Atque scientem,<br>Te venerantem,<br>Quin et amantem.       | 10. Spes mea. Christe.<br>Rex benedictae,<br>Lux pia vitae<br>Duxque perite.<br>Pastor amandae,<br>Quin venerandae, |



11. Respice nunc me,  
Da, sequar ut te;  
Iam miserere  
Iamque medere  
Et tibi fac me  
Iamque placere.

12. Gloria lausque  
Sit tibi. Christe,  
Cum genitore,  
Quin et amore  
Nunc utriusque,  
Quin sine fine.

Collect. ms. incert. orig. saec. 11. Cod. Guelfenbyteran. 1164 (Helmst. 1062.). — 1, 3 atru. — 3, 3 pliadum. — 3, 5 dirigre. — 6, 3 flammine. — 7, 1 Tum intuentus. — 7, 3 Tu cor habendus. — 7, 6 Atque per. — 9, 4 scedula. — 10, 4 rexque perite. — 11, 6 placer. — 12, 5 Nunc iusque. — Überschrift: „Versus Godescalchi“. Einige Verse dieses Liedes auch in Collect. ms. S. Augustini Cantuarien. saec. 11. Cod. Cantabrigien, Gg V 35, nämlich:

1. Christe, mearum  
Lux tenebrarum,  
Memet in altum  
Criminis antrum  
Dirige gressum  
Respice lapsum.

3. Erue servum  
Valde misellum,  
Pelle piaculum,  
Tolle reatum  
Sive paratum  
Aspice lapsum.

4. Atque clientem  
Suscipe flentem  
Teque timentem,  
Da mihi mentem  
Temet amantem  
Omnipotentem.

1, 3 altrum. — 3, 3 piaculum. — Die weiteren Irrungen dieses Exzerptes zeigt der Vergleich mit dem obigen Texte. — Vgl. Traube l. c. 724 sq. und 737.

### 167. (2.) Oratio ad Christum altera.

1. Spes mea, Christe,  
Rex benedicte,  
Lux pia vitae  
Duxque perite,  
Pastor amande  
Seu venerande.

4. Respice flentem,  
Quaeso. clientem,  
Te metuentem  
Atque petentem,  
Te venerantem,  
Quin et amantem.

2. Summe creator  
Et reparator,  
Sis mihi factor  
Semper et auctor,  
Sis animator  
Et recreator.

5. Porridge dextram,  
Erige vernam,  
Exue multam.  
Postulo, culpam,  
Corrige vitam  
Tu male tritam.

3. Tu iugis esto  
Gloria servo,  
Perpes alumno  
Vita misello,  
Semper adesto,  
Rex pie, voto.

6. Tolle ruborem,  
Mitte pudorem.  
Pelle pavorem.  
Funde nitorem.  
Velle rigorem  
Daque vigorem.

- |   |   |
|---|---|
| <p>7. Necte timorem,<br/>Quin et amorem,<br/>Posco, perennem<br/>Per genitorem,<br/>Qui regit omnem<br/>Fortiter orbem.</p> | <p>10. Da meditari<br/>Et modulari,<br/>Ore profari,<br/>Corde operari<br/>Et tibi regi<br/>Da famulari.</p>            |
| <p>8. Semper ubique,<br/>Christe, tuere<br/>Et mihi, celse,<br/>Tu miserere<br/>Daque timere<br/>Atque amare,</p>           | <p>11. Haec ego verbi<br/>Munere summi<br/>Atque corusci<br/>Posco adipisci,<br/>Pressus enormi<br/>Mole piacii.</p>    |
| <p>9. Per tua, sancte,<br/>Scripta meare,<br/>Corde vel ore<br/>Hinc peragraré,<br/>Perpete mente<br/>Hinc recitare.</p>    | <p>12. Christe, clienti<br/>Consule flenti<br/>Et, precor, audi<br/>Vota miselli,<br/>Unice fili<br/>Patris amandi.</p> |
13. Sedula dulci  
Laus genitori  
Et tibi proli  
Flamini et ipsi,  
Perpes et uni  
Laus deitati.

Collect. ms. Martialense saec. 10. Cod. Parisin. 1154. — 7, 3 perennem semper. — 7, 5 regit. — 8, 3 Teque timere. — 9, 1 per via sancte. — 9, 2 et scripta meare. — 9, 5 perpeti. — 10, 3 proferri. — 11, 5 pressum. — 11, 6 More. — 12, 4 Vitam miselli. — Aufschrift: „Incipit carmen“. — Cfr. Anal. XIX. 16; Traube l. c. 725 sq.

### 168. (3.) Oratio ad Christum tertia.

1. Christe, rex regum, dominans in aevum,  
Lumen aeternum patris atque verbum,  
Qui regis cunctum pietate mundum.  
Factor egentum.
2. Flebilem multum miserere servum,  
Mente corruptum recreans alumnum,  
Sis memor dudum tibi recreatum  
Atque redemptum.
3. Fac mihi signum, pie rex, benignum.  
Quin et indignum, rogo, redde dignum,  
Ut canam laudum tibi, Christe, metrum  
Nunc et in aevum.

4. Corrigas ipsam, precor, alme, vitam,  
Fraude devictam vitiisque tritam,  
Ut tibi dignam, Deus, obsequelam  
Iam modo solvam.
  
5. Tende praecelsam, peto, sancte, dextram  
Et fuga foedam variamque lepram,  
Pelle iam noxam, nimium nocivam  
Delue culpam.
  
6. Expia vernam reparando formam,  
Exhibe gratum citius medelam,  
Forte ne tetram ruar in gehennam  
Daemone plenam.
  
7. Nempe tu pridem, Deus, hunc in orbem  
Veneras omnem recreare plebem,  
Omnibus pacem populisque lucem  
Ferre perennem.
  
8. Tuque mortalem, Deus alme, carnem  
Sumpseras idem, homo factus autem  
Fuderas dulcem simul et salubrem  
Sponte cruorem.
  
9. Hancque per mortem religando fortem  
Liberas omnem, reparator, orbem,  
Vasa caelestem revehens ad arcem  
Rege nitentem.
  
10. Tanta tu, pastor pariterque doctor,  
Perpes adiutor iugis atque tutor,  
Feceras, ductor, sator et redemptor  
Lucis et auctor.
  
11. Sis mihi factor, mihi sis et altor,  
Esto protector iugiterque rector,  
Esto defensor, necis o peremptor,  
Semper et ultor.
  
12. Esto salvator simul et ducator,  
Sis gubernator, velut es creator,  
Sis triumphator mihi sive victor  
Et superator.

Collect. ms. Martialense saec. 9. Cod. Parisin. 1154. — 3, 2 Qui nec indignum. — 4, 2 uniusque tritam. — 6, 3 ne terram. — 7, 4 Fore. — 8, 1 Tu quem. — Zu 9, 1 vgl. „Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet“. Luc. 11, 26. — Aufschrift: „Versus cuiusdam“. — Cfr. Anal. XXIII, 47; Traube l. c. 727 sq.

169. (4.) **Oratio ad Christum quarta.**

1. O veneranda Dei suboles  
Inclita patris et effigies,  
Intime splendor et alma dies,  
Qui loca lumine cuncta replēs  
Totus et in genitore manes,
2. Nempe minus patre nec quid habes,  
Sceptra pari ditione tenes,  
Quaeque cupis, Domine, illa potes,  
Nam recreas revocasque homines  
Et patria pietate foves.
3. Qui miseros facis incolumes  
Linquere crimina quique iubes,  
Nos et in exsilio esse doles  
Ad patriamque redire mones  
Teque Deum reperire doces.
4. Tu, rogo, suscipe nunc humiles,  
Quas ego, rex, tibi fundo preces  
Meque, precor, miserum relevēs  
Ac pietate tua vegetes  
Et procul a vitiis segregēs.
5. Omnibus, ora, bonis solidēs,  
Ne premat amplius ulla lues,  
Sed merear tuus esse comes,  
Ut mihi detur amanda quies,  
Quam meruere tui procerēs.
6. His tua, Christe, patet species,  
Emicat et rutilat facies,  
Hinc quoque sunt iugiter hilares  
Teque colunt et amant alacres;  
His, Deus, obsecro, me sociēs.

Collect. ms. incert. orig. saec. 10. Cod. Parisin. 3877. — 6, 5 Über me nos. — Aufschrift: „Versus Gothascalci“. — Vgl. Traube l. c. 728.

170. (5.) *Versus de Ploratu paenitentiae.*

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Ex quo enim me iussisti<br/>Hunc in mundum nasci,<br/>Prae cunctis ego amavi<br/>Vanitate pasci.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p> | <p>7. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Voluptates non dimisi,<br/>Sed his me addixi<br/>Et totius me peccati<br/>Vinculis devinxi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>             |
| <p>2. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Tu me, Domine, fecisti,<br/>Ut servirem tibi;<br/>Ego miser te dimisi<br/>Et longe abivi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>        | <p>8. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Iram tuam provocavi<br/>Crimine frequenti<br/>Ideoque te offendi<br/>Offensa ingenti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>                   |
| <p>3. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Tu me quoque redemisti<br/>De iugo servili,<br/>Et ego te non agnovi<br/>Nec ad te redivi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>       | <p>9. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Sed quid plura dicam tibi,<br/>O pia lux saeculi?<br/>Mala quoque, quae permisi,<br/>Cuncta miser feci.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p> |
| <p>4. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Mandata, quae praecepisti,<br/>Proh dolor, reliqui,<br/>Fateor voce lugubri,<br/>Nimium deliqui.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p> | <p>10. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Ergo iam succurre flenti,<br/>Domine, clienti,<br/>Scelera tibi fatenti,<br/>Veniam petenti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>           |
| <p>5. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Almam legem, quam dedisti,<br/>Denique neglexi<br/>Et illa, quae vetuisti,<br/>Avide dilexi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>     | <p>11. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Affer opem indigenti<br/>Iam manu clementi<br/>Vulneraque detegenti<br/>Medere languenti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>              |
| <p>6. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Cuncta bona praeterivi<br/>Animo libenti<br/>Atque multa mala egi<br/>Pectore ferventi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>          | <p>12. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Subveni te invocanti<br/>Et in te speranti,<br/>Dextram da, quem redemisti,<br/>Iam periclitanti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>      |

- |  |  |
|--|--|
| <p>13. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Igitur vos, omnes sancti,<br/>Coheredes Christi,<br/>Exorate prece dulci<br/>Pro me infelici.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>         | <p>17. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Martyrumque gloriosi<br/>Beatorum globi.<br/>Flagitate pro miselli<br/>Peccatis alumni.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>         |
| <p>14. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Alma tu. Maria, tui<br/>Virgo mater Dei,<br/>Interventu nunc salubri<br/>Memor esto mei.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>              | <p>18. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Patriarchae quin electi<br/>Et prophetae sancti,<br/>Suffragamini petenti<br/>Precibus clienti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p> |
| <p>15. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Sancte Michael. insigni<br/>Supplicato regi.<br/>Deprecentur atque cuncti<br/>Angelorum chori.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>        | <p>19. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Virgines o clarae, vestri<br/>Per amorem sponsi<br/>Memoramini nunc mei<br/>Delictis oppressi.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>  |
| <p>16. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Claviger quoque praecelsi,<br/>Sancte Petre, regni,<br/>Socios adiungens tibi<br/>Preces funde patri.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p> | <p>20. O Deus, miseri<br/>miserere servi.<br/>Insuper vos, summi Dei<br/>Confessores almi,<br/>Opem ferte, precor, mihi<br/>Oratu instanti.<br/>Heu, quid evenit mihi!</p>   |

Collect. ms. Martialense saec. 9. Cod. Parisin. 1154. A. — Pass. ms. Aeduense(?) saec. 10. Cod. Semin. Aeduën. 33. add. saec. 10. B.

1. 2 misere korr. B. — 1, 7 Statt heu liest B konstant gunay (oder guay). — 2. 1 sq. Diesen Refrain setzt B nur einmal (vor Str. 1). 3, 7 quid evenit mihi läßt B in der Folge fort. — 4, 4 dolo A. — 6, 5 Atque multa mala peregi A: adque mala multa egi B. — 7, 3 Voluntates AB. — 8, 6 offenso A. — 9, 5 Malaque quae permisisti B. — 10, 6 poententi B. — 11, 5 Vulneraque degenti B. — 11, 6 Me delinquenti B. — 12, 5 quam AB. — 12, 6 peridyanti B. — 13, 3 Interea omnes A. — 13, 4 choeredes B. — 15, 3 insignis B. — 15, 5 deprececur A. — 16, 3 praecelse B. — Str. 18 steht vor 16 B. — 20, 3 Insignes o summi B. — 20, 5 mihi precor B. — Str. 20 steht vor 19 B.

„Versus Godiscalchi et oratio“ A; „Versus Gotiscalchi“ B. — Cfr. Anal. XXIII, 48 sq.; Traube l. c. 729 sqq.

171. (6.) In Laudem ss. Trinitatis.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Ut quid iubes, pusiole,<br/>Quare mandas, filiole,<br/>Carmen dulce me cantare,<br/>Cum sim longe exsul valde<br/>Intra mare?<br/>O cur iubes canere?</p> | <p>6. Non potuerunt utique<br/>Nec debuerunt itaque<br/>Carmen dulce coram gente<br/>Aliena nostrae terrae<br/>Resonare.<br/>O cur iubes canere?</p>           |
| <p>2. Magis mihi, miserule,<br/>Flere libet, puerule,<br/>Plus plorare quam cantare<br/>Carmen tale. iubes quale,<br/>Amor care.<br/>O cur iubes canere?</p>    | <p>7. Sed quia vis omnimode.<br/>Consodalis egregie,<br/>Canam patri filioque<br/>Simul atque procedente<br/>Ex utroque.<br/>Hoc cano ultronee.</p>            |
| <p>3. Mallem, scias, pusillule,<br/>Ut velles tu, fratercule,<br/>Pio corde condolere<br/>Mihi atque prona mente<br/>Conlugere.<br/>O cur iubes canere?</p>     | <p>8. Benedictus es, Domine,<br/>Pater. nate, paraclite,<br/>Deus trine, Deus une,<br/>Deus summe, Deus pie,<br/>Deus iuste.<br/>Hoc cano spontanee.</p>       |
| <p>4. Scis, divine tiruncule,<br/>Scis, superne clientule,<br/>Hic diu me exsulare,<br/>Multa die sive nocte<br/>Tolerare.<br/>O cur iubes canere?</p>          | <p>9. Exsul ego diuscule<br/>Hoc in mare sum, Domine,<br/>Annos nempe duos fere.<br/>Nosti fore, sed iamiamque<br/>Miserere.<br/>Hoc rogo humillime.</p>       |
| <p>5. Scis captivae plebeculae<br/>Israeli cognomine<br/>Praeceptum in Babylone<br/>Decantare extra longe<br/>Fines Iudae.<br/>O cur iubes canere?</p>          | <p>10. Huic cano ultronee<br/>Interim cum, pusiole,<br/>Psallam ore, psallam mente<br/>Psallam die, psallam nocte<br/>Carmen dulce<br/>Tibi, rex piissime.</p> |

Collect. ms. Martialense saec. 9. Cod. Parisin. 1154. A. — Poss. ms. Aeduense(?) saec. 10. Cod. Semin. Aeduen. 33. B. — Collect. ms. Andegavense(?) saec. 9. Cod. Andegaven. 477 (461). C.

1, 1 O quid C. — 1, 2 mandas fratercule B. — 2, 3 plus plore A. — 2, 4 Carmen dare C: iubes quare A. — 2, 6 canere fehlt B; iubes canere fehlt von hier an immer A. — 3. 1 Malem A. — 3, 3 cum dolore AC. — 3, 4 promo mente A. — 3, 5 Cum lugere A. — 3, 6 canere fehlt C. — 4. 1 divina vaetriencule C; tyroncule A. — 4, 2 superna cliencule C. — 4, 4 Multa sive nocte die C. — 4, 6 Von hier ab fehlt der Refrain C. — 5, 1 plebicule BC: prebicule A. — 5, 2 cum nomine A. — 5, 4 longe extra BC. — 6. 1 itaque BC. — 6, 2 utique BC. — 6. 4 Alienae C; nostri AC; nostri

in C. — 7, 1 Sed quam vis C. — 7, 2 O sodalis AC; carissime C. — 7, 3 Cano AC; Traube bemerkt: *patri; enuntiandum patre*; dazu ist doch zu bemerken, daß der Binnenreim in den ersten und zweiten Zeilen angestrebt, aber nicht durchgeführt ist. — 7, 4 das weitere fehlt C: *precedenti* B. — 7, 6 O cur [*iubes canere*] AB. — 8, 2 Nate pater A. — Str. 9 fehlt B. — 9, 6 Huic rogo A. — 10, 2 Interim cum pusione gegen den Rhythmus A. — 10, 3 psallam voce B. — 10, 4 Psallam mente, psallam nocte B. — 10, 5 Psallam die B. — Str. 10 bei Traube:

Interim cum pusione  
 Psallam ore. psallam mente,  
 Psallam voce. [psallam corde],  
 Psallam die, psallam nocte  
 Carmen dulce  
 Tibi, rex piissime.

Vgl. Anal. XIX, 10; Traube l. c. 731 sq; Bibl. des Chartos LIX (1898) 667 sq.



## Sedulius Scottus.

Scholasticus Leodiensis,

† nach 874.

Über die Lebensschicksale dieses Dichters irischer Nationalität besitzen wir keine anderen Nachrichten als jene, die wir seinen Gedichten zu entnehmen imstande sind. Geboren im ersten Viertel des 9. Jahrhunderts, verließ er, nachdem er sich tüchtige theologische und literarische Kenntnisse erworben und zum Presbyter ordiniert war, seine Heimat und fand gastliche Aufnahme bei Bischof Hartgar von Lüttich. Dies geschah zwischen 840, dem Amtsantritte Hartgars, und 851, dem Todesjahre der Kaiserin Irmgard, das unsern Sedulius schon in Lüttich fand. Seine Tätigkeit an der dortigen Domschule ließ ihm reichliche Zeit, sich literarisch zu betätigen. Er selbst schildert uns die Aufteilung seiner Stunden unter seine verschiedenen Neigungen mit den Worten:

Aut lego vel scribo, doceo scrutove sophiam,  
Obsecro celsithronum nocte dieque meum:  
Vescor, poto libens, rhythimizans invoco Musas.  
Dormisco stertens, oro Deum vigilans.

Hartgars Gunst (dieser starb 855) übertrug sich auf dessen Nachfolger Franco, weiland Abt von Lobbes. Sedulius lebte noch 874. da er die, in diesem Jahre zu Lüttich stattfindende Zusammenkunft Karls des Kahlen und Ludwigs des Deutschen besingt. Vgl. Grosse, *Sedulii Scoti Carmina*, Königsberg 1868. — Dümmler, *Sedulii Scotti Carmina quadraginta*, Halle 1869. — Dümmler, *Neues Archiv IV*, 315 ff. — Pirenne, *Sedulius de Liège (Mémoires couronnés et autres mémoires publiés par l'Académie Royale de Belgique XXXIII) Bruxelles 1882*.

Unter den zahlreichen Gedichten des Sedulius finden sich nur wenige, die wir der Hymnenliteratur beizählen können. Dieselben sind im nachfolgenden der Ausgabe Traubes (*Poetae Aevi Carolini III.*) entnommen. Am Schlusse füge ich zwei Osterlieder bei, die zuerst (mit sechs anderen Gedichten) von Hagen, *Carmina medii aevi*, Bern 1877, veröffentlicht wurden, und von denen Dümmler, *Neues Archiv IV*, 315 ff. den Nachweis angetreten und — wie mir scheint — erbracht hat, daß sie Sedulius beizulegen seien. Vgl. die beipflichtenden Aufserungen Eberts (*Allg. Gesch. d. Literatur des M. A. II*, 193) sowie die ablehnenden Bemerkungen Traubes (a. a. O. 153). Läßt man die fraglichen Gedichte als Schöpfungen des Sedulius gelten, so ist man deshalb noch nicht genötigt, diesen mit Dümmler nach Italien übersiedeln und dort sterben, ja nicht einmal mit Pirenne eine Romreise unternehmen zu lassen. Die von karolingischen Dichtern viel geübte Praxis auf Bestellung für andere (*ex persona alterius*) Verse zu schreiben, würde uns einen dritten, noch gangbareren Weg zeigen, um die Widmung von Gedichten des Sedulius an Tado von Mailand († 868) erklärlich zu finden.

**172. (1.) De Paschali Festivitate.**

Sedulius composuit.

1. Haec est alma dies, sanctarum sancta dierum,  
Veris pulcher honos signiferique decus.  
Hic est namque dies, Dominus quem fecit Iesus,  
In quo laetetur cosmicus orbis ovans.
2. Crinibus hunc niveis croceo vestitus amictu  
Solis ab exortu lucifer, ecce, stupet.  
Clarus et occiduis rutilascit Vesper in horis  
Atque sui Domini noscit amore diem.
3. Vernat stelligeri Septemtrio cardine caeli  
Haec septenaria lampade festa colens.  
Aegypti tenebras dispellit luce Canopus  
Ac sic lucifluos spargit ab ore globos.
4. Aurea sideream transcurrit luna per aethram,  
Gestans sceptrigerum nunc diadema novum  
Ipsaque celsithroni miratur cornua Christi  
Exaltata, sui principis ac domini.
5. Titan gemmigeri centrum conscendit Olympi,  
Ardens flammivomis emicat, ecce, rotis.  
Victorem celebrat Christum rota fulgida solis,  
Dum fit nocte nitens maior in orbe dies.
6. Tellus florigeras turgescit germine bulbas  
Floribus et pictum gaudet habere peplum.  
Nunc variae volucres permulcent aethera cantu,  
Produnt organulis celsa tropaea novis.
7. Exsultant caeli, laetatur terreus orbis,  
Nunc Alleluia centuplicatque tonos.  
Nunc chorus ecclesiae hymnizans cantica Sion  
Ad caeli superos tollit Hosanna polos.

Cod. Vatican. Palatin. 591. saec. 15. — 3, 3 Canopos. — 6, 1 bullas.  
— Dümmler, Sedulii Carmina p. 27 sq.; Traube, Poetae Aevi Carolini III, 218.

**173. (2.) Idem Contra Plagam.**

1. Libera plebem tibi servientem,  
Ira mitescat tua, sancte rector,  
Lacrimas clemens gemitusque amaros  
Respice, Christe.

2. Tu pater noster dominusque celsus,  
Nos tui servi sumus, alme pastor,  
Frontibus nostris rosei cruoris  
Signa gerentes.
3. Infero tristi tibi quis fatetur?  
Mortui laudes tibi num sacrabunt?  
Ferreae virgae, metuende iudex,  
Parce, rogamus.
4. Non propinetur populo tuoque  
Nunc calix irae meriti furoris,  
Clareant priscae miserationes,  
Quaesumus, audi.
5. Deleas nostrum facinus, precamur,  
Nosque conserva, benedictae princeps.  
Mentium furvas supera tenebras,  
Lux pia mundi.
6. Sancte sanctorum dominusque regum.  
Visitet plebem tua sancta dextra,  
Nos tuo vultu videas serenus,  
Ne pereamus.

Cod. Vatican. Palat. 591. saec. 15. — 1, 3 gemens korrigr. w. o. — 2, 2 tui serio. — 5, 2 benedictae korrigr. w. o. — Pirenne, Sedulius de Liège p. 61; Traube, Poetae Aevi Carolini III, 209.

**174. (3.) Contra Pluvias inundantes.**

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Te, beate rex, precamur<br/>ore, corde, mentibus,<br/>Quo serenus atque mitis<br/>des serena tempora.</p> <p>2. Ecce, nunc aquosus aer<br/>imbrem rura perluit,<br/>Uberes agros vides ut<br/>uber unda dissipat.</p> | <p>3. Quaesumus, superne rerum<br/>temperator omnium,<br/>Frugibus sit te regente<br/>blanda temperatio.</p> <p>4. Comprecamur, alme rerum,<br/>te, imperator omnium,<br/>Vitibus sit te dictante<br/>fertilis serenitas.</p> |
|---|---|

Cod. Vatican. Palat. 591. saec. 15. — 2, 4 dissipet. — 4, 3 Vitibus te uincante korrigr. w. o. — 4, 4 ferulis. — Grosse, Sedulii Scoti carmina, p. 6; Traube, Poetae Aevi Carolini III, 218. Der abrupte Schluß legt die Vermutung nahe, daß das Lied nicht vollständig erhalten ist.

**175. (4.) Oratio contra falsidicos testes.**

Lux aeterna, Deus, fons lucis, fons veritatis,  
Perspicua tales argue luce viros.

- Ius est namque tibi gemitus audire tuorum,  
Qui te quique tuum nomen amore sonant.
5. Tu pater es veri, verus Deus, omnia verax,  
Te verum Dominum cuncta creata probant.  
Ergo fuga densas, o lux immensa tenebras,  
Detege mendosos luminis ore globos  
Non confundantur mites te principe pacis,
10. O fili David, o Salomone prior,  
Sed confundantur mendosi daemonis arma,  
Quis inopes contra sibilat aspis oves.  
Tu, leo de Iuda, tu, rex, tu, splendide Christe,  
Vince latebrosas luce nitente strophas.
15. Clarescat cunctis erroris et atra caverna,  
Unde serit piceas falsa loquela faces.  
Tu quondam fueras castae fautorne Susannae,  
Testes falsidici nec valere viri?  
Non illis geminus numerus, non cana vetustas
20. Profuit, haud fusum falsa per ora malum.  
Sed te veraci Domino, te iudice summo  
Sorpserunt reprobos Tartara caeca viros;  
Qui dilexerunt mendosis figmina plastis,  
Inter mendosos praemia digna luunt.
25. Magne, tui victrix sic splendet celsa potestas,  
Cuius in aspectu nubila falsa cadunt.  
Tu solus nobis sis iudex, Christe, benignus  
Alto deque throno propitiare tuis.  
Credimus altithroni genitum te, maxime rector,
30. Speramus mitem mitibus esse ducem.  
Ergo tuis famulis alienae sarcina molis  
Non adponatur iudice te Domino.  
In te sperantes non confundamur in aevum,  
Sceptri virga tui frangat enorme nefas.
35. Iustitiae trutinam manibus rege, candide iudex,  
Vera volent sursum, vergat in ima malum.  
Tu nobis clipeus, tu sis turrisque salutis,  
Maxime, tu miseros respice, Christe, tuos.

Cod. Vatican. Palat. 591. saec. 15. — 5 verus dr (statt ds). — 19 venustas.  
— 20 Profuit. — Pirenne, Sedulius de Liège, p. 64 sq.; Traube, Poetae  
Aevi Carolini III, 213 sq.

#### 176. (5.) De Strage Normannorum

1. Gaudeant caeli, mare, cuncta terra,  
Gaudeat Christi populusque vernans,  
Facta miretur Domini tonantis  
Fortia patris.

2. Laudibus dignis, bonitatis auctor,  
Magnus in magnis opifex beatus  
Cuncta dispensat dominante nutu  
Sceptringer orbis.
3. Spes, salus mundi, pius ipse rector,  
Conterens pravos humiles coronat;  
Sublevat valles reprimique montes  
Celsa potestas.
4. Qui facit rectis radiare verum  
Lumen in cordis speculoque mentis,  
Quos tegit semper pietate pollens  
Conditor almus.
5. Pauperes, dites, laici, potentes,  
O coronate clericalis ordo,  
Omnis aetatis decus atque sexus,  
Plaudite cuncti.
6. Brachium patris validum potentis,  
Ecce, protrivit subita rebellem  
Strage Normannum, pietatis hostem;  
Gloria patri!
7. Proelium campo struitur patenti,  
Splendor armorum radiat per auras,  
Voce bellantum varia tremescit  
Machina caeli.
8. Tela sparserunt geminae phalanges,  
Danus infelix sua damna quaerit,  
Ferreos imbres serit atque fixit  
Agmen enorme.
9. Quem sitiverunt varios per annos,  
Sanguinem sumunt rabidi tyranni,  
Dulce fit cunctis satiare pectus  
Caede virorum.
10. Quique foderunt foveas, ruere;  
Quae fuit turris nimium superba,  
Ecce, curvatur nihilata Christo  
Gens inimica.
11. Sternitur grandis populusque fortis,  
Tota contrita est maledicta massa,  
Sorbet os mortis subolem malignam;  
Laus tibi, Christe!

12. Hinc ferunt stragem populi fuisse  
Praeter ignotos hominesque viles  
Horrido campo nimio cruore  
Tres myriades.
13. Iustus est iudex, dominator orbis,  
Christianorum decus omne, Christus,  
Gloriae princeps, domitor malorum  
Regmine summo.
14. Fortis est turris, clipeus salutis,  
Conterens bello validos gigantes,  
Cuius excelsum super omne nomen  
Est benedictum.
15. Ultor existit populi fidelis.  
Qui maris quondam tumidis procellis  
Pressit Aegyptum celeres rotasque  
Obruit imo.
16. Ostriger Iesus super omne regnat,  
Quidquid excelsus genitor creavit,  
Stirpe Davidis benedicta proles,  
Gloria nostra.
17. Cui rependatur tymiama voti,  
Quem celebremus pietatis actu,  
Cui melos promat super astra regi  
Fistula laudis.
18. Gloruae plausus, modulans Hosanna  
Personet patrem genitumque Christum,  
Spiritus sanctum polus, unda, tellus,  
Glorificate.

Cod. Vatican. Palatin. 591 saec. 15. — 3, 2 Conteres. — 4, 2 Über *lumen*: „vel Christus“: speculoque mtis. — 8, 1 Tala. — 9, 4 Caede suorum. — 11, 3 hos. — 17, 3 über *super astra regis* „vel: liquidi canoris. — Grosse, *Saeculi Scoti Carmina*, p. 8; Traube, *Poetae Aevi Carolini III*, 208.

### 177. (6.) Hymnus Paschalis

ad Tadonem prior.

1. Omnium regi referamus omnes  
Gratias, Christo, Domino Sabaoth,  
Cuncta quem laudant elementa regem  
Consona votis.

2. Quem canunt cives Solymae supernae,  
Cum regit mundum, mare, rura, stellas  
Continens nutu Dominus creator  
Omne creatum.
3. Pascha qui nostrum, via, vita fulsit,  
Ortus in terris oriens ab alto,  
Carnis in claustro patiundo mortem  
Morte redemit.
4. Providus custos generis humani,  
Morte devicta rediens redemptor,  
Victor ad vitam tulit ipse praedam  
Mortis ab ore.
5. Hinc planetarum chorus axe fulget,  
En, iubar pulchrum speculumque solis  
Plena fulgescit radiisve luna  
Lumine fratris.
6. Inde congaudet polus. unda. tellus,  
Gloriam Christo recinunt ovantes  
Praepetes pennis volucres volatu  
Nunc philomelae.  

\*            \*            \*
7. Tado, te Christi pretiosa palma  
Sublevet semper meritis in altum,  
Omnibus nobis pater atque fautor  
Orbe remotis.

Cod. Bernen. 363. saec. 9. — 1. 3 quae. — 4, 3 über *praedam* mundum — 6, 3 über *pennis* omnes. — 6, 4 neben *Nunc philomelae* „Carmina cantant“. — Hagen, *Carmina medii aevi*, p. 1 sq.: Traube, *Poetae aevi Carolini III*, 232.

### 178. (7.) Hymnus Paschalis

ad Tadonem alter.

- Emicat, ecce, dies paschalibus alma triumphis,  
In qua congaudent sidera, rura, solum.  
Salve, festa dies, festarum sancta dierum,  
Qua Deus infernum vicit et astra tenet.
- 5 Tellus, en, vario pandit sua munera partu,  
Spondens agricolae vincere posse famem.  
Surrexit Christus, sol verus, vespere noctis,  
Surgit et hinc Domini mystica messis agri.

Nunc vaga puniceis apium plebs laeta labore  
10 Floribus instrepitans poplite mella legit.  
Nunc variae volucres permulcent aethera cantu,  
Temperat et pernox nunc philomela melos.  
Nunc chorus ecclesiae cantat per cantica Sion  
Alleluia suis centuplicatque tonis.

\* \* \*

15 Tado, pater patriae, caelestis gaudia paschae  
Percipias meritis, limina lucis; ave!

Cod. Bernen. 363. saec. 9. — 6 Über *agricolae vincere posse famem*  
„agricolis plurima dona suis“. — 11 Über *aethera* „aera“. — 12 Über  
*melos* „sonos“. — Hagen *Carmina medii aevi*, p. 3.



## Ratpertus,

monachus Sangallensis

† nach 884.

Ratpertus, von Geburt ein Züricher, über dessen äußere Lebensumstände uns nur wenig berichtet wird, blühte in der zweiten Hälfte des 9. Jahrhunderts unter den Äbten Grimald und Hartmut und war, wie Notker und Tutilo, wemgleich älter als beide, ein Schüler Isos und des Marcellus. Durch seine *Casus sancti Galli* als Geschichtsschreiber für sein Kloster, doch nicht nur für dieses von Wichtigkeit, war er auch als Dichter nicht untüchtig. So besang er die Einweihung des Frauenmünsters seiner Vaterstadt, ja er beschrieb sogar in deutschen, uns leider nur in der lateinischen Übersetzung des IV. Ekkehart erhaltenen Versen das Leben des hl. Gallus. Als Lyriker feiert ihn schon Ermenrich in seinem Briefe an Grimald: „*Insuper et Alpes philosophantur circum, sub quibus iugum Sambutinum Radpertus lyrico possidet sono.*“ (Ermenrici Epist. ad Grimoldum ed. Dümmler, Halis 1873, p. 34.) Was uns von seinen liturgischen Dichtungen erhalten und bekannt geblieben, verdanken wir vorwiegend der St. Galler Hs. 381. Ob auch Nr. (5) von Ratpertus herrührt, läßt sich mit Sicherheit nicht feststellen. Der Tag seines Todes ist der 25. Oktober, das Jahr aber ist ungewiß.

Vgl. *Ratperti Casus Sancti Galli*, ed. Meyer von Knonau (Mitteilungen zur Vaterländ. Gesch. XIII) St. Gallen 1872, S. VI ff. — Ekkeharti (IV) *Casus sancti Galli*, ed. Meyer von Knonau (Mitteilungen XV), St. Gallen 1877, S. 4, n. 16. — Dümmler, Neues Archiv IV, 542.

### 179. (1.) *Versus Ratperti ad Processionem diebus dominicis.*

Ardua spes mundi solidator et inclite caeli,

Christe, exaudi nos propitius famulos.

Virgo Dei genetrix, rutilans in honore perenni

Ora pro famulis, sancta Maria, tuis.

5 Angele summe Dei, Michael, miserescito nostri,

Adiuvet et Gabriel atque pius Raphael.

Aspice nos omnes, clemens baptista Iohannes,

Petreque cum Paulo nos rege doctiloquo.

Coetus apostolicus sit nobis fautor et omnis

10 Ac patriarcharum propheticusque chorus.

Poscere nunc Stephanum studeamus carmine summum,

Ut cum martyribus nos iuuet ipse pius.

- Inclite Laurenti, qui flammās exsuperasti,  
Victor ab aethereo nos miserere choro.
- 15 Splendide Silvester Gregori ac sancte magister,  
Nos quoque cum sociis ferte iuvando polis.  
O Benedicte, pater monachorum, Gallege frater,  
Cum reliquis sanctis nos refove te polis.  
Maxime de Suevis superis coniuncte catervis,
- 20 Sancte Otmare, tuum lactifica populum.  
Inclite Magne, tuam clemens nunc inspicere plebem,  
Auxilio tutos undique redde tuos.  
Virgineos flores Agnes Agathesque ferentes,  
Auxilio vestris addite nos sociis.
- 25 Innocuos pueros resonemus laude peractos,  
Qui modo nos pueros dant resonare melos.

\* \* \*

- Omnes o sancti, nostrae succurrite vitae,  
Perque crucem sanctam salva nos. Christe redemptor.  
Ira deique tua clemens nos eripe, Christe.
- 30 Nos peccatores audi. te, Christe, rogamus.  
Ut pacem nobis dones, te, Christe, rogamus.  
Crimen ut omne tuis solvas, te, Christe, rogamus.  
Aurae ut temperiem dones, te, Christe, rogamus.  
Ut fruges terrae dones, te, Christe, rogamus.
- 35 Ut populum cunctum salves, te, Christe, rogamus.  
Ecclesiamque tuam firmes, te, Christe, rogamus.  
Fili celsithroni, nos audi, te rogamus.  
Agne Dei patris, nobis miserere pusillis.  
Christe, exaudi nos, ο *Κίριε ἡμῶν ἐλέησον.*

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Bambergense saec. 10. Cod. Bambergen. saec. 10. Ed. III 7. B. — Rit. et. Miss. ms. S. Albani Maguntini saec. 10. Cod. Vindobonen. 1888. C. — Collect. ms. liturg. Cellense (vel Hornbacense) saec. 10. Cod. Vatican. Palat. 489. D. — Trop. ms. Mindense ann. 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV. 11. E. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. F. — Process. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. IV G 5. G.

6 Aduva B. — 9 fautor et omnes D. — 9 und 10 fehlen G. — 11 Poscito tu. Stephane, veniam et, Heimrame beate F. — 12 nos iuvet intrepidus G: nos redimat Dominus F. — 13 bis 26 inkl. fehlen B. — 14 miserate AE. — Vor 15 schiebt D ein:

Martyr magne Dei, nobis, Fabiane, faveto  
Cum socio Eustachio prelibis [sic] atque suis.

An gleicher Stelle G:

Martyr sancte Dei, nostri miserere, Georgi,  
Atque tuis precibus gaudeat iste locus.  
Viteque Wenceslae, pariter (cum) martyr(e), Adalberte,  
Martyr et ipse Dei, nos refove miseros.

An gleicher Stelle C:

Care Deo martyr, patriae decus huius herile,  
Sancte Albane, tuis esto favens famulis,  
Victor, Alexander, meritis utrique beati,  
Nobis orate de Domino veniam.

15 Gregorii D. — 17 bis 22 fehlen D; statt dessen:

Addere Perminii nobis miserando misellis  
Atque tuis precibus, sancte Philippe, iuva.

Nach 16 schiebt D ein:

O Martine, Dei confessor, summe sacerdos,  
Gemma sacerdotum, auxilium fer ymon.

17 Magneque frater F. — 18 Tu pie cum sanctis nos refove reliquis F. —  
19 bis 22 inkl. fehlen DFG. — 19 Maxime de Francis D. — 22 Pontifices  
fidus ac reliquos famulos D. — Nach 24 schiebt D ein:

His Waldburga comes nostras, pia, suscipe voces  
Nos et cum Domino protege, sancta, polo.

Am gleichen Orte interpoliert G: Sis, Margareta, comes nostras pia etc. wie  
D. — 25 u. f. fehlen DFG. — 30 audi te. sancte, rogamus D. — 32 bis 37  
inkl. fehlen B. — 33 Aeris ut temperiem G. — 34 u. f. fehlen D. — 36 te,  
summe, rogamus D — 37 audi, Christe, rogamus D; audi, te deprecamur G;  
nos exaudito, precamur F. — 39 audi nos B; o fehlt B; ymon eleison  
A bis G. — „Versus Ratperti ad processionem diebus dominicis“ A;  
„Versus in dominicis diebus“ B; „Letania metrica“ D. Die Litanei steht auch  
in dem Trop. Mindense saec. 11. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helmst. 1008)  
mit der Aufschrift: „Versus Ratperti ad processionem diebus festis.“ —  
Vgl. dazu Ekkehard IV. Casus S. Galli c. 6: Ratpertus, qui *Ardna spes  
mundi* . . . dictaverant.“ — Wertlos für die Gestaltung des Textes. ver-  
anschaulichen die nicht sanktgallischen Handschriften die Zersungenheit des  
Liedes.

### 180. (2.) Item eiusdem ad Eucharistiam sumendam.

Laudes, omnipotens, ferimus tibi dona colentes  
Corporis immensi sanguinis atque tui.  
Tangimus ecce, tuam, rector sanctissime, mensam.  
Tu, licet indignis, propitiare tuis.  
5 Propitiare pius, peccata absolve benignus,  
Prosit ut invictis appropriare sacris.  
Angelus aethereis sanctus descendat ab astris.  
Purificans corpus cor pariterque pius.  
Haec medicina potens caeli nos ducat in arces,  
10 Interea terris dans medicamen opis.  
Quod colimus fragiles, salvator, respice clemens  
Summeque pascentes protege pastor oves.  
Protege, quas recreas, hostis ne proterat illas,  
Consolidans dono nos sine fine tuo.

- 15 Nam sumus indigni, quos ornes munere tali,  
 Tu pietate tua, rex, rege castra tua,  
 Hoc, pater omnipotens, cum Christo perface clemens,  
 Spiritus atque potens, trinus et unus apex.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 380. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. Cod. Sangallen. 381. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. [et 13.] Cod. Sangallen. 382. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 376. D. — Trop. ms. Bambergense saec. 10. Cod. Bamberg. Ed III 7. E. — Cod. Vindobonen. [Pseudo-Augustinus de categoriis] saec. 10. add. saec. 10 F. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV 11. G. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. H.

3 Pangimus EFH; sanctissime, laudem FH. — 6 ut intactis F. — 7 descendit F; descendat sanctus H. — 9 adarces EFH. — 10 dat medicamen F. — 11 Ad colimus E. — 12 Sumeque F. — 16 tua protege castra tua H. — „Item eiusdem ad eucharistiam sumendam“ B; „Ad eucharistiam suscipiendam“ D; „Versus Radperci ad communicandum.“ G; „Versus ad sumendam eucharistiam“ H. — Mit der Aufschrift: „Versus Hartmanni [sic] ad eucharistiam“ in Trop. Mindense saec. 11. in. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helmst. 1008).

181. (3.) Item Ratperti ad Reginam suscipiendam.

- Aurea lux terrae, dominatrix inclita, salve,  
 Quae domibus nostris nunc benedicta venis.  
 Larga maneto tuis semper, clarissima, servis  
 Qui tibi mente canunt carmen et ore ferunt.  
 5 Plus hodie solito radiat sol clarus in alto,  
 Cumque, serena, venis, nubila cuncta teris.  
 Floribus arva nitent, quia te nos visere cernent,  
 Fetibus atque solum germinat omne bonum.  
 Gloria magnificae rutilas celsissima Romae  
 10 Atque Italos radiis comis amoena tuis.  
 At tibi se famulam praebet Germania fidam  
 Saepius et facie te cupit aspicere.  
 Caesaris ipsa decus populorum corrigis actus  
 Pluribus et validis imperitans populis.  
 15 Nunc sine fine vale miserans et nostra tuere,  
 Sit tibi magna salus, laus honor atque decus.

Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Mindense saec. 11. in. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helm. 1008). B. — „Versus Ratperti“ B. — Dieses Lied enträt des religiösen Momentes, welches sonst die sanktgallischen Begrüßungshymnen der Herrscher kennzeichnet. Gleichwohl mag ihm hier der Platz belassen sein, den ihm die Mönche in ihren liturgischen Büchern anwiesen. — „Bei der Kaiserin, an welche die obigen Verse gerichtet sind, kann kaum an eine andere gedacht werden als an Karls des Dicken Gemahlin Richgard, die Tochter Erchangers, die mit ihm zugleich im Januar oder Februar 881 die Kaiserkrone empfing. Dümmler, St. Gallische Denkmale (Mitteilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich XII.). Zürich 1859, 256.

182. (4.) **Versus Ratperti de Festivitate Sancti Galli.**

- R. Annuā, sante Dei, celebramus festa diei,  
Qua, pater, e terris sidera, Galle, petis.
1. Ecce, dies populis micat haec sanctissima nostris,  
Quorum tu princeps auctor ad astra meas.
  2. Finibus occiduis abiens succedis eois,  
Dans lucem plebi dogmatis igne tui.
  3. Quae tenebrosa fuit fidei nec luce refulsit,  
Per te caelestem coepit habere diem.
  4. Hic ubi nocticolae tenuere cubilia larvae,  
Ad laudem Christi psallit ubique chorus.
  5. Hic fuit, ecce, feris statio gratissima saevis,  
Nunc sedes sanctis te respuente manet.
  6. Tu, pater, huc veniens fers tecum pacis honores,  
Hinc totum pellens, quidquid adesse nocet.
  7. Expuleras nocuum complens dulcedine totum,  
Quo corpus linquens spiritus astra petit.
  8. En, hodie meritam tu post certamina palmam  
Sumpsisti, Galle; protege nos hodie.
  9. Iam super astra nitens famulorum suscipe laudes  
Qui te devoto nunc iubilant modulo.
  10. Aspice propitius venerantes nobile pignus  
Corpus praeclarum, Galle beate, tuum.
  11. Aspice, quae canimus, expurga corda benignus,  
In rebus cunctis rector adesto tuis.
  12. Hinc Domino trino laeti pangamus in uno,  
Qui nos hunc talem fecit habere patrem.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Process. ms. Sangallense saec. 12. Cod. Sangallen. 260. B. — 5, 2 respuente jedenfalls fehlerhaft; lies vielleicht *residente* oder *remanente*? Dümmler, Neues Arch. IV, 542: „in Cod. S. Galli 381. p. 142, 360 p. 25 abgedr. bei Camis. V. 736, woselbst es Metzler Ratpert zuschreibt. Die Hss. nennen keinen Verfasser“. Dies ist unrichtig. Die Überschrift steht in A.

183. (5.) **Ad Descensum Fontis.**

(Dubius.)

R<sup>o</sup> Rex sanctorum angelorum,  
totum mundum adiuva.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ora primum tu pro nobis,<br/>virgo mater germinis,<br/>Et ministri patris summi,<br/>ordines angelici.</p>   | <p>6. Huius, Christe, rector alme,<br/>plebis vota suscipe.<br/>Qui plasmasti protoplastum<br/>et genus gignentium.</p>    |
| <p>2. Supplicate Christo regi,<br/>coetus apostolici,<br/>Supplicetque permagnorum<br/>sanguis fusus martyrum.</p> | <p>7. Fac interna fontis huius<br/>sacratum mysterium,<br/>Qui profluxit cum cruore<br/>sacro Christi corpore.</p>         |
| <p>3. Sancte Galle, pater alme,<br/>tuo fac oramine,<br/>Quo dignetur his festivis<br/>interesse gaudiis —</p>     | <p>8. Mitte sanctum nunc amborum<br/>spiritum paraclitum<br/>In hanc plebem, quam recentem<br/>fons baptismi parturit,</p> |
| <p>4. Implorate, confessores<br/>consonaeque virgines,<br/>Quo donetur magnae nobis<br/>tempus indulgentiae.</p>   | <p>9. Ut laetetur mater sancta<br/>tota nunc ecclesia<br/>Ex profectu renascentis<br/>tantae multitudinis.</p>             |
| <p>5. Omnes sancti atque iusti,<br/>vos precamur cernui,<br/>Ut purgetur crimen omne<br/>vestro sub oramine.</p>   | <p>10. Praesta, patris atque nati<br/>compar sancte spiritus,<br/>Ut te solum semper omni<br/>diligamus tempore.</p>       |

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Hymn. et  
Sequent. ms. Fredelesariense saec. 11 Cod. Casselan. theol. IV. 25. B. —  
Trop. ms. Emmeramense saec. 11<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. Clm. Monacen. 14083. C. — Miss. ms.  
Garstense saec. 12. Cod. Lincen. *F* p 15. D. — Pontif. ms. Augustanus  
saec. 12. Clm. Monacen. 3917. E. — Miss. ms. Pragense saec. 12[—15].  
Cod. Mus. Bohem. XIV D 12. F. — Trop. ms. Sangallense saec. 10<sup>1</sup>/<sub>11</sub>.  
Cod. Sangallen. 382. add. saec. 13. G. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13.  
Cod. Rossian. VIII 18. H. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 14. Cod. Semin.  
Goritian. G. I. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 14. Cod. Semin. Goritian.  
F. K. — Auch in Process. ms. Schaffnaburgense saec. 14. Cod. Capit.  
Schaffnaburgen 154. — Process. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Capit. Utinen.  
VI. — Collect. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14703. —  
Process. ms. Schaffnaburgense saec. 16. Cod. Capit. Schaffnaburgen. 98. —  
Rituale ms. Glemonense anni 1559. Cod. Civit. Utinen. s. n.

1, 3 summi patris H. — 2, 3 Supplicetque D. — Str. 3 fehlt immer  
aufser in AG. — 4, 2 consonentque HIK. — 5, 3 omne crimen D. — 5, 4 sub  
iuuamiae A. — Nach Str. 5 schieben HIK ein:

Hermachora, diu optato  
nos refove gaudio,  
Ut colatur haec sancta te  
praesente ecclesia.

6, 4 germen gignentium HIK: genus gigantium D, gygantium B. — Str. 7 und 8 umgestellt BCDEFHIK. — 7, 1 Ac in terra fontis D: Hac interna E. — 7, 2 sacramentum mysterium E. — 8, 1 abborum D. — 8, 3 recentis E. — Str. 9 fehlt AG. — 9, 1 Et laetetur BDE. — 9, 3 Et profectu C; renastis D. „Sabbato sancto ad fontem“ B; „Letania ad baptismum in sabbato“ C; „Versus ad processionem, quae fit ad fontem benedicendum in vigilia paschae et pentecostes“ G. — Von Dümmler, Neues Archiv IV, 542 unter Nr. X unter Ratperts Gedichten aufgeführt: „bei Canisius V, 745: Daniel I. 260: Mone I, 183 (woselbst es Ratpert abgesprochen wird);“ ebenso von Scherer S. 134.

# Waldrammus,

Monachus Sangallensis,

saec. 9. ex.

Über das Leben dieses St. Gallischen Mönches und Dichters, dem Ekkehart IV., wie es scheint mit Unrecht, den Titel decanus beilegt, erfahren wir nichts Gewisses. Abt Salomo bezeichnet ihn in seinem Gedichte an Dado, Bischof von Verdun, als „doctiloquus vir“, Hartmann der Biograph der hl. Weibrath, als „venerabilis monachus et presbyter, literis eruditus et egregius praedicator“, während Ekkehart IV. seine musikalische Tüchtigkeit hervorhebt mit den Worten: „cuius etiam melodiae, quis fuerit, non celant“.

Als Verfasser der Sequenz Nr. (1) bezeichnet ihn Ekkehart IV. in den Casus S. Galli c. 46: „Waltrammus autem, quem supra diximus, decanus, sed et Hartmannus, qui abbas noster factus est, quas fecerant laudes, sua nomina quia proferuntur in cantilenarum libellis, studiose transimus, praeter quod Waltrammii sequentia *Sollemnitatem huius devoti filii ecclesiae sine eius nomine scribitur*“. Der Name des Dichters ist von späterer Hand auch in Cod. Sangallen. 375 beigefügt. Das zweite und vierte Gedicht wird ihm handschriftlich zugeschrieben in Cod. Sangallen. 381. und Helmstadien. 1008. Dafs auch (3) von ihm, bleibt Vermutung. Vgl. über ihn Ekkeharti (IV) Casus S. Galli ed. Mayer von Knonau St. Gallen 1877. S. 137, n. 475 und S. 164, n. 592.

## 184. (1.) In Dedicatione Ecclesiae.

### 1. Sollemnitatem huius,

- |  |  |
|--|--|
| 2 a. Devoti<br>filii, ecclesiae,                           | 2 b. Nimirum<br>vestrae matris, colite,                      |
| 3 a. Quae vosmet<br>ex alvo<br>spiritali genuit,           | 3 b. Quae partus<br>terrenos<br>caeli heredes fecit.         |
| 4 a. Igitur celebris<br>haec cunctis<br>festivitas maneat, | 4 b. Istius qui matris<br>se natos<br>esse pro certo sciant. |
| 5 a. Oremus omnes,   | 5 b. Omnes oremus,   |



- |  |  |
|--|--|
| <p>6 a. Ut matri coniunctos<br/>catholicae<br/>omnipotens<br/>filios faciat in<br/>Hierusalem<br/>celsa iucundos</p> <p>7 a. Amen et Amen,</p> <p>8 a. O sancti,<br/>haec domus<br/>quorum artus continet,</p> <p>9 a. Quod nullis meritis<br/>cognovimus<br/>nos mereri propriis,</p> | <p>6 b. Ac pacis aeternae<br/>consocians<br/>visionis<br/>coetibus angelicis<br/>coheredes<br/>esse tribuat.</p> <p>7 b. Fiat et fiat.</p> <p>8 b. Salvator<br/>hoc nobis<br/>precibus vestris donet,</p> <p>9 b. Ut puta qui terra<br/>sumus atque<br/>tabescens cinis.</p> |
|--|--|

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. add. saec. <sup>12/13</sup>.  
 A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. B. — Trop.  
 ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 380. C. — Trop. ms. Sangallense  
 saec. <sup>10/11</sup>. Cod. Sangallen. 382. D. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. in.  
 Cod. Sangallen. 376. E. — Seq. ms. Sangallense anni 1507. Cod. Sangallen.  
 (Brander) 546. F. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. IV.<sup>o</sup>  
 11. G. — Miss. me. Murbacense saec. 13. Cod. Colmarien. 444. H.  
 3 b, 3 facit H. — 8 b, 3 nostris ABCEH. — 9 a, 3 sqq. fehlen B.

**185. (2.) Versus ad regem suscipiendum.**

- Rex benedicte, veni, visens habitacula Galli,  
 Otmari tectis accipiende sacris.  
 Istud sanctorum concludit milia templum,  
 Quam subiens aedem experiaris opem.
- 5 Iugiter ista suis te servet turba sub alis,  
 Cuius reliquias haec tenet aula pias.  
 Francia te Suevis, o rex, direxit alendis,  
 Iam pecuare tuum pasce diu viduum.  
 Noricus et Sclavus, Bemanus, Saxo, Toringus
- 10 Corde manent alacri te dominante tui.  
 Occiduae gentes, Hispania, Gallia triplex  
 Se studeant propere sub tua sceptrata dare.  
 Italiae populus diverso sanguine mixtus  
 Ad te pigmentis palliolisque ruat.
- 15 Ebrus, Thermoodon, Thrax, Nuchul, Bosforus, Ufens  
 Sumant maxillis iam tua frena suis.  
 Hos inter populos nostri miserere, monarchos,  
 Commonitus fido a Salomone tuo.  
 Fias placatus nobis maneatque misertus,
- 20 Quos stirps Scottorum suasit in hanc eremum.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. — 10 dominante  
 sui. — „Item Waldrammi de quo supra“.

186. (3.) *Versus ad regem suscipiendum.*

1. Imperatorum genimen potentum,  
Macte regnorum novitate mira,  
Semper antiquis famulis benigne  
Rex, miserere.
2. Francia reges micuere patres  
Fulgidi regis Karoli per orbem,  
Nec minus matres Alemanna tellus  
Misit honoras.
3. Hic domus, hac est patria creatus  
Fautor Otmarus benedictus abba,  
Gallus ex Scottis veniens beavit  
Omnia nostra.
4. Barbaros terrens proprios foveto,  
Cum quibus omnes Orientis artes,  
Immo quadrati superabis arvi  
Summa vel ima.
5. Iuris et pacis moderator aequus,  
Temperans, fortis vigeas per omne  
Tempus hic degens, super astra caeli  
Hinc abiturus.

Collect. ms. Sangallense saec. 9. Cod. Sangallen. 889. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. B. — „Item de quo supra“. — „Sie scheint Waldrammus zum Verfasser zu haben, dessen Namen beim unmittelbar vorhergehenden Gedichte in der Handschrift genannt ist.“ Schuliger, Sängerschule S. 32. not. 2. Dieser Grund besagt nichts. Auch Scherer legt im Handschriftenverzeichnis von St. Gallen das Gedicht Waldramm bei; doch ist sein Anspruch zweifelhaft.

187. (4.) *Versus ad Processionem.*

R. *Votis supplicibus voces super astra feramus,*  
*Trinus ut et simplex nos regat omnipotens.*

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Sancte pater, iuva nos,<br/>Sancte fili, salva nos,<br/>Compar his et spiritus,<br/>Ungue nos intrinsecus.</p> | <p>3. Summae sedis minister,<br/>Quis ut Deus, Michael,<br/>Cum supernis civibus<br/>Sis nobis propitius.</p> |
| <p>2. Sancta virgo virginum,<br/>Stella maris, Maria,<br/>Tu pro nobis filium<br/>Ora, Christum Dominum.</p>         | <p>4. Praeco Christi Iohannes,<br/>Agni Dei ostensor,<br/>Redemptoris baptista<br/>Tu nos Deo commenda.</p>   |

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Sancte Petre ac Paule<br/>Cunctique apostoli,<br/>Vos orate pro vestris<br/>Christianis populis.</p>       | <p>12. Ut famem et morbi vim<br/>Amovere dignetur<br/>Omnipotens Dominus,<br/>Obtinete precibus.</p>                |
| <p>6. Iuncti sancto Stephano<br/>Universi martyres,<br/>Estote auxilio<br/>Populo catholico.</p>                 | <p>13. Ut saeviens gladius<br/>Et paganus populus<br/>Depellatur a nobis,<br/>Te rogamus, Domine.</p>               |
| <p>7. Sancte Galle, succurre,<br/>Sancte Ottmare, subveni,<br/>Nos cum confessoribus<br/>Adiuvando precibus.</p> | <p>14. Ut pastorem tueri<br/>Nostrum velis et clerum.<br/>Omnes simul oramus,<br/>Iesu Christe, audi nos.</p>       |
| <p>8. O martyr Felicitas<br/>Cohors atque virginum,<br/>Postulate pro nobis<br/>Maiestatis Dominum.</p>          | <p>15. Ut rex noster Chuonradus<br/>Eius et exercitus<br/>Hinc et inde servetur,<br/>Oramus, Christe, audi nos.</p> |
| <p>9. Omnes sancti Domini,<br/>Angeli et homines,<br/>Vos ad aures divinas<br/>Ferte preces sedulas.</p>         | <p>16. Ut cruore redemptum<br/>Pretioso populum<br/>Conservare digneris,<br/>Oramus, Christe, audi nos.</p>         |
| <p>10. Ut nobis remissio<br/>Peccatorum donetur,<br/>Aeris temperies<br/>Terraque fertilitas.</p>                | <p>17. Animas catholicas<br/>In aeterna requie<br/>Confoveri iubeas.<br/>Oramus, Christe, audi nos.</p>             |
| <p>11. Pacem nobis imploret<br/>Vestra intercessio,<br/>Sanitatem corporum<br/>Et perenne gaudium.</p>           | <p>18. Omnes tibi canimus,<br/>Universi clamamus<br/>Vocibus et cordibus:<br/>Oramus, Christe, audi nos.</p>        |

19. Oramus, Christe, audi nos,  
Christe, Christe, audi nos;  
Kyrie, eleison, canimus,  
Christe, eleison, psallimus.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Bambergense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed. III 7. B. — Rit. et Sacram. S. Albani Magunt. saec. 10. Cod. Vindobonen. 1888. C. — Collect. ms. Cellense (vel Hornbacense?) saec. 10. Cod. Vatican. Palat. 489. D. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. IV<sup>o</sup> 11. E. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11/12. Clm. Monacen. 14083. F.

R, 1 vocis D. — R, 2 ut fehlt D. — Str. 1 fehlt D. — 1, 1 adiuva F. — 1, 4 Iunge nos E. — 2, 1 Sancta mundi domina CE. — 2, 4 Ora ΧΡΟΥΕΩΥΜ. D. — 3, 2 Quis sicut Deus F. — 2, 4 Nos iuvato precibus D. — 4, 3 baptisma D. — 4, 4 Nos Deo concilia D. — 5, 1 Petre cum Paulo D. —

5, 2 Cunctisque apostolis D. — 5, 3 pro cunctis BEF; Implorate pro nobis D. — 5, 4 Maiestatis Dominum D. — Vor Str. 6 schiebt C ein:

Martyr Christi, Theodole  
 Patroneque Albane,  
 Fune(?) vincitis meritis  
 Nos solvite criminibus.

Statt Strophe 6 haben

D:	F:
Protomartyr Stephane	O praesul sancte Emmerame
Omnes atque martyres,	Et omnes martyres, devote
Vos orate pro cunctis	Estote in auxilio
Plebibus catholicis.	Populo catholico.

Vor Str. 7 schiebt C ein:

Obodarde confessor  
 Martineque pariter,  
 Nos cum confessoribus  
 Adiuuate precibus.

Statt Strophe 7 haben:

D:	F:
Sancte pater Philippe	O Benedicte, pater pie,
Pirminique, pariter	Sancte Galle, doctor bone,
Nos cum confessoribus	Nos cum aliis confessoribus
Adiuuate precibus.	Adiuuate precibus.

8, 1 Et martyr D. — 8, 2 Et virginalis castitas F. — 8, 3 Postulate pro nostris F. — 8, 4 Iesum Christum peccatis F. — Str. 9 lautet in

D:	F:
Omnes sancti Domini	Omnes sancti Dei,
Angeli et homines,	Nos exaudire dignemini
Commendate populos	Et ad aures divinas
Domino catholicos.	Ferte nostras miserias.

Str. 10 ff. fehlen F. — 10, 3 temperiem C. — Str. 11 lautet in BCD:

Ut pacis tranquillitas  
 Corporumque sanitas  
 A Christo detur nobis,  
 Obtinete meritis.

Str. 12 fehlt BCD. — Str. 13 hinter 15. BCD. — 14, 1 Ut praesulem D; Ut N praesulem C; tueri fehlt CD. — 14, 2 Clerum eius et omnem BD; Eius clerum et omnem D. — 14, 3 Conservare digneris BCD. — 14, 4 Oramus. Christe, audi nos. BCD. — 15, 1 Ut rex noster D; rex noster Otto C; rex noster Henricus E. — Str. 16, 17 und 18 fehlen BCD. — Str. 19 lautet in BCD:

Christe, Christe, audi nos,  
 Kyrie, eleison, canimus,  
 Christe, eleison, canimus (psallimus C).  
 Iesu pie, audi nos.

In der einzigen St. Galler Hs., die heute dieses Lied enthält, ist dasselbe namenlos. Dagegen überschreibt das Mindener Tropar (saec. 11 in.) zu

Wolfenbüttel (Cod. Helmstadien. 1008), welches wie sein Milchbruder, die Berliner Hs. IV<sup>o</sup> 11. mittelbar oder unmittelbar nach St. Gallischen Vorlagen geschrieben wurde, dasselbe mit den Worten: „Versus Waldrammi unde supra“; ein Beweis, wenn es dessen bedürfte, daß in St. Gallen Quellen vorhanden waren, die heute nicht mehr fließen. Bei Canisius Lect. aut. V, 746 wird das Gedicht ohne jede handschriftl. Grundlage dem Notker Balbulus zugeschrieben.

Der Königsname in 15, 1 hat nichts mit der Abfassung des Liedes zu schaffen, wie Winterfeld (*Poetae Aevi Carolini* IV, 327.) nach Dämmeler (*Neues Arch.* IV, 547) meint; er zeigt nur durch seinen Wechsel an, unter welchem Kaiser die betreffende Handschrift geschrieben wurde.

---

**Hartmannus,**  
Abbas Sancti Galli,  
† 925.

Über die Herkunft und Jugend dieses (jüngeren) Hartmann geben uns die St. Gallischen Geschichtsquellen keinerlei Aufschluss. Im Jahre 895 begegnen wir ihm dann urkundlich als Diaconus, 910—13 als Camerarius, 920 als Propst. Nach dem Tode Salomos III. (5. Januar 920), wengleich erst nach längerer Sedisvakanz, zum Abte gewählt, stand er als solcher dem Stifte nur noch kurze Zeit (drei Jahre und drei oder vier Monate) vor. Vgl. Ekkeharti, Casus Sancti Galli ed. Meyer von Knonau (Mitteilungen zur Vaterländischen Geschichte XV), St. Gallen 1877, S. 4 n. 16; S. 165 n. 596, S. 176 n. 617.

Unsere Kenntniss von den liturgischen Dichtungen Hartmanns ruht wieder auf den St. Gallischen und einigen andern Handschriften, die Abschriften von St. Gallischen Vorlagen sind. Nur einer Dichtung unseres Autors gibt auch Ekkehart Zeugnis, wenn er in seinen Casus c. 6 schreibt: „Consuluntur Hartmannus, consilio magnus, ille quidem, qui *Humili prece melodiam fecerat*“. Vgl. Dümmler, Neues Archiv IV, 556.

Die Nummern (6) bis (10) folgen sich, ohne Namen des Verfassers in der St. Galler Handschrift 381 in der hier beibehaltenen Ordnung. Die fünf Lieder, die sich alle auf ein und dieselbe Tatsache, das Adalbero, Bischof von Augsburg (887—910) St. Gallen mit Reliquien des hl. Mang von Füssen beschenkte, welche von Salomo III. in eine zu Ehren des hl. Kreuzes und des hl. Magnus erbaute Kirche feierlich übertragen wurden (vgl. Nr. (9) 8, 1), bilden somit einen Cyklus, ein Ganzes; spricht man eines derselben Nr. (10) mit Canisius, Schubiger und Dümmler dem Hartmann zu, so macht man es eben dadurch wahrscheinlich, das er alle fünf Lieder verfasst hat. Nr. (10) ist für das „Einholen“ der Reliquien geschrieben, Nr. (11) für die „Übertragung“, Nr. (7), (8) und (9) sind für Umzüge mit denselben gedichtet, Nr. (6) ist schlechthin als Hymnus gedacht. Da Ratpertus beim Amtsantritte Adalberos entweder schon tot war oder bald nach demselben gestorben ist, kann an ihn als Verfasser dieser Mang-Lieder nicht gedacht werden. Höchstens könnte Notker in Frage kommen.

---

**188. (1.) Versus Hartmanni ante Evangelium cantandi.**

- |  |  |
|--|--|
| 1. Sacrata libri dogmata<br>Portantur evangelici,<br>Cunctis stupenda gentibus<br>Et praeferenda laudibus. | 2. Mundemus omnes corpora<br>Sensusque cordis simplici<br>Purgantes conscientia<br>Verba pensemus mystica. |
|--|--|

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Vultus declini pariter<br/>         Clausa tenentes stomata<br/>         Stemus intentis auribus,<br/>         Ut decet, ante Dominum.</p>         | <p>7. Quaedam saxorum stramine<br/>         Replentur nimis pessimo,<br/>         Frugemque necat maximus<br/>         Ardor solaris luminis.</p>    |
| <p>4. Nec sat videtur sonitus<br/>         Auditu solo capere,<br/>         Ni cor purgatum teneat<br/>         Factisque iussa compleat.</p>            | <p>8. Quaedam siccato germine<br/>         Replentur spinis horridis,<br/>         Viarum strata plurimis<br/>         Officiunt seminibus.</p>      |
| <p>5. Sic mandat ipse maximus<br/>         Magister, summi filius,<br/>         Sensus nostrorum pectorum<br/>         Arvis diversis comparans.</p>     | <p>9. Ast qui felices fertili<br/>         Glebas fecundat germine,<br/>         Illum laetantem cumulat<br/>         Fructus laboris centuplex.</p> |
| <p>6. Sunt, ait, rura plurima,<br/>         Quis semen frugis spargitur,<br/>         Censu sed multum dispari<br/>         Reddunt accepta foenora.</p> | <p>10. Sic voluntatis integrae<br/>         Perfecta nitent opera,<br/>         Terraque cordis optimi<br/>         Centenum refert numerum.</p>     |

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 380. B. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. C. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11 [et 13.] Cod. Sangallen. 382. D. — Trop. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 376. E. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. F.

1, 1 evangelii E. — 2, 2 simplicis F. — 3, 1 Vultus. — 5, 2 Artus diversis BE. — 6, 2 Quo semen F. — 9, 3 cumulat laetantem D. — „Versus Hartmanni ante evangelium, cum legatur, canendi“ C; „Versus Hartmanni ante evangelium cantandi“ E; „Versus ante evangelium, eum legatur, canendi“ D; auch in Trop. Mindense saec. 11. in. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helmst. 1008) mit der Aufschrift: „Isti versus Hartmanni canendi sunt, antequam legatur evangelium“. — 1, 1 sqq. und 1, 3 sqq. abwechselnd als Rundreim benutzt.

### 189. (2.) Versus eiusdem de Natali Innocentium

#### Ad Processionem.

- Salve, lacteolo decoratum sanguine festum,  
 Salvete, innocua corpora fusa neci.  
 Concinit, ecce, Deus, tibimet grex iste pusillus  
 Festivum laude praeveniando diem,
- 5 In qua morte pia puerorum maxima turba  
 Occidit et victrix regna superna capit.  
 Nam quia terrenum metuit disperdere regnum,  
 Impius immani rex feritate furit.  
 Audierat regem, quem cuncta oracula dudum
- 10 Spondebant vatam, virgine matre satum,  
 Iudaicae gentis cui debita regna manerent,  
 Hocque magos stella testificare nova.

Nec mora, pestifera succenditur efferus ira,  
 Dum sibi praeripier regia iura timet.  
 15 Mox iubet innocuam ferro prosternere plebem  
 Destinat atque neci corpora lacteola.  
 Perderet ut Christum, dum nemo evaderet ipsum.  
 Inter et innumeros sterneret hunc pueros.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. Cod. Sangallen. 382. B. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV 11. C.

10 vatum fehlt B. — 11 bis Schlufs fehlen B. — 17 Perderet et C. — „Versus eiusdem de natali innocentum ad processionem“ AB; „Versus in vigilia innocentum ad processionem“. C; auch in Trop. ms. Mindense saec. 11. in. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helmst. 1008), als „Versus eiusdem in natale innocentum“. — 1 und die beiden Hälften von 2 abwechselnd als Rundreim gebraucht.

190. (3.) Item eiusdem de eadem Festivitate.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Cum natus esset Dominus,<br/>             Turbatur rex incredulus,<br/>             Magi tulerunt munera,<br/>             Quos stella duxit praevia.</p> <p>2. Herodes rex interrogat,<br/>             Quo Christus nasci debeat,<br/>             Locumque dici flagitat,<br/>             Ut hunc necare valeat.</p> <p>3. Adorant magi Dominum<br/>             Viamque carpunt aliam,<br/>             Nec saevi regis impiam<br/>             Ultra vident praesentiam.</p> <p>4. Tunc rex Herodes fervida<br/>             Succenditur insania<br/>             Mandatque sterni milia<br/>             Lactantium innumera.</p> <p>5. Completur saeva iussio,<br/>             Mactatur omnis pusio,<br/>             Aetatis bimae parvuli<br/>             Vel infra subduntur neci.</p> | <p>6. Mas omnis infans occidit,<br/>             Quem novus partus protulit,<br/>             Scrutatur, ah! cunabula<br/>             Ac ipsa matrum ubera.</p> <p>7. Quid furis. crudelissime<br/>             O carnifex et pessime?<br/>             Hic solus, qui requiritur,<br/>             Impune Christus tollitur.</p> <p>8. Pectus tenellum rumpitur,<br/>             Matrum sinus perfunditur,<br/>             Sed lactis plus quam sanguinis<br/>             De loco stillat vulneris.</p> <p>9. Salve, lactans exercitus,<br/>             Flores sanctorum martyrum,<br/>             Ad aram summi numinis<br/>             Qui laeti semper luditis.</p> <p>10. Nos vos laudantes pueros<br/>             Semper iuvate precibus,<br/>             Vobiscum uti iugiter<br/>             Possimus laeti psallere.</p> |
|---|---|

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Maguntinum[?] et Tegurinum saec. 10 et 11. Cod. Londinen. Add. 19763. bis. B et C. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV 11. D.



1, 2 Turbatus D. — „Item eiusdem de eadem festivitate“. A. — „Versus in epiphania Domini ante evangelium“ D; auch in Trop. ms. Mindense saec. 11. in. Cod. Guelfenbyteran. 1110 (Helmst. 1008) mit der Aufschrift: „Item versus eiusdem unde supra“.

191. (4.) **Item eiusdem ad Processionem diebus dominicis.**

R<sup>o</sup> Humili prece et sincera devotione  
Ad te clamantes semper exaudi nos.

1. Summus et omnipotens genitor, qui cuncta creasti,  
Aeternus Christus filius atque Deus,  
Nec non sanctificans dominator, spiritus almus  
Unica maiestas trinaque sola Dei.
2. Ipsa Dei genetrix, reparatrix inclita mundi,  
Quae Dominum casto corpore concipiens  
Perpetua semper radias cum virginitate,  
Indignos famulos, virgo Maria. tuos —
3. Angelici proceres. caelorum exercitus omnis  
Aeterno semper lumine conspicuus,  
Agmine ter trino supero per sidera regno  
Laudibus aeternum concelebrans Dominum, —
4. Petrus cum Paulo, Thomas cum Bartholomaeo  
Et Iacobus sanctis nos relevent precibus.  
Andreas, Mattheus, Barnabas atque Iohannes,  
Matthias, Lucas, Marcus et altisonus.
5. Coetus apostolicus duodeno sidere comptus,  
Propitius cunctos protege nos famulos,  
Et, quos multiplices lacerant per crimina pestes,  
Peccata absolvens fac bona cuncta sequi.
6. Nunc Stephanus, Linus, Clemens Anacletus et almus  
Xystus, Alexander Corneliusque pius,  
Hippolytus, Vitus, Laurentius atque Modestus  
Chrysogonusque pius nos miserando iuvent.
7. O vos martyrio decorati in nomine Christi  
Conspicui testes, purpurei proceres,  
Qui bello invicti superastis daemonis iras,  
Conspirata manus vincere morte minas.
8. Silvester, Damasus, Gregorius Ambrosiusque,  
Hilarius, Zeno, Maximus atque Leo,  
Martinus, Proculus, Caesarius Eusebiusque  
Orent pro nostris criminibus variis.

9. Ordo sacratus confessorum praecipuorum,  
Auxilio tutos undique redde tuos  
Atque tua nosmet prece dimittendo reatum  
Nos fragiles multum cladibus omnigenis —
10. Paulus et Antonius, Macarius Arseniusque,  
Pachomius, Beda, Attala, Paphnutius,  
Bertolphus, Libertinus, Basilius atque  
Hieronymus doctor, nos miserate, precor.
11. Galle, Dei summi miles fortissime Christi,  
Nobis nunc famulis auxiliare tuis.  
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre,  
Ut decet in tali nunc patris obsequio.
12. Hic tibi perpetuis resonant concentibus aedes  
Ossibus et sacris semper habetur honos,  
Cum laeti famuli celebrant hic festa benigni  
Laudibus instantes nocte dieque tuis.
13. Dirige corda pius et tempora dirige nostra  
Atque dies laetos ducere da famulos,  
Ut semper valeant tibimet cantare quieti,  
Te quoque caelesti cernere luce poli.
14. O dilecte Deo, radiaus virtute corusca  
Sancte Ottmare pater, iunge preces pariter.  
Intercede pius veniam poscendo misellis  
Aureque iam blanda carmina percipiens.
15. Summe Dei cultor, monachorum rector et abba,  
O Benedicte, sacer atque benigne pater.  
Istud coenobium coetumque tibi famulantum  
Nostraque sanctificans cuncta tuere simul.
16. Felicitas felix, Eulalia, Digna, Verena  
Petronellaque cum perpete Perpetua,  
Agnes atque Agathes, Christina, Euprepia, Thecla,  
Eufemia, Regula, Eugenia atque bona,
17. Virginitate chorus resplendens candidularum  
Turba puellarum integritate nitens,  
Quae geminis gaudes pulchrum decorata coronis  
Lau-de pudicitiae martyriique simul,
18. Omnes nunc sancti, nostris succurrite lapsis  
Et veniam cunctis ferte iuvando malis;  
Nam vestris precibus, petitis quaecunque rogantes.  
Annuit ipse pius nilque negat Dominus.

19. Pacem perpetuam, rogitamus, prospice, Christe,  
 Et sanae vitae gaudia longa diu,  
 Temperiem caeli tribuens, ut copia frugum  
 Omnibus exundet ubere laetitia.

20. Agne Dei patris, qui mundi crimina tollis,  
 Optatae pacis munera dona tuis.  
*Κύριε παντοκράτορ, ἴσως ᾠδιᾶτε πάντες*  
*Σὺ βασιλεὺς ἡμῶν. Χριστὶ, ἐλέησον ἡμῶν.*

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. [et 13.] Cod. Sangallen. 382. B. — Trop. ms. Bambergense saec. 10. Cod. Bambergen. Ed III 7. C. — Rituale et Miss. ms. S. Albani Maguntini saec. 10. Cod. Vindobonen. 1888. D. — Trop. ms. Maguntinum(?) et Tegurinum saec. 10. et 11. Cod. Londinen. Add. 19768. E. — Pass. ms. Cellense (Hornbacense?) saec. 10. Cod. Vatican. Palat. 489. F. — Trop. ms. Mindense anni 1024. Cod. Berolinen. Theol. IV. 11. G. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11. Cod. Roman. 1343 (Sessor. 62). H. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11. Clm. Monacen. 14083. I. — Trop. ms. Nonantulense saec. 11/12. Cod. Casanaten. C IV 2 (1741). K. — Process. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI G 15. L.

R, 2 Christe exaudi nos DFIKL. — 1, 2 filius atque tuus L. — 2, 1 Sancta Dei genetrix I; reparatrix et inclita DFI. — 2, 2 bis 4 fehlen I; dafür: Ora pro nobis et pia pro populis. — 2, 3 Perpetuam F; radians GH. — 3, 1 omnes H. — 3, 2 conspicuos C. — 3, 3 radians per sidera HK; regni K; regem H. — 3, 4 concelebrant D. — 3, 2 bis 4 fehlen I; dafür: Pro toto mundo funde preces Domino. — 4, 2 Et Iacob K; Et Iacobi CD; sancti C; revelent F. — 4, 3 sq. fehlen I. — Von 4. 4 springt F auf 20, 1 über. — Str. 5 fehlt L. — 5, 2 Cunctos propitius H. — 5, 3 Ut quos C. — 5, 4 absolve H. — 6, 1 Tunc L. — 6, 2 Alexander precatibus omnes C; Eustachius fortis cum sociisque suis L. — 6. 3 fehlt C; Georgius, Cosmas, Vitus, Wenceslaus, Adalbertus L. — 6, 4 miserendo A; Christo credentes protege martyr oves C. Dann springt C auf Str. 19 über. — Statt Str. 6 setzt I ein:

Norica regna tuens, Heimrame, precatibus omnes  
 Christo credentes protege, martyr, oves.  
 Istud coenobium coetumque tibi famulantur  
 Nostraque sanctificans cuncta fuere simul.

An eben dieser Stelle schiebt H drei Strophen auf Synesius und Theopontus ein. Vgl. Anal. XXIII, 84; D setzt an diese Stelle Str. 11 bis 14 auf Theodolus angewandt (Theodole summi miles) und Str. 14 auf Alban (Sancte Albane pater). — 7, 1 Qui sunt martyrio I. — 7, 2 Orent pro nostris criminibus variis I. — 7, 3 u. f. fehlen I, das sofort auf Str. 15 übergeht. — Vor Str. 8 drei Strophen auf Silvester eingeschaltet H; daran reihen sich Str. 11—13 inkl. auf Adrian angewandt (Adriane Dei miles); die weiteren Abweichungen von H siehe Anal. XXIII, l. e. — 8, 1 Urbanus, Damasus H. — Str. 9 fehlt L. — 9, 1 Ordo confessorum sacratus K. — 9, 2 Auxilio totos B. — 10, 2 Bachumius D. — 10, 3 Pertolius G; Pertolius D; Blasius pater, Augustinus, praesul amandus L. — 12, 1 perpetuo B. — 17, 2 gaudens D. — 18, 2 ferte iuvando polis D; milis C. — 18, 3 Iam vestris DL. — 18, 3 u. f. fehlen I. — 19, 2 sanctae vitae D; longe diu D. — Str 19 fehlt CFIL. — 20, 1 sq. zweimal. — 20, 1 mundi qui K. — 20, 3 sq. fehlen I. — 20, 1 Kyrie (Kyrie) pantoerator ysos sodisse tepantes AG; Kyrie pantoerator ysos sodisse te pantas B; Kyrie pantoerator ysosodisse te pantas CK; Kyrie pantoerator yson sodisse te pantos D; ysosodisse te pantos F; Kyrie

panton craton ysos sodisse te pantes H; ysos sodisse te pontos L. — 20, 2  
 Suba syleos ymon, Christe, eleyson ymas A; Su basyleos ymon, Christe,  
 eleyson ymas B; Su basileos imon, Christe, eleison imas C; Sub basiltos  
 ymon, Christe, eleyson ymas D; Sub asileos ymon G; Sub basileos ymon,  
 Christe, eleison ymas HL; Sub basileos ymon, Christe, eleyson ymas K. —  
 „Item eiusdem ad processionem diebus dominicis“ A; „Letania in dominicis  
 diebus“ G; „Dominicales Letaniae“ I. — Für die Feststellung des Textes  
 sind die nicht St. Gallischen Handschriften so gut wie wertlos; sie schildern  
 aber die liturgische Zersungenheit des Liedes. Vgl. bezüglich dieser Litanei  
 die Bemerkung Ekkeharts w. o. in der Vorbemerkung.

**192. (5.) Versus Hartmanni ad suscipiendum Regem.**

- Suscipe clementem, plebs devotissima, regem  
 Ducque canens Galli tecta sub alta pii.  
 Iam, benedice, veni, rector dignissime mundi,  
 Dextera te Christi protegat arce poli.  
 5 Actibus in cunctis tibi prospera cuncta superne  
 Proveniant votis et sine fine piis.  
 Hoc nos instanter rogitamus pectore fido,  
 Hoc petimus omnes nocte dieque simul.  
 Te nobis blandum dederat dilectio Christi,  
 10 Qui nosmet tanta sedulitate foves  
 Insita te nobis bonitas et sancta voluntas  
 Ante dedit carum, quam quoque visus eras.  
 Cernere nunc faciem liceat virtute nitentem,  
 Optio quod nostra saepe cupita fuit.  
 15 Rex, dominus regum, factor rectorque potentum,  
 Qui te terreno praetulit imperio,  
 Hic te confortet semper virtute polorum  
 Et secum regno laetificet populo.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381.

**193. (6.) In Susceptione Reliquiarum sancti Magni.**

1. Mire cunctorum Deas et creator,  
 Mitis et fortis solidator orbis,  
 Vota servorum tibi subditorum  
 Aspice clemens.
2. Pangimus clarum cupidi triumphum,  
 Mente gaudentes simul et precantes,  
 Sanctus ut praesens super astra gaudens  
 Nos benedicat.

3. Ille dum vita fruitur caduca,  
Lucis aeternae radios videre  
Visibus cordis stnduit sub imis  
Fretus ab altis.
4. Nomen hic Magni reserando plebi  
Viribus magnis colitur celebris,  
Auctus a Gallo superis amando  
Dogmate largo.
5. Hostis immitem domuit furorem,  
Pacis auctorem comitando suavem,  
Omnibus sanctae placidaeque vitae  
Normula factus.
6. Ille post clarum remanens magistrum,  
Eius exemplis inhians beatis,  
Turbidum mundi reprobans honorem  
Terrea spreuit.
7. Spiritu pauper fuit hic minister,  
Hinc et in regno micat ille dexter,  
Mitis exstabat, tenet atque terram  
Viva gerentem.
8. Fervido planctu simul hic dolebat,  
Inde solatum Dominus coronat  
Tristibus spretis lacrimisque tersis  
Perpete regno.
9. Famis, en, iustae pariterque sitis  
Damna perpessus fuit hic beatus.  
Unde divinis dapibus repletus  
Gaudet in astris.
10. Hic fuit clemens miserans misellos.  
Eius et iudex miseretur altus,  
Tota cum mundi species obibit  
Fine sub uno.
11. Corde nam mundo fuit atque puro,  
Hinc Deum clare meruit videre  
Filius summi simul et vocari  
Pacifer ipse.
12. Persecutorem toleravit iste,  
Iusta dum vovit Dominoque reddat,  
Inde caelestem merito decorem  
Possidet ipse.

13. Bis quater summis speciebus, ecce,  
 Praeditus splendet pater hic beatus,  
 Omnibus nobis veniam benignus  
 Conferat idem.
14. Inde nunc caeli rutilans in aula  
 Civis aeternae sociusque turmae  
 Nostra placatus pius et benignus  
 Crimina tergat.
15. Praestet hoc nobis genitor perennis  
 Natus et plenus patrii vigoris  
 Spiritus sancti moderante nostros  
 Lumine sensus.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381. — Von Schubiger, die Sängerschule St. Gallens, S. 38, doch ohne Angabe seiner Gründe Ratpertus zugeschrieben und auch von Dümmler, Neues Archiv IV, 542 (als Nr. X) unter Ratperti Gedichten aufgeführt. Bei Canisius, Lectt. Antiq. V, 750 als „Versus Ratperti de sancto Magno“.

**194. (7.) In Susceptione Reliquiarum sancti Magni.**

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Iam fidelis turba fratrum<br/>         voce dulci consonet,<br/>         Hymnum dicat et serena<br/>         partiatum dramata,<br/>         Dulce pondus et beatum<br/>         in lectica deferens.</p> <p>2. Scandens et descendes inter<br/>         montium confinia<br/>         Silvarum scrutando loca<br/>         valliumque concava,<br/>         Nullus expers ut locus sit<br/>         istius solaminis.</p> <p>3. Iamque caelum iamque terra<br/>         iamque pontus laudibus<br/>         Plaudant atque circumquaque<br/>         vox emissa plebibus<br/>         Auctorem patremque tanti<br/>         tamque clari luminis.</p> | <p>4. Hinc exsultent astra caeli<br/>         lacteusque circulus,<br/>         Signa tum bis sena saltent<br/>         et corona nobilis<br/>         Ornatusque totus soli<br/>         conditori cognitus.</p> <p>5. Nos istorum semper clara<br/>         consecuti munia<br/>         Sanctitati tantae cantu<br/>         personemus bombico,<br/>         Exaudire quod delectet<br/>         cuncti platen saeculi.</p> <p>6. His inceptis assit alma<br/>         felix et theotocos,<br/>         Assit Petrus, hunc sequatur<br/>         omnis atque apostolus,<br/>         Martyr et confessor atque<br/>         turba sancta virginum.</p> <p>7. Nunc redemptor et creator,<br/>         auctor veri gaudii,<br/>         Largiatur aptam nobis<br/>         virtutis fiduciam,<br/>         Ut sibi volendo digna<br/>         captemus perennia.</p> |
|--|--|

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381.

**195. (8.) In Susceptione Reliquiarum sancti Magni.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O rector invictissime<br/>Regumque sator inclite,<br/>Nostras preces cum carmine<br/>Intende nunc piissime.</p>            | <p>5. Nam spiritus ex sidere<br/>Haec creditur revisere,<br/>Gaudens honore provehi<br/>Quandoque reddendum sibi.</p>     |
| <p>2. Timenda res est denique,<br/>Praesumimus quam tangere,<br/>Artus et horum pandere,<br/>Quos tu besti in aethere.</p>       | <p>6. Nunc Magnus iste nomine<br/>Maiorque Christi munere<br/>Defendat alma gratia<br/>Plebis viantis pectora.</p>        |
| <p>3. Absterge nostra, quaesumus,<br/>Peccata, quae commisimus,<br/>Ut sancta membra tangere<br/>Non poena sit sed praemium.</p> | <p>7. Portamus, ecce, cernui<br/>Pignus decoris splendidi<br/>Nunc plana, nunc per aspera<br/>Ad sedis aptae culmina.</p> |
| <p>4. Adest fides promptissima,<br/>Spondens per ista munia<br/>Nos adiuvari certius;<br/>Discedat hinc iam perfidus.</p>        | <p>8. Hic civium caelestium<br/>Lux clara splendet obvia,<br/>Ac compares fidissimi<br/>Iunguntur ore nobili.</p>         |

9. Illic parentis gloriam  
Summique nati gratiam  
Cum claritate spiritus  
Laetis canamus vocibus.

Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 381.

**196. (9.) In Susceptione Reliquiarum sancti Magni.**

1. Christus ad nostras veniat camenas,  
Christus et vocem tribuat salubrem.  
Christus ad vitam vehat et perennem  
Se modulantes.
2. Audiatur nosmet chorus angelorum,  
Protegitur nos plebs et apostolorum,  
Patriarchae omnes simul et prophetae  
Luce perenni.
3. Martyrum turbas petimus serenas.  
Sanguinis palma pretioque claras.  
Vocis ut nostrae modulibus receptis  
Gaudia praestent.

4. Nunc sacerdotes monachosque claros  
Ad preces nostras cupidi vocamus,  
Nosmet ut semper foveant et nostra  
Pace suavi.
5. Virginum dulces nitidosque flores  
Semper in nostro petimus favore  
Esse praesentes simul et fugantes  
Noxia quaeque.
6. Omnium sane rutilus piorum  
Coetus ad nostram vigilet salutem,  
Invidum pellens rapidumque furem  
Munere Christi.
7. Christe, nunc servos miserare fidos  
Ob precem sanctae nitidaeque plebis,  
Inter hos Magni meritum recordans,  
Maxime iudex.
8. Per Crucem sanctam moderare nostram,  
Conditor, vitam tribuens quietam,  
Perditis culpa veniam rependens,  
Luminis auctor.
9. Pacis augmentum tribuas, rogamus,  
Utque salvemur, pariter precamur,  
Ac remittendi decus exhiberi  
Te miserante.
10. Aetheris blandos facilesque motus  
Frugis et largos remeare quaestus,  
Regibus vitam populisque pacem  
Da, pater orbis.
11. Praesuli nostro dominans faveto  
Huicque caelestem tribuens honorem  
Posthumum Petri facito perenni  
Laude beatri.
12. Agne, qui tollis facinus reorum,  
Conditor lucis, miserere nobis,  
Christe, nos audi, patris alme fili,  
Kyrie, eleison.



Nach Str. 1 schiebt C ein:

Virginum virgo meritis Maria  
Atque cum choris Michael novenis  
Digni cum dignis precibus Iohannis (Iohannes Hs.)  
Ferte iuvamen.

Da diese Str. in den St. Galler Quellen fehlt und die Chöre der Engel auch 2, 1 vorkommen, dürfte dieselbe spätere Zutat sein. — 2, 2 et fehlt C. — 3, 2 palmam C. — 3, 3 susceptis C. — 7, 1 miserere C. — 8, 3 repren- dens A. — 11, 2 que fehlt B. — In C der Rundreim: Exaudi, Domine, miseris miserere famulis; lies: famulis miserere? — „Dominica post ascensionem Domini ad processionem. Ut *Vita sanctorum* canitur.“ B.

### 197. (10.) In Susceptione Reliquiarum Sancti Magni.

R<sup>o</sup>. Carmina nunc festis psallamus rite choreis,  
Obvia laetantes pectora qui ferimus.

1. Aurea iam resonent redimitis carmina bombis,  
Quae variis mixtim vocibus aura ferat.  
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre.  
Ut decet in tali nunc patris obsequio.
2. Sic devota tamen pandamus ora canentes  
Pectore de puro hos referendo sonos:  
Istuc iam properans, Domini dilecte, propinqua.  
Quo tibi condigna corporis aula nitet.
3. Hic tibi perpetuis resonant concentibus aedes,  
Ossibus et sacris semper habetur honos,  
Dum laeti famuli celebrant hic festa benigni  
Laudibus instantes nocte dieque tuis.
4. Laetus ob hoc nostros blandusque invisito fines  
Atque pius servis auxiliare tuis;  
Iam nunc servitiis famulum consuesce tuorum  
Prosper et huc vultum flecte, serene, tuum.
5. Dirige corda pius et tempora dirige nostra  
Atque dies laetos ducere da famulos,  
Ut semper valeant tibimet cantare quieti,  
Te quoque caelesti cernere luce poli.
 Sarcina multorum, mihi quae crevere, malorum!  
 15 Sed quia peccantis potius bona quam mala quaeris,  
 Plusque tibi peccat, spem qui peccando relinquit,  
 Ad te confugio, tibi supplico confiteorque.  
 Parce, precor, miserere mei, miserere meorum,  
 Defuncti qui sunt et in hac qui luce, parentum.  
 20 Qui bona fecerunt mihi pro te, centupla redde,  
 Qui mala, convertens peccamina cuncta remitte,  
 Omnes hoc signo qui te venerantur et orant,  
 Dirige, sustenta, custodi, protege, salva.  
 Da, procul a nobis elatio sistat ut omnis,  
 25 Quo tibi submisso placeamus pectore semper.  
 Protege nos iugiter ventosae laudis ab aura  
 Et nobis dignas confer tibi solvere grates,  
 Invidiae maculam de mentibus ablue nostris  
 Infundens nobis ignem caelestis amoris,  
 30 Irae compescens stimulos fac nos patientes  
 Tristitiamque fugans in damnis spem retinentes.  
 Crimen avaritiae nobis dona fugiamus,  
 Ut pietatis opus placite tibi ferre queamus.  
 Ingluivem ventris nos vincere sobrietate  
 35 Luxuriaequae lucem casto concede pudore,  
 Ut per te mundi, per te quoque viribus aucti  
 Constantem vitam studeamus adire supernam.

Opera ms. Fulberti saec. [12. 11. in. et] 17. Cod. Parisin. 2872. A. — De Villiers fol. 177 b. B. — 20 fecerunt bis per te centupla B. — 21 remittis B. — 25 submissi placeamus pectore puro B. — 26 ventosa B. — 33 placide A. —



215. (5). In Resurrectione Domini.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Chorus novae Ierusalem<br/>Novam meli dulcedinem<br/>Promat colens cum sobriis<br/>Paschale festum gaudiis.</p>      | <p>4. Triumphat ille splendide<br/>Et dignus amplitudine,<br/>Soli polique patriam<br/>Unam fecit rempublicam.</p> |
| <p>2. Quo Christus, invictus leo,<br/>Dracone surgens obruto,<br/>Dum voce viva personat,<br/>A morte functos excitat.</p> | <p>5. Ipsum canendo supplices<br/>Regem precemur milites,<br/>Ut in suo clarissimo<br/>Nos ordinet palatio.</p>    |
| <p>3. Quam devorarat improbus,<br/>Praedam refundit tartarus,<br/>Captivitate libera<br/>Iesum sequuntur agmina.</p>       | <p>6. Per saecula metae nescia<br/>Patri supremo gloria<br/>Honorque sit cum filio<br/>Et spiritu paraclito.</p>   |

Hymn. ms. Moissiacense saec. 10. ex. Cod. Rossian. VIII 144. A. — Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. B. — Brev. ms. Sangallense saec. 11. Cod. Sangallen. 387. C. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a V 24. D. — Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Clm. Monacen. 23037. E. — Brev. ms. Engelbergense saec. 12. Cod. Engelbergen. 42. F. — Brev. ms. Baiocense saec. 13. Cod. Capit. Baiocen. 73. G. — Brev. ms. Pataviense(?) saec. 13. Cod. Hilarien. III. H. — Psalt et hymn. ms. Portae Mariae Virginis in Axpach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. I. — Collectar. et Capitular. ms. Hilariense saec. 14. Cod. Hilarien. 48. K. — Hymn. ms. Pragense(?) saec. 14. in. Cod. Vindobonen. 15108. L. — Hymn. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Carolsruhan. Pm. 47. M. — Brev. ms. Tegurinum saec. 14. Clm. Monacen 19302. N. — Psalt. et hymn. ms. Buribergense anni 1395. Clm. Monacen 23101. O. — Sequent. et hymn. ms. Emmeramense saec. 15/16. Clm. Monacen. 14667. P. — De Villiers fol. 184 a.

1, 2 Nova meli dulcedine BDH; Nova mellis dulcedine L. — 1, 3 Promat edens cum A. — 2, 1 invivietus B. — 2, 2 obruta B. — 2, 3 viva voce BE. — 3, 2 Praedam refudit BDEGHOP. — 3, 3 Captivitate B. — 4, 2 Et dignis L; Qui dignus O. — 4, 4 Una fecit A. — 5, 1 Ipsum canendo D. — 5, 4 hordinet A. — 6, 1 saecula mente nescia LP. — 6, 3 Honor virtus cum L. — 6, 4 Sancto simul paraclito L.

Dieser Hymnus wird Fulbert zugeschrieben in der Chronik des Martinus Oppavien. (al. Martinus Polonus): „His temporibus floruit Fulbertus, Carnontensis episcopus, qui inter alia laudabilia *Stirps Iesse* et *Solem iustitiae* et *Chorus novae Ierusalem* composuit.“ Mon. Germ. SS. XXII, 466. Auf dies Zeugnis beruft sich G. Fabricius, Comment. p. 57., von dem vermutlich wieder G. Cassander abhängig ist (Hymn. eccles. 1556 p. 183). Das Zeugnis des Polonus gewinnt an Glaubhaftigkeit, weil es den Hymnus zusammen mit Antiphonen nennt, die auch sonst Fulbert zugeschrieben werden.

216. (6). De Spiritu Sancto.

1. Organum mentis tibi, quaeso, nostrae  
Temperans plectro moderare linguae.  
Cuius ad laudem cupide movemur,  
Spiritus alme.

2. Tu Dei patris genitricae pura  
Caritas, qua se pariter benigne  
Confovent et, quae bona audit auctor  
Esse creata.
3. Tu fidem spiras, sacra iura dictas,  
Gratiae largus venia reperta,  
Victor errorum, probe veritatis  
Testificator.
4. Cum venis, culpam lacrimae sequaces  
Diluunt, vitae recalescit ignis,  
Atque compuncti cremat ara cordis  
Tus pietatis.
5. Gloriam trinae monadi canamus.  
Cum Deo divae genitore poli  
Flamini nec non ab utroque fuso  
Corde fideli.

Opera ms. Fulberti saec. [11. in. 12. et] 17. Cod. Parisin. 2872. A. —  
De Villiers fol. 184 a. B. —

**217. (7). In Nativitate B. M. V.**

1. Solem iustitiae, regem paritura supremum,  
Stella Maria maris hodie processit ad ortum;  
Cernere divinum lumen gaudete, fideles.
2. Stirps Iesse virgam produxit virgaque florem,  
Et super hunc florem requievit spiritus almus;  
Virgo Dei genetrix virga est, flos filius eius.
3. Ad nutum Domini nostrum ditantis honorem  
Sicut spina rosam genuit Iudaea Mariam,  
Ut vitium virtus operiret, gratia culpam.

De Villiers fol. 177 b. A. — Brev. ms. Dominican. saec. 14. [et 15].  
Cm. Monacen. 23154. B. — Collect. ms. Franciscan. Parisien. saec. 15/16.  
Cod. Parisin. 3639. C. — 1, 2 nobis processit C. — In B bilden diese Verse  
die dritten Responsorien der drei Nokturnen zum Feste der Geburt Mariens  
u. z. 1 in der dritten, 2 in der ersten, 3 in der zweiten Nokturn. Betreffs  
der Autorschaft Fulberts vgl. das beim Hymnus *Chorus novae Ierusalem*  
Gesagte.

**218. (8). De sancto Carauno.**

1. Carus abunde, Caraune, nites  
Idque vocamine significas;  
Lyricos ideo  
Tibi versiculos  
Canimus hilares  
Et amore pio,  
Tu, pie martyr.  
Posce nobis veniam.

2. Roma superba suis titulis  
 Hunc genitoribus eximum  
 Tulit ingenii  
 Validi puerum,  
 Animo facilem,  
 Specie nitidum;  
 Tu quoque, martyr,  
 Posce nobis veniam.

De Villiers fr. 181. b. — Auf dies Bruchstück eines Caranus-Hymnus folgt ohne Überschrift ein anderes Gedicht mit dem Anfange *Prandia lauta modum*: in dem Abdrucke bei Migne ist aus den beiden disparaten Stücken eines gemacht.

219. (9). De sancto Martino.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Inter patres monastici<br>Vel clericalis ordinis<br>Martinus est virtutibus<br>Insignis et miraculis.        | 5. Mox fonte caeli roscidus,<br>Sancto repletur spiritu<br>Divoque fretus numine<br>It ut potens apostolus.        |
| 2. Non quilibet de pluribus.<br>Sed ille solitarius<br>Primo, dehinc Turonicae<br>Praesul paterque patriae.     | 6. Confutat ortas haereses.<br>Iussu repellit daemones,<br>Leprae medetur osculo<br>Et mortuis precario.           |
| 3. Directa quem prudentia<br>Fortisque temperantia,<br>Quin universa sanctitas<br>Ornavit, hoc est caritas.     | 7. Quid igne rapto caelitus<br>Cremasse fana funditus<br>Gravesque moles per fidem<br>Hunc transtulisse praedicem, |
| 4. Is pauperi quam dividit,<br>Se veste Christus induit,<br>Dans signa tantae gratiae<br>Necdum renato cernere. | 8. Dedisse caecis sidera,<br>Sentire surdis organa<br>Mutisque praecinentibus<br>Aptasse claudos saltibus?         |

9. Quot gesserit huiusmodi  
 Miraculorum milia,  
 Fugit ligari calculo  
 Velut suburra pontica.

Opera ms. Fulberti saec. 11. in. [12. et 17.]. Cod. Parisin. 2827. A. — Brev. ms. Maioris Monasterii saec. 13. Cod. Turonen. 153. B. — Brev. ms. Lirensis saec. 14. in. Cod. Ebroicen. 119. C. — Brev. ms. S. Vincentii Cenomannen. saec. 15. Cod. Semin. Cenomannen s. n. D. — De Villiers fol. 176b. E. —

1. 1 patres monachalis E. — 1, 3 sq. Virtutis excelentia | Martinus [est] notabilis E. — Str. 2 fehlt C. — 2 3 Primo deinde E. — 3. 1 Diserta quem E — 5. 1 roscido DE. — 5, 2 repletus E: replente D. — 5. 4 Id ut B; Et ut E. — 6. 3 Medetur leprae E. — De Villiers bezeichnet dieses Lied als „Prosa de divo Martino:“ die Bezeichnung ist unzutreffend, da das Stück ein metrisch gebauter Hymnus ist.

**220. (10). Prae Gaudio Pacis.**

1. Sanctum simpliciter Patrem cole,  
pauperum caterva,  
Quantumque nosti, laudibus honora,
2. Ad normam redigit qui subdita  
saecla pravitati,  
Potens novandi sicut et creandi
3. Et, grave damnate, longi tibi  
subvenit laboris  
Opem ferendo pacis et quietis.
4. Iam proceres legum rationibus  
ante desueti,  
Quae recta discunt, strenue capessunt.
5. Praedo manum cohibet furcae memor,  
et latrone coram  
Inermis alte praecinit viator,
6. Dente saturnali restringitur  
evagata vitis  
Cultuque tellus senta mansuescit.
7. Gaudet lancea falx, gaudet spata  
devenire vomer,  
Pax ditat imos, pauperat superbos.
8. Salve, summe pater, fer et omnibus  
integram salutem,  
Quicumque pacis diligunt quietem.
9. At, qui bella volunt, hos contere  
dextera potenti,  
Tradens gehennae filios maligni.

Opera ms. Fulberti saec. 11. in. [12 et 17]. Cod. Parisin. 2872. A. — Ibidem 2<sup>o</sup> manu saec. 17. B. — De Villiers fol. 182a. C. — 2, 3 Potens novandi B. — 3, 1 Et grave dam nati B; Et gratia damnati C. — 4, 3 recte BC. — 9, 1 Et qui AC. — 9, 3 Tradens C.

**221. (11). Oratio pro Rege.**

Regum princeps atque virtus,  
cuius nutu maria  
Caelum gyrat, terra perstat,  
disponuntur saccula,

Regi Ruodberto, nato  
stirpe nobilissima,  
Sic domare des superbos  
et subiectis parcere,  
Ut hic regnans gloriosus  
quondam vivat aethere.

De Villiers fol. 177a. — 2 cuius nutu mundi. — 5 Regi Roberto. —  
10 vivat in aethere.

**222.** (12.) **Kyrie rex genitor.**

1 a. Kyrie, rex genitor  
ingenite,  
vera essentia  
eleison.

1 c. Kyrie, qui nos tuae  
imaginis  
signasti specie  
eleison.

De Villiers fol. 182b. — Vgl. dies Kyrie farcie Anal. XLVII. 75 sqq.  
Das Alter der Quelle A schließt Fulberts Antorschaft nicht aus, da es als  
saec. 10. ex bezeichnet wird, eine Wertung, die ohnehin nur auf paläo-  
graphischer Abschätzung ruht.

## Heribertus a Rothenburg.

Episcopus Eistadiensis.

† 1042.

Heribert, der Eichstädter Überlieferung zufolge aus dem Geschlechte der Grafen von Rothenburg a. T. entsprossen und verwandt mit dem gleichnamigen Erzbischofe von Köln, studierte in Würzburg, ward Dombherr und 1021 Bischof von Eichstädt. Als solcher reduzierte er sein Kapitel von 70 auf 50 Kanoniker, entfaltete eine große Bautätigkeit und war bemüht, den Verlust, welchen die Errichtung des Bamberger Bistums seinem Sprengel zugefügt, zu ersetzen. Konrad II. war bereit, ihm die Abtei Neuburg a. D. zu überweisen, wenn er den Sitz des Bistums verlegen und die Gebeine des hl. Willibald dahin überführen wolle. Ein plötzlicher Sinneswechsel des Kaisers verhinderte die Ausführung des Planes und alterierte den Bischof derart, daß er auf der Rückkehr vom kaiserlichen Hoflager in Freising erkrankte und den 24. Juli 1042 verschied. — Vgl. über ihn: Anonymus Haserensis, *De episcopis Eistetensibus* (ed. Bethmann) Mon. Germ. SS. VII, 261 sqq. — Gretzer, *Catalogus episcoporum Eistetensium, Ingolstadii 1617*. — Strauss, *Viri scriptis, eruditione ac pietate insignes, quos Eichstadium vel genuit vel aluit. Eichstadii 1790*.

Unsere Kenntnis von der Tätigkeit Heriberts als Hymnendichter ruht auf den detaillierten Angaben des nur wenig jüngeren Anonymus von Haserichth (Herrieden): er lebte unter Bischof Gundekar II. († 1075). Derselbe schreibt in dem schon erwähnten Lebensabrisse: „Hic Herbipoli in-  
ntritus, edoctus, egregia dietandi dulcedine in tantum enituit, ut tunc temporis hac in arte nulli secundus fuerit. Hic spiritu sancto afflatus sex hymnos pulcherrimos composuit: unum de sancta cruce: *Salve crux sancta*; alterum de sancto Willibaldo: *Mare, fons, ostium*; tertium de sancta Walpurga: *Ave, flos virginum*; quartum de sancti Stephani Inventione: *Deus decorum Domine*; quintum de sancto Laurentio: *Conscendat usque sidera*; sextum de omnibus sanctis: *Omnnes superni ordines*. De sancta Maria vero fecit quinque intimas orationes, quarum omnium commune initium est: *Ave, Maria, gratia plena*. Fecit etiam duas has initiatas [?] modulationes: „*Adverte, omnes populi*“ et „*Peccatores, peccatrices quandam*.“ Mon. Germ. l. c. p. 261. Die sechs genannten Hymnen sind uns erhalten; die Mariengebete und die beiden letztgenannten Stücke kennen wir nicht. Soviel aber scheint gewiß, daß sie nicht in den Kreis der Hymnendichtung fielen. Wir beobachten, daß die Hymnen Heriberts, namentlich Nr. (4) und (6) in den Brevieren verschiedentlich gekürzt wurden; es ist daher nicht ausgeschlossen, daß wir von einigen nicht den vollen Text besitzen.

223. (1.) De sancta Cruce.

1. Salve, crux sancta, salve, mundi gloria,  
Vera spes nostra, vera ferens gaudia,  
Signum salutis, salus in periculis,  
Vitale lignum, vitam portans omnium.
2. Te adorandam, te crucem vivificam  
In te redempti, dulce decus saeculi,  
Semper laudamus, semper tibi canimus,  
Per lignum servi, per te, lignum, liberi.
3. Originale crimen necans in cruce,  
Nos a privatis. Christe, munda maculis,  
Humanitatem miseratus fragilem  
Per crucem sanctam lapsis dona veniam.
4. Protege, salva, benedic, sanctifica  
Populum cunctum crucis per signaculum,  
Morbos averte corporis et animae,  
Hoc contra signum nullum stet periculum.
5. Laus Deo patri sit in cruce filii,  
Laus coequali sit sancto spiritui,  
Civibus summis gaudium sit angelis,  
Honor in mundo sit crucis inventio.

Hymn. ms. Bobbiense saec. 11. Cod. Vatican. 5776. A. — Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109. B. — Hymn. ms. S. Sophiae Benevent. saec. 11. Cod. Neapolitan. VI E 43. C. — Hymn. ms. Anglicanum saec. 11. Cod. Londinen. Vesp. D XII. D. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunten. 18. E. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a V 24. F. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12/13. Cod. Graecen. 1237. G. — Psalt. et hymn. ms. Mosacense saec. 13. Cod. Archiep. Utinen. 8<sup>o</sup> 20. H. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 13/14. Cod. S. Danielis 166. I. — Brev. ms. Gorziense saec. 14. in. Cod. Spinalien. 204 (97). K. — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. ex. Clm. Monacen. 14771. L. — Brev. ms. Zagrabiense saec. 15. Cod. Cathed. Zagrabien. VII 6. 115. M. — Breviarium Eistetense imp. s. I. et a. N. — Breviarium Eistetense imp. s. I. 1483. O.

Ferner Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Clm. Monacen. 23037. — Brev. ms. Emmeramense saec. 13/14. Clm. Monacen. 14741. — Psalt. et hymn. ms. Ostroviense anni 1174. Cod. Cap. Pragen. A 57. add. saec. 14. in. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen VI F 12 a. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 14. in. Cod. Graecen. 789. — Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F. 23. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV E 13. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII F 14. — Psalt. et hymn. ms. Portae Mariae V. in Axpach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. — Psalt. et hymn. ms. Olomneense saec. 14. Cod. S. Iacobi Brunen. 33. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12. — Psalt. et hymn. ms. Buribergense anni 1395. Clm. Monacen. 23101. — Brev. ms. Hanussii de Colowrat anni 1470. Cod. Capit.

Prahen. P 11. — Psalt. et Antiph. ms. S. Petri Erphesfordien. anni 1481. Cod. Rosenbergen. 62. — Brev. ms. FF. Teutonicorum anni 1498. Cod. Mus. Bohem. XII G 17. — Breviarium Coenobii S. Mariae Suessionen. imp. Parisiis 1533.

1, 2 vera mundi gaudia B. — 1, 4 portans hominum M. — 2, 1 vivificandam K. — 2, 4 per te sumus liberi K. — Nach Str. 2 häufig „Divisio“, u. a. G. — 3, 3 liberatus fragilem A. — 4, 1 salvifica G. — 4, 3 Virtutes auge, vitia cuncta preme B. — 4, 4 Concordes serva, rebelles pacifica B. — 5, 1 Laus Deo patri, laus in cruce AIKO; Sit Deo patri laus in cruce BCFGH; Sit trinitati laus in cruce M. — 5, 2 Sit coequalis laus sancto ACFGHIK, gegen den Reim; Sit coequali laus sancto B; Sit coequalis laus semper spiritui E; Laus coequalis sit sancto M; Laus coequali, laus semper spiritui O. — 5, 4 crucis sit ABFGK; statt „inventio“ häufig „exaltatio“; häufig „ad libitum“ daneben.

Dieser Hymnus steht auch in Cod. Carnoten. 162. saec. 12 fol. 250 b mit der Angabe; „Versus Henrici imperatoris de sancta cruce;“ gemeint ist Heinrich II. Dieselbe Bemerkung wiederholt Cod. Alexandrin. 93. I (Acta SS. ms. Constantini Caietani) t. 22: „Hymnus Henrici regis in festo inventionis sanctae crucis.“ Am Schlusse: Excerptum ex antiquo breviario nostrae bibliothecae (d. h. Monte casinos) ante annos septingentos scripto.“ So interessant diese Angabe und so frappant die Übereinstimmung der beiden Quellen ist, die bestimmten Angaben des Anonymus Haserensis schliessen die Autorschaft Heinrichs aus.

#### 224. (2.) De sancto Willibaldo.

1. Mare, fons ostium atque terrarum,  
Deus, tu omnium caput bonorum,  
A te bona fluunt, ad te recurrunt.
2. Longe ab insulis pars bona maris  
Ad fontem rediit teque requirit,  
Iesu, viventium fontem aquarum.
3. Maris fons est Deus, pars Willibaldus,  
Quem procul patriis sitit ab oris,  
Cervi more suum tendit ad haustum.
4. Anglorum insulae felix alumne,  
Nos prece sedula dignos fac aqua,  
Quam quisquis biberit, sitim post nescit.
5. Mundos baptismate fraudes iniquae  
Semper inficiunt maleque mergunt  
Per stagnum criminis in poenam mortis.
6. Sed tuis precibus omnes rogamus  
De saeva eripi noxa Charybdis  
Tangentes lacrimis portum salutis.
7. Laus tibi, trinitas, laus et potestas,  
Te laudant flumina, caeli ac terra,  
A mari ad mare laus sit hac die.



Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Cod. Vindobonen. 1826. A. — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. ex. Clm. Monacen. 14771. B. — Brev. Eistettense imp. s. l. et a. C. — Brev. Eistettense imp. s. l. 1483. D. — 5. 1 fraudes fehlt C. — 5, 2 malosque mergunt B. — Vgl. Anal. IV. 174. Dieser und der folgende Hymnus sind auf Melodie und Schema des Nikolaus-Hymnus *Plaudat laetitia lux hodierna* gedichtet. Letzterer ist der ältere: er verbindet Metrum und Reim, während die Hymnen Heriberts rhythmisch sind.

**225. (3.) De sancta Walpurga.**

1. Ave, flos virginum, soror magnorum  
Fratrum Willibaldi et Wunibaldi,  
Ave, virginei sponsa decoris.
2. Inter innumeros, quos misit sanctos,  
Te lectam genuit lectamque misit  
Florem angelicum Anglia mater.
3. Te mater Domini, mater et virgo,  
Choreis virginum virginem iunxit  
Filioque suo sponsam dicavit.
4. Ingressa thalamum regis caelorum  
Audis angelicum carmen iucundum:  
Intra, virgo, tui gaudium sponsi.
5. Laus tibi, trinitas, laus et potestas,  
Te laudant virgines quinque prudentes,  
Te oret pro nobis virgo Walburgis.

Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI F 12. A. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VII G 7. B. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. Cod. Pragen. XII G 11. C. — Brev. Eistettense imp. s. l. et a. D. — Brev. Eistettense imp. s. l. anno 1483. E. — Ferner: Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. [12 13. et] 13. Cod. Pragen. XII E 5 — Hymn. et Antiph. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. Cod. Pragen. XII E 15 c. — Diurn. ms. Pruvningense saec. 14. Cod. Alto-vaden. X.

2. 2 Electam genuit lectamque A; Te laetam genuit laetamque BDE. — 5, 3 Walburga B; Walpurgis D. — Cfr. Anal. IV, 256.

**226. (4.) In Inventione s. Stephani.**

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Deus, deorum domine,<br/>Rex sempiternae gloriae,<br/>Rex invictorum militum,<br/>Carmen exaudi supplicum.</li> <li>2. Terra tegens absconditum<br/>Dulcis thesauri pretium<br/>Invento protomartyre<br/>Mundo reddit spem gratiae.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>3. Omnes devoti martyres,<br/>Laudate protomartyrem,<br/>Vestris dignus est laudibus<br/>Vestri dux belli praevious.</li> <li>4. Donatur primus laurea<br/>In acie dominica,<br/>Quem prostratum lapidibus<br/>Dei assumpsit filius.</li> </ol> |
|--|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>5. Iam, protomartyr Stephane,<br/>Preces devotas accipe,<br/>Quibus per te nos quaesumus<br/>Deo placari caelitus.</p> | <p>7. Vosque iuncto Nicodemo,<br/>Gamaliel et Abibon,<br/>Pro sine fine excessibus<br/>Finem non date precibus.</p> |
| <p>6. Quem pro persecutoribus<br/>Exaudiebat Dominus,<br/>Et pro tuis supplicibus<br/>Exaudiet propitius.</p>             | <p>8. Deo patri sit gloria<br/>Eiusque soli filio<br/>Cum spiritu paraclito<br/>Et nunc et in perpetuum.</p>        |

Collect. ms. Benedictoburanum saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Clm. Monacn. 4608. A. — Brev. ms. S. Georgii Pragen saec. 14. in. Cod. Pragen. I G 17. B. — Hymn. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. XII E 15 a. C. — Hymn. ms. S. Mariae Magdalenae Claustroneoburgen. anni 1336. Cod. Claustroneoburgen. 1000. D. — Brev. ms. Chimense (?) saec. 14. Cod. Vindobonen. 1893. E. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. 384. F. — Brev. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Lambacen. CLXXIV. G. — Brev. ms. Claustroneoburgense saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1199. H. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. XI 416. I. — Collect. ms. Brigittinum(?) saec. 15. Cod. Praedicat. Vindobonen. 282. K. — Brev. ms. S. Iacobi Viennen. saec. 15. Cod. Praedicat. Vindobonen. 70. L. — Brev. ms. Claustroneoburgense saec. 15. Cod. Claustroneoburgen. 1189. M. — Brev. et Orat. ms. S. Andreae ad Traisam saec. 15. Cod. Ducumburgen. 85. N. — Brev. ms. Hospitalense saec. 15. Cod. Paulan. 26. 1. 25 (ol. Hosp. memb. 122). O. — Brev. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Admunten. 874. P. — Brev. ms. Claustroneoburgense saec. 15. ex. Cod. Claustroneoburgen. 1169. Q.

ABC haben nur die Str. 1, 5, 7. — 1, 1 Deus, tuorum domine, HKLMQ. — 1, 4 Exaudi carmen K. — 2, 3 In ventre protomartyre D. — 3, 4 Nostri dux KL. — 4. 1 Coronatur K; primus fehlt N. — 5, 1 Nam protomartyr C; Nunc protomartyr BC. — 5. 4 Deo placere LN. — 7, 1 Vosque que K. — 7. 2 Abiban K. — 7, 3 Pro sine sine BC. — 7, 4 Finem nobis date K; Non date finem N. — Der Hymnus ist der einzige unter den sechs, der sich im gedruckten Eichstätter Brevier nicht findet.

### 227. (5.) De sancto Laurentio.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Conscendat usque sidera<br/>Caelique pulset intima<br/>Vox atque cantus omnium<br/>Te Deum collaudantium.</p>    | <p>3. Qui superatis ignibus<br/>Et impiis tortoribus,<br/>Devictis saevis hostibus<br/>Nunc gaudet in caelestibus.</p> |
| <p>2. Adest namque festivitas<br/>Et dies venerabilis,<br/>In quo caelum pro meritis<br/>Laurentius ingressus est.</p> | <p>4. Ipse dignetur Dominum<br/>Rogare clementissimum,<br/>Ut ab aeternis ignibus<br/>Nos salvet et daemonibus.</p>    |
5. Deo patri sit gloria  
Eiusque soli filio  
Cum spiritu paraclito  
Et nunc et in perpetuum.

Hymn. ms. Veronense saec. 11. Cod. Capit. Veronen. 109 (102). A. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunt. 18. B. — Brev. ms. Superioris Althae saec. 11/12. Clm. Monacen 9633. add. saec. 12. C. — Psalt. et hymn. ms. Mosacense saec. 12/13. Cod. Archiep. Utinen. Fol. 18. D. — Brev. ms. Lambacense saec. 13/14. Cod. Lambacen. CLXXVII. E. — Brev. ms. Emmeramense saec. 13/14. Clm. Monacen. 14741. F. — Brev. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. I G 17. G. — Hymn. et Ant. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. XII E 15 c. 11. — Brev. ms. Saublasianum saec. 14. Cod. Paulan. 25. 2. 34 (Saubl. memb. 50). I. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV G 13. K. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixinen. s. n. L. — Brev. ms. Iohannis, plebani in Richnow Bohemicali anni 1485. Cod. Altovaden. 98. M. — Breviarium Eistettense imp. s. l. et a. N. — Breviarium Eistettense imp. s. l. 1483. O.

Ferner: Brev. ms. Gluniacense saec. 12. [et 14.] Cod. Lincen. T p 19. — Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F 23. — Brev. ms. Pragense saec 14. [et 15.] Cod. Pragen. VI F 12 a. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 b. — Brev. ms. Hanussii de Colowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. — Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Capit. Pragen. O 83. — Psalt. et Antiph. ms. S. Petri Erphesfarten. anni 1481. Cod. Rosenbergen. 62. — Diurn. et hymn. ms. Benedictin. Suevic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. — Brev. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Salisburgen. V 1. I. 257. — Brev. ms. S. Michaelis Hildeshemen. saec. 15. (Privatbesitz). — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. Clm. Monacen. 14771. — Brev. ms. Gorziense saec. 14. in. Cod. Spinalien. 204 (97). — Brev. ms. Canon. August. saec. 15. Clm. Monacen. 23101.

1, 4 Te, Deus I. — 2, 3 In qua AL. — 3, 3 Sacris devictis G. — 4, 4 Salvete nos K. — In L aut Vincentius

## 228. (6.) De Omnibus Sanctis.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Omnes superni ordines,<br/>Quibus dicatur hic dies,<br/>Mille milleni milies,<br/>Vestros audite supplices.</p> <p>2. Primum virtutes igneae,<br/>Mox repletæ scientiæ,<br/>Exin iuvate nos prece,<br/>Sessiones dominicæ.</p> <p>3. Tum vos, caelestes Domini<br/>Et principes praevalidi<br/>Potentiaque praediti,<br/>Estote nobis placidi.</p> <p>4. Hinc ditati virtutibus<br/>Vosque tremendi nutibus<br/>Et fulgurosi vultibus,<br/>Christi favete plebibus.</p> <p>5. Omnes, quos Dei gratia<br/>Ab hac exemit patria<br/>Bona donans caelestia,<br/>Nostra laxate crimina.</p> | <p>6. Tu pater assis Abraham,<br/>Claram regens prosapiam,<br/>Cum ipsis necessariam<br/>Nobis precando veniam.</p> <p>7. Tandem. David, hymnidicis<br/>Hinc inde stipatus choris,<br/>Pulcher coronis regiis,<br/>Cunctis succurre miseris.</p> <p>8. Sacer, adesto flagitans,<br/>Coetus futura praedicans,<br/>Nobis Christum concilians.<br/>In caelo iam tripudians.</p> <p>9. Omnes, dum carnem induit,<br/>Quos Christus praesens docuit<br/>Quosque absentes imbuit,<br/>Erigite, quod corrui.</p> <p>10. Hinc posce, Dei genetrix,<br/>Omnisque carnis domitrix,<br/>Ut cesset culpa perditrix,<br/>Et plebs salvetur debitrix.</p> |
|---|--|

- |  |   |
|--|---|
| 11. Nostros. superne claviger,<br>Et novae pacis legifer<br>Omnisque Christi crucifer,<br>Actus mundate pariter. | 12. Nunc omne sacerdotium,<br>Primus ordo pontificum.<br>Clerum docendo subditum<br>Fletum tergite supplicum. |
|--|---|
13. Istud concede, trinitas  
 Et indivisa unitas,  
 Domus regens pacificas  
 Aetates per interminas.

Collect. ms. Sangallense saec. 12. [et 14.] Cod. Sangallen. 18. A. — Brev. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 418. B. — Psalt. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 438. C. — Brev. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 526. D. — Legend. ms. Alderspacense saec. 10. Clm. Monacen. 2531. add. saec. <sup>11/12</sup>. E. — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. ex. Clm. Monacen. 14771. F. — Psalt. et hymn. Buribergense anni 1395. Clm. Monacen. 23101. G. — Hymn. ms. incertae orig. saec. 15. Cod. Stuttgartien. 16101 (nach Mone III, 13). H. — Antiph. ms. Sangallense saec. 15. Cod. Sangallen. 529. I. — Hymn. ms. Cellae S. Mariae in Austria saec. 15. Cod. Campolilien. 15. K. — Brev. ms. Eistettense imp. s. l. et a. L. — Brev. Eistettense imp. s. l. 1483. M.

Der ganze Text nur in ACH; B hat 1. 2. 4. 6. 10. 11.; D hat 1. 2. 4. 6. 10. 11. 12. 13.; E hat 1. 2. 6. 10 und Doxol.: *Deo patri*; F hat 1. 2. 4. 6. 10 ohne Doxol.; G hat 1. 2. 4. 10. 6 und Doxol.; I hat 1. 5. 6. 8. 12. 11. 13.; LM haben 2. 4. 6. 10 und Doxol.

1, 2 haec dies BCH. — 1, 3 millenis B: Milleni mille milies D; Mille in milies I. — 1, 4 Nostros F. — 2, 3 Exhinc CD: Exinanite nos (a. R: Exin iuvate) B. — 2, 4 Sessionis G. — 3, 1 Cum vos H; Dum vos C. — 3, 3 praedici H. — 4, 1 dicati H. — 4, 2 tremendis D: mutibus M. — 4, 3 fulgurosis CD. — 4, 4 fovete (a. R. favete) B: precibus BF. — 5, 2 dans CI. — 6, 2 Claram gerens FGILM. — 6, 4 Nobis donando E. — 7, 2 chorus CH. — 8, 2 Caecus futura H. — 8, 3 conciliens H. — 9, 2 Christe A. — 9, 4 qui corruit ACH. — 10, 1 Nunc posce ACI; Hoc posce D; Tu paseis Dei B. — 10, 3 cessat BH: culpa B. — 10, 4 salvatur BI; solvatur AC. — 11, 1 supreme clavier A; Pater adesto clavier BF; Sacer adesto clavier CELM; Sacer adesto claviger DG. — 12, 1 Hinc omne C. — 12, 4 Fletus D. — 13, 3 regnas H.

## Odilo de Mercoria,

Abbas Cluniacensis,

† 1048.

Odilo, der dritte Sohn Beralds von Mercoeur und seiner Gemahlin Gerberga, erblickte das Licht der Welt 962. Er studierte zu St. Julien de Brioude und ward Kanoniker daselbst. Wilhelm Abt von St. Benigne zu Dijon wufste ihn für das Mönchtum zu gewinnen und Majolus von Cluny nahm ihn in seine Abtei auf. Schon bald darauf liefs dieser, die Last des Alters empfindend, Odilo zu seinem Coadjutor, den 11. Mai 994 zum Abte wählen. In Odilo wiederholt sich die rastlose Tätigkeit Odos. Unter ihm greift die Reform nach Deutschland und Spanien hinüber, erreicht Cluny den Höhepunkt innerer Tüchtigkeit und äufserer Machtstellung. Mit den Päpsten seiner Zeit von Gregor V. bis zu Clemens II. steht er in fortwährendem Kontakte, häufig in persönlichem Verkehre. Ebenso zu den Kaisern sächsischen und salischen Stammes, zu Otto III. und Heinrich II., zu Konrad II. und Heinrich III. Innige Freundschaft verband ihn mit der hl. Kaiserin Adelheid, deren Leben er beschrieb, die er durch ein kirchliches Offizium verherrlichte. Im Jahre 998 führte er das Fest Allerseelen in der Obedienz von Cluny und damit in der Christenheit ein; 1032 ernanute ihm Johann XIX. *motu proprio* zum Erzbischofe von Lyon und übersandte ihm das Pallium; aber Odilo lehnte die angetragene Würde beharrlich ab, und auch das Mißvergnügen des Papstes machte ihn in seinem Entschlusse nicht wankend. Im Jahre 1046 unternahm der Abt von Cluny seine letzte Romreise — es war die neunte — wohnte der Wahl und Krönung des Papstes Clemens II. (des Bischofs Suidger von Bamberg) sowie der Kaiserkrönung Heinrichs III. bei. Willens heimzukehren verunglückte er den 13. Januar 1047 durch einen Sturz vom Pferde. Im Oktober 1048 begab er sich zur Visitation in das Priorat von Souvigny (Bourbonais) und starb daselbst den 31. Dezember desselben Jahres. Er ward später im linken Nebenschiffe der Kirche an der Seite seines Vorgängers Majolus beigesetzt, dessen Officium er verfaßt, den er in Hymnen verherrlicht hatte. Vgl. Jotsaldus, *Vita Odilonis*, *Bibl. Cluniacen.* 329 sqq.; Ringholz, *der hl. Abt Odilo*, Brünn 1885; Sackur, *Die Cluniacenser I*, 300 ff.; Jarret, *Saint Odilon*, Lyon 1898.

Die literarische Hinterlassenschaft Odilos ist nicht groß. Zu ausgebreiteter literarischer Tätigkeit mußte dem Vielbeschäftigten die nötige Muße fehlen. So sind uns auch nur wenige Hymnen von ihm erhalten, zwei derselben sogar unvollständig. Diese geringen Reste seiner hymnodischen Dichtung sind im folgenden teils nach handschriftlichen Quellen, teils nach **Marriers** *Bibliotheca Cluniacensis* zusammengestellt. Vgl. Sackur a. a. O. II, 341 u. f.

---

**229. (1.) In Assumptione Beatae Mariae.**

- |  |  |
|--|--|
| 1. Adest dies laetitiae,<br>Iucundus omni lumine,<br>In quo regina virginum<br>Scandit iter astriferum.      | 4. Ultra angelorum gloriam<br>Thorum delicti nescium<br>Secum ad patris solium<br>Reportat pignus optimum. |
| 2. Angelorum praefulgidis<br>Circumvallata cuneis.<br>Quamque sanctarum virginum<br>Sequitur agmen inclitum. | 5. Caelestis regni civitas<br>Et eius omnis dignitas<br>Parentem sui principis<br>Votis honorat congruis.  |
| 3. Ut decet omnes credere,<br>Caelesti diademate<br>Clarus occurit obvius<br>Christus ex ea genitus.         | 6. Cum quibus nos laetissima<br>Huius diei gaudia<br>Concelebremus alacres<br>Deum laudando supplices.     |
7. Huius festi clarissima  
    Prosequamur praeconia  
    Mentis affectu supplices,  
    Effectu vocis alacres.

Collect. ms. Cluniacense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1496. A.  
— Biblioth. Cluniacen. col. 406. B. — „Reliqua desiderantur in ms. sicut  
et magna pars sermonis sequentis.“ B.

**230. (2.) In Nativitate Beatae Mariae.**

1. Oritur sidus inclitum  
    Illustrans omne saeculum,  
    Per quod dies et tempora  
    Assumunt vitae lumina.

Collect. ms. Cluniacense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1496. A.  
— Biblioth. Cluniacen. col. 408. B. — „Reliqua non exstant in Ms.“ B.

**231. (3.) In sanctae Adelheidis.**

- |  |  |
|--|--|
| 1. Anni voluto tempore<br>Festiva lux Adalheidae<br>Nobis beatae clarait,<br>Qua saeculum iam respuit. | 3. Fulit opes largissimas<br>Donis replens ecclesias,<br>Regni facultas maxima<br>Dispersa pavit agmina.   |
| 2. Apostolici dogmatis<br>Instructa didascalicis.<br>Sic utitur regalibus,<br>Ut usa non sit fastibus. | 4. Martham sequi decreverat,<br>Opus manu compleverat,<br>Amat Mariam pectore,<br>Secuta Christum cernere. |

5. Summo tonanti gloria  
 Aeterna sit per saecula.  
 Qui nos sacris sollempniis  
 Iungat polorum gaudiis.

Vita ms. S. Adelheidis saec. 15. Cod. Eremiten. 86. A. — Brev. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11771. B. — Breviarium Magdeburgense imp. Nurembergae 1491. C. — Bibliotheca Cluniacen. col. 369. D.

1, 2 Adelhaidis B: Adheydis C. — 1, 4 Quae C: Quae seu lumen resplenduit B. — 2, 1 In apostolici B. — 2, 2 didascalice BC. — 3, 1 largissime C. — 4, 2 manus compleverat B. — Vgl. Mon. Germ. SS. IV, 649.

**232. 4.) In sancti Maioli.**

In 1. Vesperis.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Victoris agni sanguine<br>Dies sacratus hodie,<br>Fusus supremo lumine,<br>Gemina pollens lampade.           | 6. Ordinis apostolici<br>Sectando sacra dogmata<br>Factus est pater inclitus<br>Ipse vir apostolicus.          |
| 2. Ecce, paschale gaudium<br>Fulget per omne saeculum!<br>Magni Maioli transitum,<br>Vitam simul et meritum     | 7. Cuius clara confessio<br>Coronatur martyrio<br>Decertando legitime<br>Subacto mundi principe.               |
| 3. Pangat clerus et populus,<br>Maxime grex monasticus,<br>Quo nil habuit dulcius,<br>Dum esset terris positus. | 8. Templum ipse virgineum<br>Pectus sacravit proprium,<br>Caelestis vitae nuntius<br>Recte vocatur angelus.    |
| 4. Praeedit Christus patiens,<br>Maiolus illum confitens<br>Sequitur recto tramite,<br>Dei praeventus munere.   | 9. Quorum gaudet nominibus<br>Pater noster egregius,<br>Hic nos iungat in aethera<br>Christi favente gratia.   |
| 5. Patriarcharum solidam<br>Fidem opere coluit,<br>Quod chorus vatum cecinit,<br>Fideli fide credidit.          | 10. Tibi sit laus et gloria<br>Tollenti mundi crimina<br>Cum patre et sancto spiritu<br>In sempiterna saecula. |

Cod. Parisin. Nouv. acq. 1496 saec. 12 in. — Augenscheinlich aus derselben Hs. Bibliotheca Cluniacen. col. 291. — Wiederholt aus Anal. XIX. 187 sq.

**233. (5.) In sancti Maioli.**

Ad Nocturnum.

1. Christe, cunctorum via, lux sanctorum,  
 Precibus sacris venerandi patris,  
 Magni Maioli, populo fideli  
 Gaudia pacis

2. Mitte de caelis veniamque nostris  
Largire culpis . . . . .  
Assit et nobis gratia perennis  
Spiritus almi.
3. Cuius protecti munere potenti  
Patrum exemplis meritisque celsis  
Pariter artum mereamur altum  
Scandere regnum.
4. Gloria patri genitaeque proli  
Et tibi, compar utriusque semper  
Spiritus alme, Deus unus, omni  
Tempore saeculi.

Cod. Parisin. Nouv. acq. 1496. saec. 12. in. — Daraus Bibl. Cluniacen. col. 291 sq. — Wiederholt aus Anal. XIX, 188.

**234. (6.) In sancti Maioli.**

Ad Laudes.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Maiole, consors procerum<br>Regum regi placentium,<br>Inter caelestes aulicos,<br>Divinitatis conscios, | 3. Unde, pater, nos respice<br>Pressos peccati pondere,<br>Depone gravem sarcinam,<br>Leviga conscientiam.      |
| 2. Honoris privilegio<br>Coetu iunctus monastico,<br>Sed et choris angelicis<br>Frueris aula luminis.      | 4. Hic fascibus depositis<br>Mortis solutos vinculis<br>Iunge nos, tuos servulos,<br>Monachis praestantissimis. |
| 5. Cum quibus nos perpetua<br>Possideamus gaudia<br>Christi favente gratia<br>Per infinita saecula.        |   |

Cod. Parisin. Nouv. acq. 1496. saec. 12. in. — Daraus Bibl. Cluniacen. col. 292. — Wiederholt aus Anal. XIX, 189.

**235. (7.) In sancti Maioli.**

In 2. Vesperis.

1. Christe, cunctorum pariter tuorum  
Palmitum vitis, Deus alme, nobis  
Praebe Maioli celebrare tanti  
Festa patroni.
2. Quem tibi nostris placuit diebus  
Pluribus signis meritisque dignis  
Regibus coram hominumque turmis  
Glorificare.



3. Annuas istisque sic interesse  
Gaudiis nos perpetuis et almis,  
Pro reis gestis merito carere  
Ut nequeamus.
4. Quaesumus, rector, pietatis auctor,  
Noster hic pastor tibi sit preceptor,  
Quo tua nobis pietate cunctis  
Crimina dones.
5. Cuius in tanto pia vota festo  
Congruit nobis iugiter canendo,  
Insuper Paschae tibi duplicatas  
Solvere laudes.
6. Trinitas, unus Deus atque summus,  
Sit tibi, rex, gloria sempiterna,  
Qui regis tanta bonitate cuncta  
Omne per aevum.

Cod. Parisin. Nouv. aeq. 1496. saec. 12. in. — Daraus Biblioth. Cluniacen. col. 292. — 6, 2 Deus unus. — Wiederholt aus Anal. XIX, 189 sq.

---

## Leo IX.,

Romanus pontifex,

† 1054.

Bruno, der Sohn Hugos II. Grafen von Egisheim, und der Hilewida von Dagsburg, erblickte das Licht der Welt den 21. Juni 1002 zu Egisheim im Elsass. Beide Eltern waren nicht nur von hoher Geburt (der Vater war ein Vetter Konrads II.), sondern auch von höherer Bildung; waren sie doch beide des Lateinischen mächtig. Fünf Jahre alt, ward Bruno dem Bischöfe Berthold von Toul zur Erziehung übergeben: Adalbero, nachmals Bischof von Metz, ein älterer Studiengenosse des Knaben, versah bei diesem eine Art von Hofmeisterstelle. Nach der Wahl Konrads II. zum römischen Könige kam Bruno an dessen Hoflager und machte als Erzdiakon von Toul an der Spitze der Bistumsleute den Römerzug des Kaisers mit (1026). Während desselben starb den 1. April Bischof Hermann von Toul, ein Todesfall, der Bruno in die Heimat zurückrief. Zum Nachfolger des Verstorbenen erkoren, ward er am 19. Mai von seinem Verwandten, dem Bischöfe Dieterich von Metz, inthronisiert, aber erst am 9. September des folgenden Jahres von Erzbischof Poppo von Trier geweiht. Als Bischof hielt er tren zu Kaiser und Reich, so namentlich im Kriege desselben um Burgund gegen Odo von Champagne. Diese Treue übertrug er auch auf Konrads Nachfolger Heinrich III. Inzwischen war am 9. August Papst Damasus, der zweite deutsche Papst, mit Tode abgegangen. Da der Erzbischof von Lyon die auf ihn gefallene Wahl ablehnte, einigten sich auf dem Fürstentage zu Worms der Kaiser und die Abgesandten des römischen Klerus auf Bruno als Nachfolger, der auch nach einigem Zögern die Wahl unter dem Namen Leo IX. annahm. Als Papst führte er, ähnlich wie die Kaiser pflegten, ein fast ununterbrochenes Wanderleben, das ihn von Salerno bis Köln, von Reims bis Pressburg führte. Zahlreich sind die Konzilien und Synoden, die der den Cluniacensischen Reformideen zuneigende Papst in den wenigen Jahren seiner Regierung abhielt. Die letzten Anstrengungen seines Lebens galten der Vertreibung der Normannen aus Unteritalien. Dieselbe mißlang gänzlich. In der unglücklichen Schlacht von Civitate (18. Juni 1053) ward er selbst ein Gefangener des Feindes. Doch konnte er den 12. März 1054 Benevent verlassen und nach Rom zurückkehren, wo er den 19. April desselben Jahres verschied. Vgl. Wibertus, *Vita Leonis papae IX.* (Mabillon Acta SS. VI. II, 49; Migne 143. 457 sqq.). Brucker, P. P., *L'Alsace et l'Eglise au temps du pape saint Léon IX.* Strassbg. 1889.

Bruno von Toul war als Musiker hervorragend. So schreibt von ihm Sigebert von Gembloux in seiner Chronik zum Jahre 1048: „Hic de multis sanctis cantus composuit et scripsit ecclesiae utilis.“ (Mon. Germ. SS. IV. 359). Ebenso der Anonymus Mellicensis c. 85: „Hic in musica subtilissimus fuit et inter cantus alios, quos plurimos edidit, historiam beatissimi papae Gregorii satis artificiose composuit (Ausg. v. Ettlinger S. 83). Am eingehendsten berichtet Wibert, der Biograph Leos I. I. c. 13: „Sapientia divinarum humanarumque artium in eo refulgebat amplissima, maxime artis delectabilis musicae peritia, qua antiquis auctoribus non modo

aequiparari poterat, immo in mellifica dulcedine nonnullos eorum praecellebat. Nam componens responsoria in veneratione gloriosi martyris Cyriaci sanctique Hidulphi, Trevirorum archiepiscopi, nec non beatae Odiliae virginis atque venerandi Anglorum apostoli Gregorii doctoris divini laudes servitii mirifico decore ampliavit“ (Migne. l. c. 481). Der Dominikaner Johannes de Bayono, welcher in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts schrieb, nimmt zwar diese „Responsorien“ für einen Mönch von Moyencoutier namens Humbert, der später Kardinal wurde, in Anspruch, welcher dieselben dem Bischofe Bruno zur Komposition übergeben habe: „Hic anno 1044 laudes SS. . . ., quae vulgo responsoria nominantur, rhythmice ac metricè componens, episcopo Brunoni modulanda tradidit“ (Vgl. Brucker l. c. p. 119. not. 3). Auf diese Behauptung ist indes kein großes Gewicht zu legen gegenüber den Angaben des gleichzeitigen Wibert.

Von den Werken, welche dieser anführt, können wir leider nur das Gregoriusofficium nachweisen. Es ist zweifellos das Anal. V, 184 mitgeteilte, das im elften Jahrhundert wie auf einen Schlag in den römischen Brevieren auftaucht. Die Zeit stimmt also mit der Leos IX., und es begreift sich das Auftreten im römischen Breviere, wenn ein Papst der Verfasser war. Das Officium auf Hidulphus Anal. V, 192 ff. kann nicht von Bruno herrühren: es ist jünger und zeigt spätere Formen in Rhythmik und Reim. Bei den vielen und nahen Beziehungen, die Bruno als Bischof von Toul zur Abtei Saint-Evre hatte, möchte man erwarten, daß er Hymnen oder ein Officium auf den hl. Aper gemacht. Aber auch das Officium auf diesen Heiligen Anal. XVIII, 20 sq. fällt in eine jüngere Zeit. Sonst habe ich in Handschriften nur noch die beiden im folgenden mitgeteilten Gedichte unter Leo's Namen gefunden.

236. (1.) De sancto Gregorio.

In I. Vesperis.

*Ad Magnificat.*

- A. Gloriosa sanctissimi  
Sollemnia Gregorii  
Toto corde catholica  
Suscipiat ecclesia,  
Cuius doctrina aurea  
Per mundi splendet climata,  
Quam meritis et precibus  
Christo commendet, quaesumus.

Vgl. Anal. V, 184 sqq. Außer den dort genannten findet sich dies Officium u. a. in folgenden Quellen:

Antiph. ms. Romanum saec. 11. Cod. Graecen. 258. — Brev. ms. Pratense saec. 12. Cod. Parisin. 12035. — Antiph. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1236. — Brev. ms. Crucilingense saec. 12. Cod. Frauenfelden. Y 28. — Brev. ms. Maguntinum saec. 12. Cod. Seaffnaburgen. 54. — Brev. ms. incert. orig. saec. 12. Cod. Bruxellen. 353. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 12/13. Cod. S. Danielis V. — Antiph. ms. Lambrechtense saec. 12/13. Cod. Graecen. 258. — Brev. ms. Wingartense saec. 13. Cod. Fulden. Aa 56. — Antiph. ms. Claustroneoburgense saec. 14. in Cod. Claustroneoburgen. 1015. — Collect. ms. Aspacense saec. [13. et] 14. in Clm. Monacen. 3215. — Brev. ms. S. Sepulchri anni 1340. Cod. Capit. Posonien.

88. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Capit. Posenien. 32. — Antiph. ms. Sabariense saec. 14. Cod. Sabarien. s. n. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. 401. — Brev. ms. Wratislaviense saec. 14. Cod. Capit. Posenien. 159. — Brev. ms. Wormatiense (Reinoldi de Sickingen) saec. 15. Cod. Parisin. 1310. — Antiph. ms. Schaffnaburgense saec. 15. Cod. Schaffnaburgen. 4. — Brev. ms. Hungaricum saec. 15. Cod. Gyula-Fehervarien. Ms. IV 8. — Brev. ms. Walthausense saec. 15. Cod. Lincen. L p 24. — Viat. ms. Johamis Noviforen. saec. 15. Cod. Mus. Bohem. XIII A 12. — Brev. ms. S. Alexandri Embecen. saec. 15. Cod. Gotingan. 239. — Brev. ms. Nissense saec. 15. Cod. Wratislaviens. I Q 246. — Brev. ms. Stephani de Nagylak saec. 15. Cod. Mus. Hungar. 343. — Antiph. ms. Poseniense saec. 15. Cod. Capit. Posenien 2. — Brev. ms. Lamspringense anni 1446. Cod. Guelfenbyteran. 168 (Helm. 145). — Brev. ms. Ducumburgense anni 1451. Cod. Ducumburgen. 67. — Breviarium Lubucense imp. s. l. et a. — Breviarium Sedunense imp. 1497.

### 237. (2.) In Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Laudes.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Egredere, Emmanuel.<br/>Quem nuntiavit Gabriel,<br/>Uti sponsus de thalamo<br/>Virginis matris utero</p> <p>2. Spiritus sancti opere<br/>Sine virili semine,<br/>Ad tuum natalitium<br/>Delens Evae flagitium.</p> | <p>3. Sicque lege deposita<br/>Tua simus sub gratia,<br/>Qui aperis diu clausum<br/>Bonis intrandi aditum.</p> <p>4. Laus sit patri et filio,<br/>Spiritu paraclito,<br/>Unitati sit gloria<br/>Per infinita saecula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Casinense saec. 11. Cod. Vindobonen. 1106. A. — Brev. ms. S. Sophiae Beneventan. saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Cod. Vatican. 4928. B. — Brev. ms. S. Sophiae Beneventanae saec. <sup>11</sup>/<sub>12</sub>. Cod. Neapolitan. VI E 43. C. — Collect. Fragment. ms. saec. [11. et] 12. Cod. Eremiten. 366. D. — Psalt. et hymn. ms. Engelbergense saec. 13. Cod. Engelbergen. 61. E. — Cod. Wratislaviens. I F 236. saec. 15. F. — Milehsack I, 6 (ohne Angabe einer Quelle) G. — Brev. Constantiense imp. 1499. H.

1, 1 Egredietur H. — 1, 3 Tanquam sponsus H. — 2, 3 Per tuum G; Factus in fine temporum G. — 2, 4 Homo creator omnium H. — Nach Str. 3 schiebt G ein:

Verbum procedens a patre,  
Lumen verum de lumine,  
Deus de caelis humilis,  
Homo nobis visibilis.

3, 1 Da, ut lege G. — Statt Str. 3 und 4 setzt H:

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Terra nostra fructifera<br/>Germen profert puerpera,<br/>Ad eius natalitium<br/>Delens Evae flagitium.</p> | <p>4. Gentium exspectatio<br/>Patris descendens solio,<br/>Et [l.: Ut] in Israel reliquias<br/>Spiritu misso colligas.</p> |
|--|--|

Nach Strophe 3 schiebt G ein:

<p>Servos veni redimere Tuo sacro sanguine. Fac nos tecum resurgere Devicto mortis principe,</p>	<p>Ut cum sanctis perenniter Laudes solvamus pariter Saeculorum altissimo Laudes ovantes Domino.</p>
--	--

In B und C wird der Hymnus bezeichnet als „Leonis papae“, womit nur Leo IX. gemeint sein kann, zu dessen Metrik der Hymnus, so wie ABC ihn bieten, stimmt. Man erinnert sich angesichts der Quellen unwillkürlich an den unfreiwilligen Aufenthalt dieses Papstes in Benevent, wo er auch das Weihnachtsfest 1053 feierte, das vielleicht zu diesem Hymnus Anlaß ward. Vgl. Anal. XXIII, 13.

238. (3.) Rithmus papae Leonis IX.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O pater Deus aeternae,<br/>de caelis, altissime,<br/>Respice iacentem multis<br/>perforatum iaculis,<br/>Singultibus in extremis<br/>suspirantem ultimis.</p> <p>2. Invoco te, Iesu Christe,<br/>fili patris unice.<br/>Cui consubstantialis,<br/>deitate similis,<br/>Pietate factus homo<br/>virginis ab utero.</p> <p>3. Advocatum te subnixae,<br/>Spiritus paraclite,<br/>Procedentem ab utroque,<br/>flagito, sanctissime,<br/>Per te patrem filiumque<br/>credam omni tempore.</p> <p>4. Unus es in trinitate.<br/>trinus unus Domine,<br/>Fabricator sempiternae<br/>[trinae mundi machinae],<br/>Lapsam stude reformare,<br/>prostratum erigere.</p> <p>5. Heu, miser per peccatum<br/>attractum exordium,<br/>In peccatis sum conceptus<br/>parentum sceleribus,<br/>Huic natus luctuosae,<br/>proh dolor, miseriae.</p> <p>6. Ex quo natus visum cepi,<br/>auditum obtinui,<br/>Tactum, gustum, odoratum<br/>a te, factor omnium,<br/>Talibus ditatus donis,<br/>studui lasciviae.</p> | <p>7. Beneficium accepi,<br/>non servans, ut debui,<br/>Sed perverse errabunda<br/>destruxit infamia,<br/>Quod ad bonum datum fuit,<br/>in malum se contulit.</p> <p>8. Sicque crescendo decrescens,<br/>multa mala peragens.<br/>Quae me vexit tum perversa<br/>gravitas infantia,<br/>Hanc post sibi effraenata<br/>capit pueritia.</p> <p>9. Adulescens perpetravi<br/>mala, quaeque potui,<br/>Verbis, factis, totus foedus<br/>cogitationibus,<br/>Vitia sic sum lucratus<br/>miser pro virtutibus.</p> <p>10. Juventute iam constrictus<br/>patris sceleribus<br/>Catenatus sum inductus<br/>servus ut emptitius<br/>Volens, nolens per diversa<br/>reatus facinora.</p> <p>11. Unde magna cum virtute,<br/>heu, coepi deficere,<br/>Amans malum, vitans bonum<br/>deserensque optimum,<br/>Mensque fuit ruitura<br/>per quaeque flagitia.</p> <p>12. Iam tunc coepi cogitare<br/>saeculo me tradere<br/>Delectari atque eius<br/>oblectationibus<br/>Adversa nec ulla timens,<br/>salutem despiciens.</p> |
|---|--|

13. Hierusalem linquens sanctam,  
civitatem optimam,  
Vere est quae pacis visio,  
descenderam Iericho,  
Huius mundi ad defectum  
totum dedi animum.
14. Insuperate laqueatus  
cecedi improvidus  
In manus tandem latronum  
dire saevientium,  
Me quaerentum devorare  
leonina rabie.
15. Captum, caesum, vulneratum,  
spoliatum, miserum  
Reliquerunt semivivum,  
ad terram depositum,  
Duris flatibus spirantem  
peneque exanimem.
16. Sic et omnis male captus,  
saeculo qui deditus  
Sanctae pacis visionem  
dimittit Hierusalem.  
Iericho, lunae defectum  
adhuc tenens noxium,
17. Inde cadet in latrones,  
videlicet daemones.  
Vitiis misellum plagant,  
virtutibus spoliant,  
Immortalitatem demunt.  
rationem nequeunt.
18. Iam [iacet] velut captivus,  
cui nullus proximus.  
Parens, notus vel amicus,  
doloris qui conscius,  
Nisi pius Deus meus,  
super omnes providus.
19. Sacerdos currens transivit,  
viso me praeteriit,  
Perdidit compassionem  
non sciens se hominem.  
Pietatem habens nullam  
seu misericordiam.
20. Ut sacerdos, sic levita  
ipsa tenens devia,  
Minor gradu, par in actu  
simili exhibitu,  
Mente transit ipse prava  
cordis cum duritia.
21. Transiens Samaritanus  
visum flexit placidus  
Et respexit me iacentem,  
lividum ac debilem,  
Magna sua pietate  
accessit humillime.
22. Custos qui Samaritanus,  
Christus Dei filius,  
Peccatores sauciatos  
respexit in filios,  
A respectu pio cuius  
recreatur spiritus.
23. Secum ducens in iumentum  
corpus quidem carneum  
Ecclesiae, quo sanandum  
ducimur, ad stabulum,  
Plagis aptans legis vinum  
gratiaeque oleum.
24. Respice nunc, Iesu Christe,  
pietatis unicae,  
Flecte visum tuum ad me,  
flagito, piissime,  
Ut respectus queam mea  
plangere facinora.
25. Respexisti quondam Petrum  
peccato obnoxium,  
Qui respectus flevit dure  
divino ex munere,  
Ad gratiam restauratus  
permansit apostolus.
26. Respexisti et latronem,  
sceleratum hominem,  
Ut te Deum maiestatis  
fateretur humilis;  
Meruit sic paradisi  
tecum portas ingredi.

27. Respexisti at Mariam,  
peccatricem animam,  
Quae compuncta sub momento  
haud se dedit nuntio,  
Pedibus sed provoluta  
deflevit flagitia.
28. Lacrimis eos rigavit  
et capillis abluit  
Frequentibus stillans guttis,  
ut careret maculis,  
Perunxitque pretiosi  
fomento antidoti.
29. Multum est sibi dimissum,  
quod dilexit plurimum,  
Passionem veneratur  
huius, quo diligitur,  
Eius capiti unguentum  
superfundens pisticum.
30. O sancta tua voluntas,  
creator et bonitas,  
Respicias qui te credentes,  
ut a morte revoces,  
Bonus pastor oves tuis  
repartas in umeris.
31. Sic, sic, pastor, nunc iacenti.  
languido ac debili  
Elevandum manum praebe,  
velis me erigere,  
Ut erectus possim stare  
coram te, dulcissime.
32. Plagas meas, [cicatrices]  
novas atque veteres  
Studeas sic tu curare,  
quaeso, bone medice,  
Sim per te ut hinc securus,  
sanatus languoribus.
33. Oleum infundens sanctum,  
vinum simul optimum,  
Tuum ponens interventum  
perducas ad stabulum.  
Pellens mortem, donans vitam  
fac, tecum ut veniam.
34. Duobus largitis nummis  
donis fulto mysticis,  
Stabulario comitte  
mei curam gerere,  
In tua reversione  
respice me, Domine.
35. Hoc des, pater ingenite,  
nate unigenite,  
Par spiritus ab utroque  
procedens paraclite,  
Deus unus, sempiternae  
regnator per saecula.

Pass. ms. Admuntense saec. 11/12. Cod. Admunt. 664. — 6, 6 Lies: lasciviis? — 9, 3 factus 11, 5 Mensque fit. — 13, 3 Überschufs von einer Silbe. — 15, 5 suspirantem. — 16, 5 Hierusalem lunae defectum. — 20, 5 transit ipse prae. — 29. 4 a quo diligitur. — 31, 3 Elevandum für ad elevandum. — 34, 3 comite. — 35, 1 Hoc Deus pater.

# Herimannus Contractus,

Monachus Augiensis,

† 1054.

Herimann, mit dem Beinamen Contractus, ward den 18. Juli 1013 geboren (1013 Herimannus ego 15. Kal. Augusti natus sum). Sein Vater war Wolfenrad II., Graf von Veringen auf Altschhausen (OA. Saugau); die Mutter, Hiltrude mit Namen, wird uns vom Sohne als eine Frau von seltener Herzensgüte gerühmt. Sieben Jahre alt bezog Herimann unter Abt Bern die Klosterschule der Reichenau (1020 ego Herimannus litteris traditus sum 17. Kal. Octobris), um später in die Zahl der dortigen Mönche eingereiht zu werden, unter denen sich auch einer seiner Brüder — er hatte im ganzen dreizehn Geschwister — Werinbarius befand. Von Kindheit an gichtbrüchig und verkrümmten Oberleibs, so daß er aufserstande war, sich alleine fortzubewegen, war er auch der Sprache halb beraubt, vermochte blofs im Flüsterton zu reden und konnte nur schwer verstanden werden. All dies körperliche Elend hinderte ihn nicht, ein beliebter Lehrer und ein fruchtbarer und gefeierter Schriftsteller zu werden. Aufser seinem Hauptwerke, dem Chronicon Augiense, der ersten Weltchronik des MA., verfaßte er mathematische, astronomische und musikalische Schriften. Namentlich als Komponist erfreute er sich allgemeiner Bewunderung. Er starb den 21. September 1054 und ward in der Familiengruft zu Altschhausen beigesetzt. Vgl. über sein Leben das Elogium Herimanni seines Schülers und Freundes Bertholdus, Mon. Germ. SS. V, 267 sqq; Hansjakob, Herimann der Lahme, Mainz 1875.

Von den liturgischen Schöpfungen Herimanns ist uns nur wenig unter seinem Namen überliefert. Sein Schüler Bertholdus schreibt in dieser Hinsicht: „Cantus item historiales plenarios, utpote quo musicus peritior non erat, de sancto Georgio, sanetis Gordiano et Épimacho, sancta Afra martyre, sancto Mangno confessore et de sancto Wulfango episcopo mira suavitate et elegantia euphonicos praeter alia huiusmodi perplura neumatizavit et composuit.“ Berthold redet hier von sog. Historien oder Officien. Eine dieser Historien ist uns bekannt, die der hl. Afra. Vgl. Brambach, Die verloren geglaubte Historie der hl. Afra und das Salve regina des Hermanus Contractus, Karlsruhe 1892. Dies Officium trägt im Cod. Augien. LX. zu Karlsruhe die Marginalnote: „Hanc historiam composuit Herimannus contractus:“ es ist bis auf ein Responsorium [vgl. Nr. (9)] in Prosa abgefaßt. Den in Augsburg zu diesem Officium üblichen Hymnus „*Gaude, civitas Augusta*“ werden wir Herimann nicht zuschreiben dürfen. — Die Kreuzsequenz „*Grates, honos, hierarchia*“ wird dem Contractus von Gottschalk von Limburg zugewiesen: „domnus Herimannus de sancta cruce sequentiam *Grates, honos, hierarchia* dicitur composuisse“; vgl. Dreves, Godescalcus Lintpurgensis, Leipzig 1897. S. 105 Diese Angabe Gottschalks findet ihre Bestätigung in der Einsiedler Hs. 366. saec. 12., in welcher bei dieser Sequenz am Rande der Name Herimannus steht. — Bezüglich Nr. (2) habe ich ein älteres Zeugnis für Herimann nicht gefunden, glaube aber den neueren Autoren, wie Schuliger (Sängerschule S. 84) aufs Wort, daß diese Sequenz von ihm her-



rührt, weil sie ebenso wie Nr. (4) und (5) ganz die in Nr. (1) sich häufenden, charakteristischen Eigentümlichkeiten an sich trägt. — Rücksichtlich der NN. (6, (7) und 9) kann ich auf die angezogene Schrift von Brambach verweisen. Nr. (3) wird zwar in der Einsiedler Handsch. 366 p. 6 durch Marginalnote einem, sonst völlig unbekanntem „[He] inricus m“ zugeschrieben, einem Zeugnisse, bei dem ich mich unbedingt beruhigen würde<sup>1)</sup>, wenn nicht die spätere Tradition, welche diese Sequenz dem Contractus zuweist, durch die stilistischen Besonderheiten derselben eine so starke Stütze fände, und wenn es nicht ein nur zu leicht zu erklärender Lapsus calami wäre, wenn ein Heinricus statt eines Herimannus monachus der Feder entlösse. In Cod. Oxonien. Iunius 121 heißt es fol. 13, von einer Hand des 13. Jahrh. geschrieben: „Hermannus contractus fecit *Sancti spiritus assit nobis gratia* et *Ace praeclara*.“ Die erstere Angabe ist irrig; die zweite zeigt aber doch, daß Herimann schon im 13., nicht erst im 16. Jahrhundert für den Verfasser der berühmten Sequenz galt. — Nr. (8) wird dem Reichenauer Sänger von Thrihemius (Chronicon Hirsaugien. I, 149) zugeschrieben. Wer dieselbe mit Nr. (9) vergleicht, wird dem unschwer beistimmen.

Durandus (1230–96) legt in seinem *Rationale divinorum officiorum* l. IV. p. l. rub. 22. noch andere Dichtungen dem Herimann bei: „Hermannus Contractus Thetunicus, inventor astrolabii, composuit sequentias illas: *Rex omnipotens* et *Sancti spiritus* et *Ace Maria* et Antiphonom *Alma redemptoris mater* et *Simon Bariona*. Die Sequenz *Rex omnipotens* kann aber, abgesehen davon, daß sie keinerlei Ähnlichkeit mit andern Werken desselben zeigt, Herimann schon deshalb nicht zugeschrieben werden, weil sie in Handschriften vorkommt, die älter sind als er. Vgl. Anal. VII, 83. Dasselbe gilt von der Sequenz *Sancti spiritus assit nobis gratia*. Bei der Antiphon *Simon Bariona* handelt es sich um einen prosaischen Text, den Herimann wohl nur vertont hat: was dagegen Durandus mit der Sequenz „*Ace Maria*“ meint, bleibt leider ungewiß. Wollte er vielleicht die in Frankreich nicht übliche Sequenz *Ace praeclara maris stella* bezeichnen? Von Sequenzen, die wortwörtlich beginnen, wie Durandus sie beginnen läßt, und für uns in Betracht kommen könnten, wage ich die eine *Ace, Maria, gratia plena, Dominus tecum, virgo serena* (Kehr. S. 203) unserem Dichter nicht beizulegen, weil sie sich der Reimsequenz sehr viel mehr nähert, als dies sonst mit seinen Sequenzen der Fall ist; die andere: *Ace Maria, gratia plena, Dominus tecum* (Anal. XL, 115) enthält eine Reihe von Wendungen, welche mich bestimmt an die Autorschaft Gottschalks von Limburg glauben lassen.

Von einem Rhythmus Herimanns auf die Ungarnsiege Kaiser Heinrichs vom Jahre 1040 hat uns Otto von Freising wenigstens die Kunde bewahrt: „Unde rursus est ille rhythmus Hermanni Contracti de praefato triumpho compositus, qui sic ineipit: *Vox haec melos pangat*“. Sein Gedicht de octo vitiis principalibus hat Dümmler, Zeitsch. f. deutsches Altertum XIII, 385 ff., herausgegeben.

### 239. (1.) De sancta Cruce.

1. Grates, honos,  
hierarchy  
et euphonizans tibi  
interminabiliter  
hymnologia,

<sup>1)</sup> Vgl. Dreves *Godescalcus Lintburgensis*, Leipzig, 1897, S. 21.

- 2 a. Sacrosancta  
tu patris hostia,  
Iesu Christe, rex monarchos,  
omnium antistes et  
*εὐλογοῦμενε,*
- 2 b. Pietate  
tu, propitiator,  
qui gratuita ipsum te  
propter nos obtuleras  
*σταυροῦ* in ara,
- 3 a. Suavitatis spirans  
Deo torridulus odorem,  
cum, eumandrita,  
profunderes tuum  
pro erroneo  
grege cruorem.
- 3 b. Vas excoctus igne  
passionis ut testaceum,  
summe plastes, tu  
fragilium physin  
restauras pius  
irae vasorum.
- 4 a. Legis qui peccatum  
crucisque  
factus es maledictum,  
libidinis victimarum  
bestiale nostrum  
caelitus,  
o Emmanuel, ablue delictum.
- 4 b. Reconciliator,  
asylum  
spesque sola reorum,  
inspirans dedititiam  
tu confessionem,  
fer nobis,  
parelite, propitiationem.
- 5 a. Tu magnus,  
respice parvulos,  
archiater, nos morbidulos
- 5 b. Et contra  
mortis poterium  
vitae propines antidotum.
- 6 a. Tu totus desiderium,  
boni totius genus  
generalissimum,  
gaudimonium  
tu quam verissime  
hyperbolicum  
solique tu soteria.  
clemens tui nos intima  
pasee theoria.
- 6 b. *Θεὸς πάντα ἐλέημων,*  
*ἀγεσις* benignula  
tu *τῶν ἀμαρτιῶν,*  
sanctimonium  
dulce, iucundulae  
tu deliciae,  
portus quietis unicae,  
*ἀρχὸς* patrum et optimas  
*ἐλέησον ἡμᾶς.*
- 7 a. Fac, nos calix inebriet  
perquam optimus  
sobrietatis,  
spiritualium  
dulcedinis,  
aeternorum mirae  
dilectionis  
sophiaeque salutaris,  
quo vitis Sorech palmites  
fructus plures  
ferre queamus laetantes.
- 7 b. Et tu, solus qui fortiter  
crucis torcular  
tristeque prelum —  
vir de gentibus  
nullus tecum —  
idem ipse botrus  
elegans Cypri  
rubicundulus calcasti,  
bibens nobiscum potum te  
ipsum nobis  
tui fer patris in regno,

8a. Nos ut immolantes  
tui sanguinis sacri  
tibi rubentia  
musta cotidie  
mundicorditer  
et intime  
nudam crucem nuduli  
baiulemus  
carne et noy.

8b. Teque, dux, sequamur  
sponte voluntaria.  
non abre ut Simon  
et in angaria,  
mundo revera  
moriendo  
tibique nos, non nobis,  
vera vita,  
posthac vivendo,

9. Rex, Christe, noster crucifixe,  
praestante  
tua pietate nimia,  
qui redemptio sola  
totaque nostra  
tu propitians  
es misericordia.

Trop. ms. Emmeramense saec. 12. in. Clm. Monacen. 14845. A. — Grad. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a XII 7. B. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 479. C. — Seq. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. D. — Sequent. ms. Eremitense saec. 12. Cod. Eremiten. 366 E. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. F. — Auch: Miss. ms. Garstense saec. 12. Cod. Lincen. F o 15. — Miss. ms. Augustanum saec. 12. Cod. Londien. Add. 11669.

1, 5 ymnoloia D. — 2a, 5 eulogemene A. — 2b, 2 tu fehlt ABCDF. — 2b, 4 obtuleris E. — 2b, 5 stauros CD; stayros ABE. — 3b, 1 Vas es coctus B. — 3b, 3 tu fehlt ABCDEF; fragilium fehlt E. — 3b, 5 restaures F. — 4a, 4 und 4b, 4 Nene Initiale CD. — 4b, 4 inspiras E. — 5b, 2 potirium F. — 5b, 3 propinans AE. — 6a, 2 totius generis E. — 6a, 4 sanctimonium BCD. — 6a, 5 verissimum B. — 6a, 7 tu fehlt E. — 6a, 8 tua B. — 6b, 1 Theu ABCDEF; panton B; eleymon ABCDE — 6b, 2 affesis A benignicula AE. — 6b, 3 tuton amartyon BE; amartion A; amarthion CD. — 6b, 4 gaudimonium BCD. — 7a, 2 per quem ACDE. — Str. 7a und 7b umgestellt E. — 7b, 5 nullusque. F. — 7b, 10 ipsum nobis F. — 7b, 11 regnum B. — Str. 8a ff. fehlen E. — 8a, 7 nudula A. — 8a, 9 die unrichtige Form noy (statt  $\nu\phi$ ) beizubehalten zwingt das Versmaß. — 8b, 3 zu *abre* vgl. Diefenbach, Glossarium Latino-Germ. p. 5. — 8b, 9 post haec AC 9, 1 Te Christe A; O Christe F. — 9, 4 qua redemptio CD. — 9, 5 totaque fehlt F; nostra que F.

Die Autorschaft des Hermannus Contractus bezeugt E, das den Namen des Verfassers beifügt, sowie Gottschalk von Limburg Opusc. 2, 12: *Domnus Herimannus de sancta cruce sequentiam Grates, honos, hierarchia dicitur composuisse.*“ Vgl. Hymnol. Beiträge I. 105.

## 240. (2.) In Pascha Domini.

1. Rex regum, Dei agne,  
leo Iuda magne.

- 2 a. Cruce virtutum  
mors peccati,  
vita iustitiae,  
Dans fructum iam ligni vitae  
pro gustu scientiae,  
pro rapina gloriae.
- 2 b. Dum tuus sanguis  
ius romphaeae  
restrinxit flammeae,  
Paradisi pandit hortum  
stirps oboedientiae  
medicina gratiae.
- 3 a. Haec dies Domini celebris  
pax est in terris,  
fulgor inferis  
et lux superis,  
Dies duplicis baptismi  
legis, evangelii.
- 3 b. Christus pascha est homini,  
dum vetus transit,  
novus surgit;  
haec dies Domini.  
Gaude, mens expers fermenti,  
plena panis azimi.
- 4 a. Submersis hostibus,  
signatis postibus  
assum pascha  
nocte domo  
una iam cum lactucis  
ede agrestibus.
- 4 b. Accinctis renibus,  
pellitis pedibus  
cum baculo  
propera et  
caput cum in testinis  
et pedibus vora.
- 5 a. Hac die  
nos lava. Christe,  
mundans hysopo  
Fac et dignos  
hoc mysterio.  
mare siccans,  
Leviathan  
perforans maxillam  
hamo, armilla.
- 5 b. Calice  
nos inebria,  
sopi, suscita,  
De torrente  
bibens in via  
damna nostra,  
Tu pontifex  
hostia, torcular  
calcans tu uva.
- 6 a. O flos virgineae  
virgae fragrans,  
Plena septemplici  
rore lampas,  
Vino, lacte pulchrior  
specie,  
Rosae rubor,  
lilii candor,  
Quo te tantae clementiae  
consilio  
Microcosmi  
inclinaveras auxilio,  
Ut miseri particeps  
redemptor esses,  
Absque peccati naevo  
gestans formulam peccati.
- 6 b. O consanguineae  
servi domine,  
Spes ἀναστάσεως  
primae, ultimae  
per iusiurandum semini  
Abrahae  
Firma et nos,  
dux ἀθάνατος,  
Nos tuo convivificans  
corpori,  
Commortuos  
Adae, parenti veteri,  
Tu membris fortioribus  
iungens infirma,  
Vitae aeternae  
des pasqua, tu pascha.

Trop. ms. Germanicum saec. 11/12. Cod. Angelic. R IV 38 (948). A. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. B. — Grad. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314 C. — Miss. ms. Admuntense saec. 12. Cod. Admunt. 786. D. — Miss. ms. Florianum saec. 12. Cod. Florian. III 208. E. — Miss. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a IX 11. F. — Grad. ms. Wingartense saec. 12. ex. Cod. Mus. Palat. Vindobonen. 118. G. — Trop. ms. incertae orig. saec. 13. Cod. Stuttgartien. HB. Ase. I 95. H. — Grad. ms. Pataviense (?) saec. 13. Cod. Hilarien. 148. I. — Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 378. add. saec. 13. K. — Miss. ms. Mellicense saec. 14. Cod. Mellicen. 1057. L. — Miss. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Zwettlen. 229. M. — Miss. ms. Zagrabiense saec. 15. Cod. Capit. Zagraben. XLIV 2. 323. N. — Ferner: Enchir. S. August. ms. saec. 12. Clm. Monacen. 17058. add. saec. 12. — Grad. ms. Rhenoviense saec. 13. Cod. Turicen. Rh. 23. — Miss. ms. Secoviense saec. 15. Cod. Graecen. 147. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Rossian. X 158.

1, 1 Rex Deus, Dei agne BCDEFGIL. — 2a, 1 Crucis virtute BCDEFKN; crux es virtutum M. — 2a, 4 da BCDEG. — 2b, 1 Cum BDFJKL. — 2b, 2 rompheae fehlt M; ropheae L; tropheae N. — 2b, 3 restinxit DH; restingnit BCEF; restringit I; perstriuxit N. — 2b, 6 gloriac M. — 3a, 1 Hic dies HK. — 3a, 2 est pax EF. — 3a, 3 fulgur BCDEGIL. — 3a, 4 ut nix superis BCDEFGILM; lumen superis N. — 5a, 3 duplici FI. — 3a, 6 et evangelii GHIKLMN. — 3b, 1 hominis N; Domini CH. — 3b, 4 hic H; dies fehlt M. — 3b, 3 novum KL. — 3b, 5 Pange mens K; fermentis H. — 4a, 3 assunt pascha H. — 4a, 5 iam fehlt DGK. — 4b, 1 und 2 umgestellt K. — 4b, 6 ac pedibus K; et plantis N; fora L. — 5a, 2 nos Christe lava ELN. — 5a, 3 mundans nos F. — 5a, 4 et fehlt BCDEFGHIKLMN. — 5a, 5 nos mysterio EFIKLM. — 5a, 8 maxilla E. — 5a, 9 armillam DGHKLMN. — 5b, 3 sopis I; sopitos suscita H. — 5b, 5 in via bibens L. — 5b, 6 damna fehlt F; nostri F; poenas nostras N. — 5b, 9 tu calcans N; tu una L. — 6a, 1 O fehlt E. — 6a, 2 flagrans BEGHKLM; flammans F. — 6a, 4 Nive lacte GK. — 6a, 5 sq. und 6 sq. umgestellt DK. — 6a, 9 Quod te H. — 6a, 12 inclinaverat H. — 6a, 13 miseris LN. — 6a, 16 formula E. — 6b, 1 Ergo consanguine EFIL. — 6b, 3 Spe BCEFGIKLM. — 6b, 9 Tuo nos N; Nunc tuo CEFIL; Hunc tuo B. — 6b, 10 corporis H. — 6b, 12 veteris G. — 6b, 15 In te aeternae BC EFILM; aeterne mit Melisma. — 6b, 16 dano LMN.

241. (3.) In Assumptione B. Mariae V.

1. Ave, praeclara  
maris stella,  
in lucem gentium  
Maria,  
divinitus orta.

2a. Euge, Dei porta,  
quae non aperta  
veritatis lumen,  
ipsum solum iustitiae,  
indutum carne  
ducis in orbem.

2b. Virgo, decus mundi,  
regina caeli,  
praelecta ut sol,  
pulchra lunaris ut fulgor,  
agnosce omnes  
te diligentes.

- 3 a. Te, plenam fide  
virgam almae stirpis Iesse,  
nascituram  
prios  
desideraverant  
patres et prophetae.
- 3 b. Te, lignum vitae,  
sancto rorante pneumate  
parituram  
divini  
floris amygdalum  
signavit Gabriel.
- 4 a. Tu agnum regem,  
terrae dominatorem,  
Moabitici  
de petra deserti  
ad montem filiae Sion  
transduxisti.
- 4 b. Tuque furentem  
Leviathan serpentem  
tortuosumque  
et vectem collidens  
damnoso crimine mundum  
exemisti.
- 5 a. Hinc gentium  
nos reliquiae  
tuae sub cultu memoriae,  
mirum in modum  
quem es enixa,  
propitiationis agnum,  
regnantem caelo  
aeternaliter,  
devocamus ad aram  
mactandum mysterialiter.
- 5 b. Hinc manna verum  
Israelitis  
veris, veri Abrahae filii,  
admirantibus,  
quondam Moysi  
quod typus figurabat, iam nunc  
abducto velo  
datur perspicere;  
ora, virgo, nos illo  
pane caeli dignos effici.
- 6 a. Fac fontem dulcem,  
quem in deserto  
petra praemonstravit,  
degustare  
cum sincera fide  
renesque constringi  
lotos in mari,  
anguem aeneum in cruce  
speculari.
- 6 b. Fac igni sancto  
patrisque verbo,  
quod rubus ut flamma  
tu portasti,  
virgo mater facta,  
pecuali pelle  
discinctos pede  
mundis labiis cordeque  
propinquare.
- 7 a. Audi nos,  
nam te filius  
nihil negans honorat.
- 7 b. Salva nos,  
Iesu, pro quibus  
mater virgo te orat.
- 8 a. Da fontem boni visere,  
da purae mentis oculos  
in te defigere,
- 8 b. Quo haustu sapientiae  
saporem vitae valeat  
mens intellegere,

9. Christianismi fidem  
operibus redimere  
beatoque fine  
ex huius incolatu saeculi,  
auctor, ad te transire.

Grad. et. Antiph. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. in. Cod. Petrin. a. XII 7. A. — Miss. ms. Admuntense saec. 12. Cod. Admunt. 786. B. — Miss. ms. Sanblasianum saec. 12. Cod. Paulan. 25. 3. 17 (ol. Sanbl. membr. 60). C. — Miss. ms. Sitanstettense saec. 12. Cod. Sitanstetten. 14. D. — Grad. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. E. — Miss. ms. S. Floriani saec. 12. Cod. Florian. III 208. E. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130 G. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. H. — Grad. ms. Bambergense saec. 12. Cod. Bambergen. Ed. III 2. I. — Miss. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a IX 11. K. — Grad. ms. Salisburgense saec. 12. Clm. Monacen. 11004. add. saec. 12. L. — Evang. ms. S. Floriani saec. 12. Cod. Florian. XI 29. add. saec. 12. M. — Grad. ms. Sanblasianum saec. 12/13. Cod. Vindobonen. 1909 N. — Grad. ms. Pataviense saec. 13. in. Cod. Hilarien. 148. O. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13. Cod. Rossian. VIII 18. P. — Miss. ms. Maguntinum saec. 13. [et 15.] Cod. Rossian VIII 120. Q. — Miss. ms. Veteris Montis saec. 13. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VI 2. R. — Grad. ms. Minorum Colonien. anni 1299. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VIII 237. S. — Grad. ms. Mellicense saec. 13/14. Cod. Mellicen. 1056. T. — Miss. ms. S. Barbarae in Algia saec. 13/14. Cod. Sangenovefan. 96 (BBl. Fol. 7.) U. — Grad. ms. Aquisgranense anni 1330. Cod. Capit. Aquisgranen. XIV. V. —

Ferner: Miss. ms. S. Coronae saec. 13. Cod. Pragen. I B 10. add. saec. 14. — Miss. ms. Hospitalense saec. 14. in. Cod. Paulan. 27. 3. 19 (Hosp. memb. 49). — Trop. ms. Wingartense? saec. 13. Cod. Stuttgarien. HB I Asc. 95. — Miss. ms. Monasteriense saec. 15. Cod. Monasterien. 347 (41). — Grad. ms. Unterlindense saec. 15. Cod. Colmarien. 445. add. saec. 15. — Grad. ms. Praedicatt. Colonien. anni 1425. Cod. Capit. Aquisgranen. XXVII. — Miss. ms. Zwettlense saec. 15. Cod. Zwettlen. 198. — Miss. ms. Agriense anni 1394. Cod. Capit. Agrien. U 2 VI 5. — Grad. ms. Praedicatt. Insulen. saec. 15/16. Cod. Upsalen. C 513.

1, 3 in luce IP. — 2b, 4 fulgur P. — 2b, 6 über diligentes *indigentes* E. — 3a, 1 und 3b, 1 vertauscht A. — 3a, 5 desideraverunt I. — 3b, 5 über signavit *agnovit* E. — 4a, 6 transduxisti korrig. in traduxisti E. — 5a, 1 Sic gentium P. — 5a, 7 in caelo GP. — 5a, 9 devotamus AIL: revocamus G. — Str. 6a und 6b umgestellt H. — 6a, 5 quam sincera H. — 6a, 6 resque N. — 6b, 3 flamma IT. — 6b, 7 disincto G. — 6b, 8 mundos H. — 7b, 3 virgo mater E. — 8a, 1 Fae fontem GL. — 8a, 2 da puros AFHL. — Str. 8b fehlt AEHIL: ist nachgetragen F. — 9, 2 redimere I. — 9, 3 que fehlt I; Alinea H.

## 242. (4.) De sancta Maria Magdalena.

1. Exsurgat totus almiphonus  
supercaelestium chorns  
citharoedorum  
omnifarie Deo  
eulogizans cum Alleluia.

Vgl. Text und Lesarten dieser Sequenz Anal. XLIV, 204 ff

## 243. (5.) De sanctissima Trinitate.

1. Benedictio  
trinae unitati,  
simplici deitati  
semper omnifaria:

- 2 a. Parenti,  
cui sempiternalis  
stat identitas,  
sempiternitas  
iatriel mira;
- 2 b. Par verbo,  
quod coessentiva  
sapientia,  
vere veritas  
exsplendet viva.
- 3 a. Tibi et, amborum  
voluntas,  
pneuma, et suavitas;  
tu beatitudo sancta,  
sanctitas es exstantiva.
- 3 b. Tres omnium genus  
bonorum  
generalissimum,  
ὄν, ens, nobis ex quo vita  
stillat, amor et sophia.
- 4 a. Optima veraque  
aeternitas,  
aeterna et optima  
veritas,  
vera aeternaque  
bonitas.
- 4 b. Odium, falsitas  
morsque cedant,  
figuram tuam nobis  
explicet  
usia, ratio,  
caritas.
- 5 a. Fons, in quo sunt, vivunt,  
quorum umbras mortales  
expetunt,  
vitae deliciae,  
decus, sotheria,  
regnum, virtus,  
victoria.
- 5 b. Fac tuos supplices  
tuae dilectionis  
compotes,  
effuga daemones,  
orbem christianum,  
ὦ καὶ ἄλφα,  
magnifica.
- 6 a. Pater, El, Eloi,  
Eloe, Elion.  
Ia, Sadai,  
lux, Samain,  
tu Eie, rex  
Sabaoth, ineffabilis,  
Adonai,  
tuum nos plasma  
conserva.
- 6 b. Proles Emmanuel,  
mire mirabilis,  
summe consul,  
Deus fortis,  
Dominus iustus,  
futuri pater saeculi,  
princeps pacis,  
Iesu Messia,  
nos salva.
- 7 a. Spiritus timoris  
pietatis,  
scientiae,  
fortitudinis,  
consilii,  
intellectus  
ac sapientiae,  
nos illustra,  
unge, sanctifica.
- 7 b. Simplex trinitatis  
tu unitas,  
unitatis  
trina deitas,  
purga culpas,  
aegros sana,  
hostes pacifica,  
solve vincla,  
pelle pericula.



8. Ac te sitientes  
pio vultu saties  
paceque aeterna  
in Ierusalem superna.

Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. A. — Grad. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. B. — Seq. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. C. — Miss. ms. Florianum saec. 12. Cod. Florian. III. 208. D. — Miss. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a IX II. E. — Miss. ms. Seligenpergense(?) saec. 12. Cod. Florian. XI 396. add. saec. <sup>12</sup>/<sub>13</sub>. F. — Grad. ms. Ratingense saec. <sup>12</sup>/<sub>13</sub>. Clm. Monacen. 10075. G. — Grad. ms. Pataviense saec. 13. in. Cod. Hilarien. 148. H. — Offic. ms. Althahensia anni 1442. Clm. Monacen. 9508. I. — Grad. ms. Monasteriense saec. 15 (Privatbesitz). K. —

Ferner: Trop. ms. Sangallense saec. 10. Cod. Sangallen. 380 add. saec. 12. — Grad. ms. Cranenburchense saec. 13. Cod. Capit. Cranenburchen. s. n. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. — Oration. ms. Secoviense (Monialium) saec. 12. Cod. Graecen. 1501. (In beiden letzteren Anfang: Benedictio summae trinitati.) — Grad. ms. Veteris Montis (?) saec. 13. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VI 2. — Grad. ms. Sanblasianum saec. <sup>12</sup>/<sub>13</sub>. Cod. Vindobonen. 1909. — Miss. ms. Hospitalense saec. 14. in. Cod. Paulan. 27. 3. 19. (Hosp. memb. 49). — Miss. ms. Hospitalense anni 1427. Cod. Paulan. 26. 1. 9. (Hosp. memb. 7). — Miss. ms. S. Gangolphi Maguntini anni 1444. Cod. Maguntin. 136. — Cant. ms. Tegurinum saec. 15. Cgm. Monacen. 716. — Grad. ms. Freckenhorstense (Oitbergae de Langen) anni 1530. Cod. Freckenhorsten. s. n.

1, 2 summae trinitati B; unitatis F. — 2a, 2 qui sempiternalis CD. — 2a, 3 est identitas K; idemptitas G. — 2a, 5 iactriel D; yatriel FI; ia triel H; ya triel E. — 2b, 1 verbum AG. — 2b, 2 quo H; coessentia I. — 2b, 4 vera ADEFH. — 2b, 5 exsplendent G; explens et viva A. — 3a, 1 Sibi H. — 3a, 4 sacra H. — 3a, 5 extensiva D. — 3b, 1 Tu es omnium D; Rex es omnium K; Tres omnium F. — 3b, 2 simplex et F. — 3b, 3 principalissimum F. — 3b, 4 o ens D; oriens F. — 4b, 1 Odiā CDEH. — 4b, 2 cedat CGHIK. — 4b, 4 explicet C; exprimat F; exprimant E; expleat AGHIK; expleant D. — 4b, 5 usya EF; usion D. — 5a, 2 cuius umbram D. — 5a, 4 in te deliciae EFGK. — 5a, 6 virtus fehlt C. — 5b, 1 Fac nos supplices C — 5b, 2 dilectioni AFI. — 5b, 6 oki alpha A; o et alpha GIK; o qui alpha CDEFH; ω fehlt H. — 5b, 7 sanctifica DK. — 6a, 1 hel A; eloy CDEFHK; eloym I; heloim A. — 6a, 2 heloe AI; eloym K; helion AI; elyon DEFGHK. — 6a, 3 Ya EFGK; saday FK; sadday AGEIK; saddaym E; iassadday D; iassa day H. — 6a, 4 samay F; sammay D; sammaym CH; amayn K; amaim A; amaym G. — Eye G; eige A; egie C; yeie I; yge E; geie F; genye D; iege K; ie ie H. — 6a, 9 sanctifica D. — 6b, 5 Dominus fehlt E; iustus fehlt E. — 6b, 6 pater futuri DEK. — 7a, 1 Spes timoris C. — 7a, 7 laus sapientiae A. — 8, 1 Et te A; Ad te FGHK. — 8, 2 tuo vultu D; vultu tuo A. — 8, 3 pacemque H.

244. (6.) Antiphona Maior de B. M. V.

Alma redemptoris mater, quae pervia caeli  
Porta manes et stella maris, succurre cadenti,  
Surgere qui curat, populo, tu quae genuisti  
Natura mirante tuum sanctum genitorem,  
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore  
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Clm. Monacen. 23037. A. — Psalt. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1119. B. — Psalt. et Orat. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1202. C. — Brev. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 832. D. — Collect. ms. Emmeramense saec. 11. Clm. Monacen. 14965 a. add. saec. 12. Da. — Trop. ms. Martialense saec. 11—14. Cod. Parisin. 1139. add. saec. 13. E. — Diurn. ms. Pruvningense saec. 14. Cod. Altovaden. X. F. — Cant. ms. Altovadense anni 1410. Cod. Altovaden. 42. G. — Orat. ms. Tirnsteinense saec. 15. Cod. Ducumburgen. 84. H. — Horae et Orat. Ultraiectinum saec. 15. Cod. Altovaden. H. I. — Cant. ms. S. Iacobi Augustani anni 1481. Clm. Monacen. 6913. K. — Collect. ms. Italicum anni 1489. Cod. Paulan. 25. 4. 19 (ol. Saubl. memb. 45). L. — Psalt. et hymn. ms. SS. Udalrici et Aefrae anni 1494. Clm. Monacen. 4301. M.

2 manens BCDDaEFGHIKLM. — 3 quae D: curas ACEFGH; cura D. — 4 mirantem A. — 5 prius tu posterius ABCDDaE: aut posterius F. —

In A ist fol. 329 b sqq. Herimans Historia sanctae Aefrae von einer Hand des 12. Jahrhr. eingetragen. Unmittelbar an dieses Officium, mit dem sie doch nichts zu tun hat, schließt sich fol. 241 b die Antiphon Alma redemptoris. Der eine Verfasser beider Stücke erklärt, warum sie beide hier beieinanderstehen. — In Da steht die Antiphon mit Neumen en points superposés. — Die Antiphon steht auch in Cod. Vindobonen. 3721 (Collect. ms. Lunaelacense saec. 15). Die Tabulae codicum III, S. 63 geben als Verfasser Johannes Sax an. Diese Angabe ist unrichtig, ebenso wie der an gleichem Orte angegebene Anfang „Maria redemptoris mater“. Die Hs. liest richtig: „Alma redemptoris“. Vor dem Liede steht zufällig die Einleitungsformel eines Briefes, die beginnt: „Iohannes, dictus Sax etc.: dieselve wurde von den Tabulae irrthümlicherweise als Autorenangabe aufgefaßt.

#### 245. (7.) Antiphona Maior de B. M. V.

Salve, regina misericordiae,  
 Vita, dulcedo et spes nostra, salve!  
 Ad te clamamus exsules filii Evae,  
 Ad te suspiramus gementes et flentes  
 5 In hac lacrimarum valle.  
 Eia ergo, advocata nostra,  
 Illos tuos misericordes oculos ad nos converte  
 Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,  
 Nobis post hoc exilium ostende,  
 10 O clemens, o pia,  
 O dulcis Maria.

Brev. ms. Secoviense saec. 11/12. Cod. Graecen. 1244. A. — Psalt. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1119. B. — Brev. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 832. C. — Psalt. et Orat. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1202. D. — Trop. ms. Martialense saec. 11—14. Cod. Parisin. 1139. add. saec. 13. E. — Antiph. ms. Lambrechtense saec. 12. Cod. Graecen. 528. add. saec. 13. F. — Collect. ms. Ottoburanum saec. 12/13. Clm. Monacen. 9921 add. saec. 13. Fa. — Antiph. ms. S. Coronae saec. 13. Cod. Pragen. XII C 7a. G. — Hymn. et psalt. ms. Cisterciense (postea Valdicense) saec. 13. Cod. Pragen. VII F 11. add. saec. 14. in. H. — Horar. et Orat. Ultraiectinum saec. 15. Cod. Altovaden. H. I. — Cant. ms. S. Iacobi Augustani anni 1481. Clm. Monacen. 6913. K. — Psalt. ms. Basilcense saec. 15/16. Cod. Paulan. 25. 2. 33 (ol. Saubl. memb. 57). L. — Psalt. et hymn. ms. SS. Udalrici et Aefrae anni 1494. Clm. Monacen. 4301. M. — „Ad Magni-

ficat<sup>4</sup> E; „In Purificatione B. M. V. ad Magnif.“ G; „In festis IX lectionum et infra I. — Vgl. über das *Salve regina* Brambach a. a. O. S. 15 und S. 16 n. 8—17. — Das jetzt übliche Wort *mater* in Vers 1 (*mater misericordiae*) findet sich in keiner Quelle und ist ein spätes Einschleusen des XVI. Jahrh.

**246. (8.) Antiphona de B. Maria V.**

O florens rosa, Domini mater speciosa,  
O virgo mitis, o fecundissima vitis,  
Clarior aurora, pro nobis omnibus ora,  
Ut simus digni postrema luce beari.

Offic. ms. Millestadien. saec. 12. Cod. Virunen. 38. A. — Brev. ms. Emmeramense saec. 14. ex. Clm. Monacen. 14771. B. —

2 o incundissima vitis B. — 4 fehlt B. — Ant. ad. Complet. in Concept. B. M. V. A. — Ant. 2. ad Laudes in Assumpt. B. M. V. B. — Vgl. Anal. V, 50; XXIV, 6.

**247. (9.) Responsorium d. s. Afra.**

R. Martyr sancta Dei, quae flagrans igne fidei  
Flammas sprevisi tortorum, victima Christi,  
Qui foedant mores, precibus restingue calores,  
V. Crescat ut in nobis divini fervor amoris.

Antiph. ms. Augiense saec. 12. Cod. Carolsruhan. Aug. LX. A. — Brev. ms. Pruvningense saec. 12. Clm. Monacen. 27037. add. saec. 12. B. — Brev. ms. Augustanum saec. 15. Clm. Monacen. 3902. C. — In 2. Noct. Resp. 4 A; In 1. Vesp. Resp. C.

## Othlo.

Monachus Emmeramensis.

† 1072.

Othlo (auch Othlohe geschrieben) war in Oberbayern zu Anfang des 11. Jahrhunderts geboren. Schon als Knabe kam er nach Tegernsee, wo er mit gleichgroßem Eifer als Erfolg die Kunst des Bücherschreibens erlernte, und von da nach Franken. In die höheren Wissenszweige führte alsdann die Hersfelder Schule ihn ein: namentlich fühlte er sich von den Klassikern, unter ihnen am meisten von Lucanus angezogen. Durch Bischof Meginhard, der von seiner Kunst als Schreiber erfahren, erhielt er einen Ruf nach Würzburg und ein Kanonikat an der dortigen Kathedrale, entsagte indes 1032 der Welt und trat unter Abt Burkhard in das Kloster St. Emmeran ein. Bald ward er mit der Leitung der dortigen Klosterschule und zwischen 1052 und 56 auch mit der des Stiftsdekanates betraut. Nachdem er dreißig Jahre im Kloster zugebracht, entzog er sich 1062 den Antfeindungen der jüngeren Ordensgenossen, indem er mit Genehmigung des Abtes Reginward sich in die Abtei Fuld begab. Vier Jahre weilte er dort, seine Zeit zwischen Schreiben und Abschreiben von Büchern teilend. Im Jahre 1066 nach Regensburg zurückberufen, begab er sich zunächst nach Amorbach und von da im folgenden Jahre nach St. Emmeran, wo er den 23. November 1072 (oder 73) verstarb. Vergl. über sein Leben B. Pez, Thesaurus Anecd. III. p. 1 sqq. Monum. Germ. SS. XI. 376 sqq.

Die Schriften Othlos gehören teils der Hagiographie (Leben des hl. Wolfgang, des hl. Bonifacius, des hl. Magnus teils der asketischen und mystischen Theologie an (Liber de tentationibus suis. Liber visionum u. a.) Siehe Migne PP. LL. 146. 10—422; Mon. Germ. SS. XI. 378 sqq. Die hier mitgetheilten religiösen Gedichte sind seinem eigenen Autogramm, den Münchener Handsch. 14490 und 14756 entnommen, die beide mannigfache Korrekturen von der Hand des Verfassers aufweisen.

---

### 248. (1). Oratio ad Deum.

O princeps pacis, recolendus nomine patris,  
O patris verbum, per quod manet omne creatum,  
Spiritus o sancte, quo constant cuncta creante.  
His qui personis Deus unus semper haberis,  
5 Ordine qui miro finis constas et origo  
Leges aeternas ac solus iure gubernas,  
O pater aeternae, cui semper idem manet esse.  
Qui genus humanum miseratus mortificatum

- Propter mortifera primi delicta parentis  
 10 Vivere fecisti pretioso sanguine Christi,  
 Cuius in adventu mundum totum reparasti,  
 Cuius iudicio statuentur cuncta sub aequo,  
 Da mihi velle bonum, vires ad perficiendum.  
 Nam sine te nequeo vel mente capessere quidquam.  
 15 Tu nisi des votum, frustrabor ad omnia motum.  
 Unde mihi, posco, clemens hoc annue primo,  
 Quo proferre queam poscendi verba recte,  
 Exin sinceris precibus, precor, ut pius assis;  
 Da mihi, quaeso, fidem, per quam te semper adorem  
 20 Quaque sciam plane, quod iustum sit vel inane.  
 Spem concede mihi talem, spes unica nostri,  
 Qua sufferre queam vitae caelestis habenam.  
 Restat in his prima virtus, dilectio bina.  
 Qua te factorem debemus amare hominemque.  
 25 Quam, Deus, infunde super intima cordis abunde.  
 Non mea mens, quaeso, laedatur more superbo,  
 Adveniat rite custos patientia vitae.  
 Mors et perditio, discedat caeca libido.  
 Me quoque, posco, regas, cum videro res alias,  
 30 Ne quid in his captus fieri compellar avarus.  
 Non cibus aut potus me deprimat immoderatus.  
 Fac, precor, et vestes contemnere me pretiosas,  
 Da vigiles artus ad cuncta tui famulatus  
 Atque quiescentes solita de fraude tuere,  
 35 Ne corrupta caro somno turbetur amaro.  
 Sint procul invidia, iactantia, lis, sed et ira,  
 Nec rebus vanis me laus seducat inanis.  
 Non peto, divitias nec honores carnis ut addas,  
 Sed da propitius tantum solacia victus  
 40 Fructificaque, mihi quaecunque talenta dedisti,  
 Quatenus usuram merear tibi reddere iussam.  
 Sicque meos mores in amore tuo, precor, aptes.  
 Ut mea sit cura, quod gestet vita futura,  
 Ac regno Christi merear tandem sociari,  
 45 Qui tecum, pater, et cum pneumate regnat in aevum.

Opera autogr. Othloni Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen. 14490.

A. — Opera autogr. Othloni Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen. 14756.  
 fol. 106. B. — Ibidem 2<sup>o</sup> fol. 159. C.

1. O pater aeternae, cui semper idem manet esse BC. — 2 bis 4 incl. fehlen B. — 4 O qui personis tribus his Deus unus habetis C. — 7 fehlt BC; zwischen den Zeilen nachgetragen A. — 9 zwischen den Zeilen nachgetragen ABC. — 11 zwischen den Zeilen nachgetragen AC. — 12 fehlt B. — 24 zwischen den Zeilen nachgetragen AC. — 25 Quam, precor, infunde. BC. — 31 und 32 zwischen den Zeilen nachgetragen AC. — Vor 33 schiebt B ein: Ne videar quemquam per tales laedere vestes. — 38 Non rogo divitias C; vel honores B. — 45 tecum patre et A.

249. (2.) *Hymnus de Natali Domini.*

1. O salus mundi, sator universi,  
Sola spes vitae, decus o perenne,  
Debitas laudes tibi nos ferentes  
    Suscipe clemens.
2. Qui volens totum reparare mundum.  
Gratiam miris dederis habenis,  
Ne iugo legis premeretur omnis  
    Plasmatis aetas.
3. Haec agens gratis vice caritatis  
Res protoplasti miserans levasti  
Et premens tandem Leviathan anguem  
    Nos revocasti.
4. Nam coaeternum tibi, summe, verbum  
Prolis humanae speciem probare  
Miseras orbi, sine labe naevi  
    Virgine sumptam.
5. Iam novum lumen datur ad salutem,  
Natus est nobis novus auctor orbis,  
Splendor aeterni patris ac superni  
    Iam caro factus.
6. Ille signatas reserans figuras  
Legis obscurae fideique purae  
Sensibus nostris aderit perennis  
    Pro renovandis.
7. Nulla vis nobis remanet doloris,  
Filius summi vigor exstat omni,  
Qui fide pura vigilique cura  
    Credit in ipsum.
8. Hinc melos hymni resonemus illi  
Supplici voto studioque toto,  
Ut coheredes sibimet fideles  
    Inveniamur.
9. Laus patri summo sit honorque nato,  
Pneumati sancto decus atque doxa,  
Qui manens trinus Deus est et unus  
    Semper ubique.

**250. (3.) Versus super Evangelium**

„Cum natus esset Iesus“.

1. Cum puer Iesus deitate plenus  
Bethlehem Iuda genetrice summa  
Editus mire sub Herode rege  
Viseret orbem,
2. Mox recens stella simul est oborta.  
Quam magi quidam oriente visam  
Usque regalem comitantur urbem  
In Hierusalem.
3. Et requirentes inibi manentes  
Inquiunt illis: Reserate nobis,  
Quo sit hic natus modo tam probatus  
Rex Hebraeorum.
4. Vidimus mempe super hoc potente  
Sideris miri radios oriri,  
Hunc ut oremus, ideo venimus  
Partibus istis.
5. Audit haec maestus nimium scelestus  
Atque cum totis Hierosolymitis  
Anxius cura capitur dolosa  
Hostis Herodes.
6. Et vocans cunctos populi magistros  
Sciscitabatur, quid ad haec agatur,  
Unde sit Christus, ubi quippe natus  
Inveniatur.
7. At requisiti ita sunt locuti:  
Bethlehem castrum parit ergo Christum,  
Sicque revera legitur propheta  
Hinc cecinisse:
8. Bethlehem Iuda, eris haud minuta  
Inter affines procerum cohortes,  
Exiet namque novus auctor a te,  
Qui regat omnes.
9. Tunc magis illis pariter vocatis  
Coepit occulte ab eis notare,  
Quando praedictum iubar esset ortum,  
Quod sibi fulsit.

10. Exin insanus ait his tyrannus:  
Ite iam, quaeso, puerum sequendo  
Et nimis caute, ubi sit, rogate  
Regulus idem.
11. Cumque compertum teneatis illum,  
Siquidem certe mihimet referte,  
Ipse quo regem veniens eundem  
Pronus adorem.
12. Haec magi dicta capiunt dolosa;  
Tum dehinc rursum iniere cursum  
Ac satis gratum iter inchoatum  
Perficiebant.
13. Sed statim stella Oriente visa  
Praevia luce comes est ubique,  
Usque dum supra remaneret ipsa,  
Quo fuit infans.
14. Cuius aspectu nimium gavisi  
Ingredi sancta meruere tecta,  
Quo puer Iesus genetrix et eius  
Inveniuntur.
15. Moxque prostrati studio fideli  
Supplices Christum venerantur ipsum,  
Insuper dona tribuere trina  
Mystica valde.
16. Nam Deus tunc celebratur apte,  
Est et in murra hominis figura,  
Rexque nimirum rutilans per aurum  
Significatur.
17. At magi somno moniti supremo,  
Ut minus regem redeant Herodem,  
Sunt viam nisi aliam reverti  
In regionem.

Opera autogr. Othloni Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen. 14756.

#### 251. (4.) In Resurrectione Domini.

Oblato Christo studeat sibi quilibet isto  
Tempore paschali laudis dono speciali  
Pacificare Deum, qui depopulans hypogaecum  
Ut tiro magnus, tondendus mitis ut agnus,



- 5 Agnos exemit exinde suosque redemit,  
Nos miseros vero simili pietate supremo  
Patri placavit, miserando reconciliavit.  
Mors contra vitam pugnam confert inimicam,  
Dux regnat vitae vivus mortis sine lite.
- 10 Dic, dic ergo pia nobis dulcisque Maria,  
Quid vidisti flens prope tumbam quando stetisti?  
Angelicos testes, sudaria, lintea, vestes.  
Unica spesque mea surrexit et hoc Gallilaea  
Approbat, est visus ibi nam multis redimendus.
- 15 An vis Iudaeae tibi credamusve Mariae?  
Illius sanis verbis tu falsificaris.  
Qui vivis vere, tu nobis, rex, miserere.

Opera autogr. Othloni Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen. 14 490.  
Zuschrift, wie es scheint, von Othlos Haud. -- Von Vers 5 an metrische Um-  
schreibung des *Victimae paschali*.

**252. (5.) Item in Resurrectione Domini.**

- Vocibus altisonis Dominum laudemus in odis  
Caelestique melos regi dulces iubilemus,  
Per se, non actus, qui caelitus est caro factus  
Sub carnis fatis latitante typo deitatis.
- 5 [Dum] tegitur paunis mundis puerilibus annis,  
Illi fit cuna praesaepis mansio dura.  
[E]jus praeceptum miserans, qui fecit ineptum,  
Non improviso nudum pulsum paradiso,  
Subditur egregie Ioseph matrique Mariae.
- 10 Se circumcidi patitur [ri]tu puerili,  
Sicut peccator in templo purificatur,  
Crimina delere qui scitur nostra valere.  
Sub ditione pari baptismi fonte lavari,  
Qui sibi servus erat, ab eo dignando volebat.
- 15 Fortis et, ut nostis, temptamina pertulit hostis,  
A nullo tactus lapidum refugit quoque iactus  
Sustinuitque famem plerumque situs cruciamen  
Ac auditorum plantas lavit ipse suorum.  
Haec intus facta, quamvis vi corporis acta,
- 20 Non poterat sane deitas eius latitare.  
Verbo divino mutavit aquam cito vino,  
Orbatos visu vestivit luminis usu,  
Sanos reddebat leprosos, quosque videbat,  
Patres defunctos iubet ipse resurgere cunctos.
- 25 Omnes curabat, quos [a]quae vis debilitarat,  
Quos cruor impinxit, fluxus hos ipse restrinxit.

- Panibus e quinque satiavit milia quinque,  
 Ventos sedavit, mare ceu siccum peragravit,  
 Linguas mutorum iussu verbi reseravit,  
 30 Aures surdorum sputo tactas reparavit,  
 Febres morborum quartanas porro fugavit.  
 Talia post signa, post haec signacula digna  
 Sponte sua capitur, crucifigitur et sepelitur.  
 Ast in morte sua sol subtrahitur quoque luna.  
 35 En, lux illius est nobis orta diei,  
 Quam fecit Dominus, typus aeternae requiei.  
 In qua ceu fortis leo vicit debita mortis  
 Atque suis visus est dilectis redivivus  
 Post, primus primae peccanti primo Mariae,  
 40 Fratribus undenis post hac maerore repletis,  
 Informans illos scripturas corde pusillos,  
 Gentibus ut plane scirent illas reserare.  
 Ecce, resurgentem sollemniter omnitenentem  
 Laetitia multa laudant nascentia cuncta.  
 45 Cuncta carent luctu, segetes vernant modo fructu,  
 Producit flores varios ex more colores  
 De terra late tersa nivis asperitate.  
 Carmina nunc plena dulcedine dat philomena,  
 Nunc sol et luna perlucent clarius una,  
 50 Herbarum vellus producit florida tellus.  
 Ergo die, fratres, hac exsultemus alacres,  
 Instat quae fulgens, in qua de morte resurgens  
 Mundi salvator, verus vitae reparator,  
 Caelestis nobis patefecit iter regionis.  
 55 Totus iucundus sit per pia gaudia mundus,  
 Coniubilent sancti simul Alleluia tonanti.

Opp. autogr. Othlonis Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen. 14490. —  
 Zugschrift von anderer Hand, aber mit einer Korrektur, die Othlos Hand zu  
 sein scheint.

**253. (6.) Versus super sequentiam sancti Spiritus.**

- Assit iam nobis elementia spiritus almi,  
 Quae sibi cor nostrum faciat consistere templum,  
 Expellens inde peccatorum genus omne.  
 Spiritus alme, veni nos et dignare tueri,  
 5 Fac procul horrendas de nostro corde tenebras.  
 Tu consolator et purae mentis amator,  
 Infer chrisma tuum clemens in pectora nostrum.  
 Tu quoque cunctorum mundator flagitiorum.  
 Mundatos hominis oculos fac interiores,  
 10 Ut sic caelestem mereamur cernere patrem,  
 Quem possunt oculi iustorum cernere soli.

- Tu sanctos vates fecisti degere tales,  
Ut miranda Dei canerent praeconia Christi.  
Discipulos Christi tam fortes esse dedisti,  
15 Eius ut in cunctum veherent miracula mundum.  
Cum machinam rerum faceret Deus omnigenarum,  
Tu futurus aquas has iure tuo solidabas.  
Tu lymphas pandis animabus vivificandis  
Ipseque carnales fieri das spirituales,  
20 Tu quoque divisum per linguae schismata mundum  
Et varios ritus coadunasti, pie flatus.  
Idolatrias gentes, hoc est simulacra colentes,  
Ad cultum Domini tu, praesul summe, vocasti.  
Nunc assis, sancte, nobis clamantibus ad te;  
25 Nam sine te frustra fit tota precatio nostra.  
Tu, qui cunctorum docuisti corda piorum,  
Efficiens illos proprio de numine dignos  
Christi discipulos, hodie tu, spiritus, ipse  
Insolito cunctis benedicens munere saec[is]  
30 Hunc idcirco diem fecisti iure celebrem.

Opera autogr. Othloni Emmeramen. saec. 11. Clm. Monacen 14756. —  
Aufschrift wie oben. — Poetische Umschreibung der Sequens: *Sancti spiritus  
assit nobis gratia.*

254. (7.) Versus de die iudicii.

- O vos christicolae, qui iam remanetis in orbe,  
Dum bene possitis, pergite de vitiiis,  
Nam valet hic multa constans oratio vestra,  
Quam tunc pro nihilo proferet omnis homo,  
5 Cum suprema dies actus reseraverit omnes,  
Et Deus omnipotens de superis veniens  
Iustos in dextra, sed pravos parte sinistra  
Pastor ut ex hoedis dissociabit oves.  
Talibus intenti verbis animo sapienti  
10 Semper tractate, quod genus estis Adae.  
Praesens vita brevis, sed erit ventura perennis,  
Nempe beatus homo despicit apta modo,  
Aedificat mores, ad veros tendit honores.  
Nam, quod mundus amat, hoc velut umbrae labit.  
15 Si nos ex variis cognoscimus ultima signis,  
Hinc minus incauti turbine iudicii,  
Eius in occursum teneamus pectora sursum,  
Ut Dominus veniens inveniat vigiles.  
Nam sol et luna pallescent lege sub una,  
20 Rebus abhinc finis coeperit esse cinis.  
Denique nil restat, nisi, quod spes ultima praestat,  
Quod mortale fuit, hoc moriendo ruit,  
At animae meritum mercedis percipit usum.

- Sic quondam lenis propitiusque nimis,  
25 At tunc districtus veniet nimiumque verendus.  
Tunc quoque monstrabit vulnera, quae subiit.  
Quem transfixerunt, ut fert scriptura, videbunt  
Reddentes planctum, prohi dolor, in vacuum.  
Cum transfixa cutis sit spes et causa salutis,  
30 Si quos error amat, hosce salus reprobat.  
Porro dies ille complebit vata Sibyllae  
Atque prophetarum comprobat indicium,  
Cordis et arcana fient hoc tempore plana.  
Illic sero gemet, quem modo risus habet.  
35 Ille dies mire pravis advenerit irae,  
Quos reparare modo nulla valet ratio,  
Si quasi securi sectantes commoda mundi  
Nec curant animas aedificare suas.  
Illic causa gravis, quam nec incredulus audis,  
40 O miser imprudens, pessima quaeque gerens.  
Nolis sive velis, hoc iudicium patieris,  
Gestis et ipse tibi discutiendus ibi.  
Tunc igitur linques invitus carnis amores,  
Nil mercedis habens, his quia nunc frueris,  
45 Sed magis aeternum pro talibus ibis in ignem,  
Quo dolor, ah et vae semper erit sine spe.  
O nimium miseri, sentite locum miserendi  
Et vel adhuc vobis poscite pacis opem.  
Currite, dum quitis et vitae lumen habetis.  
50 Dum maneat tempus, non neglegatur opus.  
At neglegens tempus fuerit sine fine neglectus,  
Quod sibi quisque legit, hoc habiturus erit.  
Nam sermone brevi concluditur hic modus ei,  
Perpes vita bonis, mors sine fine malis.  
55 Haec pensate, viri, libeat virtute potiri,  
Ne mortis turbo vos capiat subito.

# Alphanus I.,

Archiepiscopus Salernitanus.

† 1085.

Alphanus von Salerno erblickte das Licht der Welt in der Stadt, die ihm den Beinamen gegeben, unter der Regierung des Fürsten Guaimarus III., mit dem er nahe verwandt war. Seine Geburt muß in die Jahre 1015 bis 1020 fallen. Er besuchte die berühmte ärztliche Hochschule seiner Vaterstadt, verband aber mit dem Studium der Medizin das der schönen Wissenschaften und der Gottesgelehrtheit und trat in jungen Jahren in den geistlichen Stand. Seine Brüder, deren Namen uns die Geschichte verschweigt, nahmen Teil an der Verschwörung des Pandulphus, der am 3. Juni 1052 Guaimarus IV. zum Opfer fiel. Dafs Alphanus an dieser Gewalttat beteiligt gewesen, ist unwahrscheinlich, jedenfalls aber unerwiesen. Übergehen wir die weiteren politischen Ereignisse. Im Jahre 1054 kam Desiderius, Mönch des Sophienklosters zu Benevent, ein Sprofs des langobardischen Fürstenhauses dieser Stadt, Heilung suchend nach Salerno. An ihn schlofs sich Alphanus in inniger Freundschaft an, begleitete ihn nach Benevent und nahm daselbst das Ordenskleid des hl. Benedikt. Zwei Jahre später traten beide in das Kloster von Monte Casino über, doch schon 1057 ward Desiderius zum Abte des Klosters von Capua, Alphanus zum Abte des Klosters San Benedetto in Salerno erwählt. Nach dem Tode des Erzbischofes Johannes ward Alphanus zu seinem Nachfolger erkoren und in den Quatembertagen des März 1058 zu Rom vom Papste Stephan IX. konsekriert. Die Regierung Alphanos fällt in die Zeit der Ausbreitung der Normannischen Herrschaft in Unteritalien, welche derjenigen seines eigenen Hauses ein Ende bereitete. Seine Lage mußte eine noch schwierigere sein, weil die Päpste von Leo IX. bis zu Gregor VII. mehr dem einmal ihre Politik gegenüber den eindringenden Eroberern wechselten, je nach den Bedürfnissen des Augenblicks. Es ist schwer, an diesem Orte unmöglich, die politische Stellung Alphanos in den verschiedenen Phasen dieses Kampfes zu verfolgen und zu präzisieren. Am 13. Dezember 1076 zog Robert Guiscard in Salerno ein; das letzte langobardische Fürstentum des unteren Italien war gefallen. Das Verhältnis des Kirchenfürsten zu dem Eroberer war ein freundliches: sie fanden sich zu gemeinsamer Arbeit zusammen, indem sie die berühmte Kathedrale des hl. Matthäus erbauten. Um die Concha der Apside lief die Inschrift:

Da, Mathaeae pater, patris hoc det et innuba mater,  
Ut pater Alphanus maneat sine fine beatus.

Zu Anfang des Jahres 1085 konnte Gregor VII., von Heinrich VI. aus Rom vertrieben, den vollendeten Dom einweihen; am 28. Mai starb der Papst. und Alphanus begrub ihn in seiner Kathedrale. Am 9. Oktober desselben Jahres folgte der Bischof dem Papste in die Grube. Wir besitzen über Alphanus eine eingehende Monographie von Michelangelo Schipa, *Alphano I. Archievescovo di Salerno*, Studio Storico-Letterario. Salerno 1880. Vgl. auch Gisebrecht, *De literarum studiis apud Italos primis medii aevi saeculis*. Berolini 1845. Über Alphanos Schriften vgl. Petrus Diaconus, *De viris illustribus*

Casinen. VI, 10 (bei Muratori, Rerum Italic. Scriptt. VI, 34 sq.); Leo von Ostia, Chronicon Montis Casinen. Muratori IV, 455.

Für die Gedichte Alphanos kommen zwei Hauptquellen in Betracht: Erstens die Handschrift seiner Gedichte Cod. Casinen. 280 saec. 11. ex.; zweitens das seltene Sammelwerk des Tito Prospero Martinengo; vgl. Titel und Inhalt Anal. XXII, 5 sq. Aus diesen beiden Quellen sind die liturgischen Hymnen Alphanos bereits im XX. Bande der *Analecta* gedruckt worden. Es sind die folgenden:

Adesto sancte spiritus . . . . .	XX,	190.
Ad patris decus optimi . . . . .		244.
Alma dies rutilat toto celeberrima mundo . . . . .		230.
Apostolorum nobili victoria . . . . .		188.
Ardet intactae faciem puellae . . . . .		18.
Aureo solis radio perenni . . . . .		54.
Ecce dies rediit iubili . . . . .		207.
Fontem perennis gratiae . . . . .		73.
Fulgur aspectus placuit virorum . . . . .		274.
Gaudere fratres nos hodie decet . . . . .		197.
Igne divini radians amoris . . . . .		17.
Laetare mater parturis quae filios . . . . .		189.
Laudibus vestris modulando noster . . . . .		241.
Praebe Christe canentibus . . . . .		242.
Quid tuo nobis potius placere . . . . .		198.
Rex regum Deus omnium . . . . .		205.
Salve dies tutoribus . . . . .		104.
Sanctis martyribus laus honor et decus . . . . .		103.
Virgo dicata Deo nobis Christina faveto . . . . .		72.
Virgo sideris ardua sedibus . . . . .		73.
Votis tuorum Christe fidelium . . . . .		107.

Ein Reimofficium auf die hl. Sabina steht Anal. XXIV, 274 sqq. Es bleiben hier nur einige andere lyrische Poesien Alphanos nachzutragen, die sich nur bei Martinengo finden. Dom Bruno Albers in Monte Casino hatte die Güte, die Texte nochmals mit der ersten Ausgabe, Nr. (1) mit der Handschrift zu vergleichen.

### 255. (1.) Ad Christum precatio.

- Christe Deus, vitae verae fabricator et almae,  
 Christe Deus, pulchri conditor atque boni,  
 Christe Deus, per quem, quod non est, tendit ad esse  
 Atque, quod est, factum creditur ex nihilo;  
 5 Christe, malum qui non ullum facis et facis esse,  
 Pessima ne fiant et bona proveniant;  
 Christe, malum nihilum qui confugientibus ad te,  
 Qui vere bonus es, ex ratione probas;  
 Christe Deus, per quem sunt et cum parte sinistra  
 10 Omnia perfecta condita, pulchra, bona;  
 Christe Deus, quem, quidquid amare potest, amat illud.  
 Sive sit ignorans sive sciens, quod amat;  
 Christe, pater clemens, cui verum non nisi mundos  
 Noscere perfectum et reperire placet;

- 15 Christe, sator veri, per quem sunt omnia vera  
 Et per quem sapiunt omnia, quae sapiunt;  
 Christe, pater clemens, perfectaque summaque vita,  
 Quo vivit summe, vivere quidquid habet;  
 Christe Deus, cuius totius machina mundi
- 20 Est regnum, quem non sensus obire potest;  
 Christe Deus, cuius de regno venit in ista  
 Lex etiam regna iustitiaeque vigor;  
 Christe, pater clemens, a quo discedere mors est,  
 Est in quem regredi vita, manere salus;
- 25 Christe Deus, nisi deceptus, quem nemo relinquit,  
 Quem, nisi praemonitus, quaerere nemo valet;  
 Christe, pater clemens, quem non nisi iustificatus,  
 Non nisi mundatus invenit, invoco te.  
 Christe, pater clemens, ad quem contendere amare,
- 30 Et quem conspicere est illud habere, quod est;  
 Christe, fides cui nos vera excitat, erigit et spes,  
 Iungit amor, per quem vincimus omne malum;  
 Christe, pater clemens, qui nos miseraudo reducis  
 Ad te, qui vera ianua, vita, via es;
- 35 Christe Deus, proprio qui nos dignaris honore  
 Quique coheredes nos facis esse tuos;  
 Pax mea, laus mea, spes mea, res mea, lux mea, Christe,  
 Glorifico, veneror te, benedico, colo.  
 Te solum laetor, te solum gaudeo, solum
- 40 Amplector, cupio, diligo, quaero, sequor.

Cod. Casinen. 280. saec. 11. fol. 73b. sqq. — Vorstehendes ein Bruchstück aus einer längeren „Oratio seu confessio metrica“ mit dem Anfange *Prisca lavans proprio*; vgl. Ughelli, *Italia Sacra* II, 1115 sq. Das Ganze, ein Dialog zwischen dem Betenden und Christus konnte ich füglich nicht aufnehmen, diese charakteristische Partie mochte ich nicht missen. Die zum Teil sinnstörenden Lesefehler Ughellis hier zu verzeichnen hat keinen Zweck.

**256. (2.) Loquitur Maria virgo ad Iesum natum.**

- Has mundi tenebras noster bene veneris infans  
 Visere, qui lato diffundis lumina caelo.  
 Fili mei filique Dei, novus accola, salve.  
 Sed quis, quo properas, compar genitoris, ab alto
- 5 Prosiliens, quo nate venis? qui lata polorum  
 Replet, telluris sinus hic mage complacet artus?  
 Concludi num forte venis, qui fine carebas?  
 Qui stans cuncta moves, venisti in carne moveri?  
 Qui geris in dextra mundanae pondera molis,
- 10 Ancillae tremulique senis portabere palma?  
 Cuius caelicolae pascuntur munere, parvas,  
 Quas tamen implesti, placuit tibi sugere mammas?

Quem superi cecinere chori, quo dante beati  
Exsultant animi, venisti emittere luctus?

- 15 En, age, iam nostros subeas, mi nate, lacertos,  
Parva geret magnum genetrix fragilisque potentem,  
Factorem gestabit opus nubesque decorem.  
Astat inops ancilla tibi, quae mollia parvo  
Membra tegat panno; non hic domus inclita sumptus
- 20 Adparat, ancillae desunt gnavigue ministri,  
Cumque furat Boreas, non igne aut pelle fovebo.  
En, tenerum patere loculo deponere corpus.  
En, tibi pro lecto praesaepe insternitur amplo,  
Qualia nate legis, tali tibi more parabo.

Martinego l. c. p. 193 sq. —

**257. (3.) Incipit Oda in honorem Innocentium.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>Candentem segetis novae<br/>Miremur cumulum, choros.<br/>Qui fauces teneras agant<br/>Coram principe canticis.</p> <p>5 Gaudet primipilos recens<br/>Ductor mittere praevios,<br/>Laetatur paribus puer<br/>Florum primitias legens.<br/>Hic gaudet titulis loqui,</p> <p>10 Quos prorsus dabat inscius<br/>Aetas et sine crimine.<br/>Sic dignis canitur prior,<br/>Insons innocuum tonat;</p> | <p>Si linguae officio carent,<br/>15 Clamat sanguineus rubor,<br/>Occisi resonant decus,<br/>Quod vivi nequeunt loqui.<br/>Quid vis, tigride durior,<br/>Quid, saevis canibus canis</p> <p>20 Peior? quid furiis vacas?<br/>Pignus caelicolum putas<br/>Infandis manibus premi?<br/>Sed frustra tumeat furor,<br/>Et te magnificum puer</p> <p>25 Materna ubera subbibens<br/>Vincat, te fugiens domet.</p> |
|--|---|

Martinego l. c. p. 195 sq. — 5 primipulos. — 10 inscius. — 20 Prior quid. — „Explicit de Innocentibus“.

**258. (4.) De sancta Christina.**

- Intemerata fide nostrae succurre ruinae,  
Ipse dedit vires, cuius amore viges.  
Te patre contempto regi coniuncta superno  
Iurgia derides, verbera nulla times.
- 5 Et quia te Christus salvator possidet intus,  
Ira, furor, gladius nil valet exterius.  
Iussa ducum spernis, temnis praecepta parentis,  
Sic servat sponsam rex in agone suam.  
Aestuat Urbanus, fremit Idion et Iulianus;
- 10 Arma pudicitiae quis superare potest?



- Sed quia mente colis Christum, quem nomine prodis,  
 In fragili sexu fortis inest animus.  
 Caelitus igniti frigescit flamma camini,  
 Virgineum corpus non retinet pelagus.
- 15 Non rota, non ferrum, non spicula mille furentum  
 Immutant animum, virgo beata, tuum.  
 Virgineis precibus iuvenis de morte resurgens  
 Aetherei regis subditur imperiis.
- 20 Quid Iuliane facis? quid, censor inique, moraris?  
 Victus es, ut video, pectore femineo.  
 Perfice, quod restat, tenta, quod durius exstat,  
 Non cesset feritas, non vacet impietas,  
 Aufer adhuc linguam, miser, aufer utramque mamillan,  
 Sed si non loquitur, mente Deo fruitur.
- 25 Nos tibi commissos, Christina, piissima virgo,  
 Protege perpetuis, poscimus, auxiliis.  
 Affluat in nobis aeterni munus amoris,  
 Quam colis, ad patriam grex tuus ut veniat.

Martinengo l. c. p. 170. — „In eandem“ (sel. Christinam).

259. (5.) De sancta Katharina

- Laudes non pigeat promere cantibus,  
 Quas virgo meruit, nec meritis pares.  
 Candor virgineus, praecipuus nitor,  
 Quo fulsit sapiens, et stabilis valor
- 5 Extolli titulis iure petunt novis,  
 Virtutum numerus, quo vigit brevi  
 Hoc vitae spatio sub fragili statu,  
 Extollens Catharinae niveum decus,  
 Quod non dilacerent plurima commoda,
- 10 Non tollat species, divitiis cadat,  
 Sexus feminei libera portio.  
 Grandis sub tenerae visa scientia  
 Arcano iuvenis multa scientibus,  
 Dum profert fidei mystica dogmata,
- 15 Non infert aliquid conscia contio  
 Victricis retinens lumina fulgidae  
 Perdentesque animas inveniunt eas.  
 Excellens fragili robur in arbore  
 Experta est, regimen quae tenuit, manus,
- 20 Dum pulsat precibus, dum furiis minax  
 Carnem dilacerans sub tenebris locat,  
 Ut demptis dapibus praecipitet neci.

- Splendor sed famulae gaudia congregat,  
Ut carnem foveant; pabula praeparat,  
25 Verbum fructificat, germina colligit,  
Fortis terribiles non timuit rotas  
Et mortem patitur, ne subeat necem.  
Et lac consequitur vulnera candidum,  
Montanoque locant vertice funera  
30 Dextrae caelicolum, quis refluit liquor  
Reddens debilibus membra valentia.

Martinengo l. c. 191 sq. — 8 Caterinae. — „Alia oda in ipsius laudem“.

**260. (6.) De sancta Katharina.**

- Multa nos cogit bonitas puellae  
Cantico laudes agitare nostro,  
Pauca dum spernit, sibi quae parentes  
Liquerant, multis opibus fovetur.  
5 Sceptra dum regis fragilis reliquit,  
Alta dotavit iuvenem corona.  
Plurima fulsit Catharina forma.  
Sed magis pulchram numerosa virtus  
Reddidit summi meruitque patris  
10 Unico iungi speciosa nato.  
Eius amplexu cupiens foveri,  
Terra quod posset dare, non cupivit  
Prosperum quidquam mala nec refugit.  
Unde nec praesul potuit minaci  
15 Pectus illius remove vultu  
Eius et sprevit placitis favere.  
Monstrat arguto rationis actu,  
Quae fidem lustrent, senibus togatis;  
Vicit, et victis placuit subesse,  
20 Fine dum vitam subeunt carentem.  
Carnifex ferro lacerat tenellam,  
Forte sed pectus nequirit ferire;  
Carceris taetra latuit caverna,  
Splendor ast summi patuit decoris  
25 Et lucrum Christo parat in caterva.  
Iam novum pondus cecidit rotarum  
Ante se, sacrum tulit et manipulum.  
Iussa sed tandem caput amputari,  
Supplices Christo rogitat ferendos.  
30 Vulnus illatum laticem dat album,  
Caelicae turbae sepelivit ossa  
Puritas, manant oleum salubre.

Martinengo l. c. p. 190. — 7 Caterina. — „Oda in laudem eiusdem virginis.“

**261. (7.) Ad Laudem sanctae Luciae virginis et martyris.**

- Qui caelos quondam statuisti lumina terris  
 Spargere, da tenebras pellentis munera lucis.  
 Nocte licet pressos nubes nos pallida condat,  
 Lucida gaudemus tamen hic quandoque tueri.
- 5 Clara quidem fidei gestans sub agmine virgo  
 Lumina nos docuit constanti lucida bello  
 Sistere, dum precibus Dominum vicisse tonantem  
 Visa quoque est morbo praestans suffragia matris.  
 Multa parat daemon, vis carnis proelia, mundus.
- 10 Docta ferit iaculo latitantem nubibus hostem.  
 Luce micans fidei carnis molimina vincit,  
 Dum se terricolae facibus non iungit amantis.  
 Quae potiora quidem caelestis foedere sponsi,  
 Quem fovet in minima diffundens munere membra?
- 15 Fortior insurgit mundus pro marte secundus,  
 Inde sinister adest et verbo et verbere turgens.  
 Nulla potest animum fragili sub carne virilem  
 Frangere vis clausum, de cuius robore traxit  
 Robora mortalis moles; nam sistere visa est
- 20 Multimodis hominum conatibus acta boumque,  
 Ad loca perdendi ut traheretur foeda pudoris.  
 Incensas superat flammam nec vulnera mortis  
 Expavit sacroque charismate fota reliquit  
 Membra quidem terrae, sed spiritus aethera scandit.
- 25 Hic tua lucifero resplendet culmine sedes,  
 Hic sacer amplexus tibi porrigit oscula sponsus,  
 Huc quoque nos tua vota trahant, o lucida virgo.

Martinego, l. c. p. 194 sq. —

**262. (8.) Incipit Oda excitativa militis Christi.**

- Quid stas? otio quid, pugil, haeres?  
 Belli moveat fervidus horror,  
 Quodsi retrahat frivola virtus,  
 En, auxilium dextera Christi
- 5 Praestat, fragiles portans umeros.  
 Intende ducis, quam cape, formam,  
 Forti dabitur fulva corona.  
 Prudentia te protegat ante,  
 Et iustitia postera purges,
- 10 Ac, ne tumeas temne secunda,  
 Laevam retine robore fortis.

- Summi capias iussa magistri  
Servant fragilem, si bene servas,  
Sermone sacro sternitur hostis.
- 15 Ensem capias hunc tibi tutum,  
Nec te subigi crux sinet hosti.  
Hac qui steterit, non timet illum,  
Miles tegitur votaue fundens,  
Moyses populum protegit orans.
- 20 Scutum fidei suscipe fervens,  
Ictus poteris tollere victor;  
Spes det galeam, quae caput abdit,  
Cape lorica membra tegentem,  
Quam iustitiae dextra propinet.
- 25 Multum iuvat et cingere lumbos,  
Pacis caligas subdere talis,  
Hostis latitans his cadet armis.

Martinengo l. c. p. 209. — 7 Dabitur forti — 18 Tegitur miles. — 25 Iuvat et multum. — 26 Caligis pacis subdere talos. — Zwei Fehler oder Anomalien vermag ich nicht zu beheben: 5 *portans umeros* ist eine erste Vershälfte an Stelle einer zweiten; 23 *Cape lorica* fehlerhaft oder allenfalls eine zweite Vershälfte an Stelle einer ersten.

### 263. (9.) De Omnibus Sanctis.

1. Gaudete, iusti, mites et pacifici,  
Et omnes recti corde gloriamini,  
Semper manentis possessores bravii,  
Filii Dei, conspectores Domini,  
Sic ordo sacri testatur eloquii.
2. In vobis quidem sanctus ille iugiter  
Spiritus pietatis, sapientiae  
Et intellectus, timoris, scientiae,  
Consilii, fortitudinis residet,  
Largiter satis unumquemque imbuens.
3. Inenarranda Domini est pietas,  
Qui tantum diligit corda humilia,  
Ut ea replens septiformi gratia  
Spiritus sui condat habitacula,  
Cuius est fructus gaudium, pax, caritas.
4. Sternit elata, fundit arrogantia,  
Brachio suo centerit praelustria,  
Sic quondam summa redimitum gloria  
Pro sola tantum angelum superbia  
Felicitate reppulit perpetua.

5. Qui tam formosus et decorus exstitit,  
Ut nihil intra paradisum Domini  
Aequari posset eius pulchritudini,  
Platani, cedri, vertex et abietis  
Fondibus eius non fuit aequabilis.
6. Similitudinis Dei signaculum  
Erat decoris specie praeimius,  
Cuius in veste fulserat carbunculus,  
Sapphirus, iaspis, sardius, chrysolithus,  
Smaragdus, onyx, beryllus, topazius.
7. Infelix homo, qui, cum superbierit  
Elationis crimine, passurus sit,  
Si iustus iudex veniam non tribuit,  
Qui claritatis tantae lumen intulit,  
Ut rite cunctis praeferetur angelis.
8. Sed felix ille, quem res istae possident:  
Mens bona, pectus purum, vita innocens,  
Cuius in caelo merces orbe maior est,  
Et nomen ille magnus liber continet,  
Quem ante tempus scripserat omnipotens.
9. Illic divinae pietatis munere  
Vos, Oderisi, tu, Dinetras mundule,  
Conscripti vitae fulgitis caractere;  
Apostolorum chorus hinc et martyres  
Et confessores exsultant ac virgines.
10. Postquam finita statione saeculi  
Vos scriptor idem antiquus citaverit,  
Caelorum regni claviger mox aperit,  
Regis aeterni virgo mater excipit  
Et statim choris sociat angelicis.
11. Sanctorum omnis concinit exercitus,  
Iubal est primus in choro canentium,  
Pulsat Maria, soror Aaron, tympanum,  
Rex autem David personat psalterium  
Et Benedictus regulare praemium.
12. Cernit insignes legis sui dogmate  
Inter ignitos et condensos lapides  
Nitore miro coruscare pariter,  
Miratur opus et laudat artificem,  
Inde scholarem rimatur originem.

13. Accedit Maurus, Honoratus, Placidus,  
Et Constantinus, Faustus et Simplicius,  
Beato Patri omnes ita referunt:  
Quos sic miraris, ex Casino prodeunt;  
Hos expolivit noster Desiderius.
14. Cui pater almus grates fert innumeras  
Eique digna praemia pronuntiat,  
Auctorem rerum omnium expostulat,  
Ut in superna angelorum gloria  
Sibi cum illo congaudere liceat.
15. Inter haec vobis Seraphim micantia  
Sanctus et sanctus, sanctus proclamantia  
Inaestimanda conferunt tripudia,  
Canere iubent canticorum cantica,  
Ut illa quater triginta sex milia.
16. Citharizantes cantico virgineo  
Decenter agno psallitis purpureo,  
Laudatis eum in choro et tympano,  
Cantatis ei in chordis et organo,  
Caeli terraeque iubilatis Domino.
17. Cuius effecti gloriae participes,  
Iam. precor, sitis mei semper memores,  
Sic eum mihi facite placabilem,  
Ut me dignetur superis coniungere,  
Unde vos possim vel longe respicere.

Martinengo l. c. p. 178 sqq. — 2, 1 In nobis. — 6, 1 quid cum. — 6, 5 praeferrentur. — 8, 3 Conscriptis. — 9, 2 Vos oderis . . . tudine . . . tras mundule. — 16, 3 Sic tum mihi. — Da dieser Hymnus bei Martinengo unter den Werken des Alphanus steht, belasse ich ihm da, wo ich ihm finde, ob schon Zweifel an seiner Echtheit nur zu begründet sind, da wir sonst keine rhythmischen Dichtungen von Alphanus kennen.

## Godescalcus Lintpurgensis,

Praepositus Aquensis,

† 1098.

Über die Lebensumstände dieses fruchtbaren deutschen Sequenzendichters sind wir nur sehr ungenügend unterrichtet. Wir erfahren aus seinen eigenen Werken, die uns in der Wiener Handschrift 917 (saec. 12.) aufbewahrt sind, dafs er Mönch zu Limburg an der Hardt war, dafs er zum Lehrer einen Mönch Heinrich mit Namen hatte, der gleichfalls Komponist war und ein Responsorium mit dem Anfange *Omnis lapis pretiosus* verfaßt hatte. Wir erfahren, dafs Gottschalk in seinem Kloster das Predigtamt ausübte, und dafs seine Predigten seinen Mitmönchen Anlaß zur Kritik gaben: dafs er eine *Historia*, d. h. ein Festoffizium, auf die Patrone seines Stiftes, die hl. Irenäus und Abundius, verfaßt und vertont hatte; endlich dafs er Dichter von Sequenzen war, von denen er vier, die Nr. 1, 2, 4 und 5, mit den Anfangsworten nennt, von einer, Nr. 3, den vollen Text mitteilt.

Wir erfahren dann aus anderer Quelle, einem Werke des bekantesten Humanisten Wimpfeling „*De Hymnorum et Sequentiarum auctoribus . . . breuissima eruditinnula*“ vom Jahre 1499, dafs Wimpfeling, Wacker und Reuchlin in dem pfälzischen Kloster Klingenmünster eine handschriftliche, Kaiser Heinrich IV. gewidmete Sequenzensammlung sahen, welche dessen Hofkaplan Gottschalk, zugleich Probst des Liebfrauenmünsters in Aachen, zum Verfasser hatte. Aus den Sequenzen, welche dieselbe enthielt, teilt der Humanist fünf, die Nr. 4, 5, 6, 7 und 8 mit. Da zwei dieser Sequenzen, 4 und 5, auch unter den fünf Sequenzen der Wiener Handschrift sich befinden, so folgt, dafs der Mönch Gottschalk von Limburg a. d. Hardt und der Probst Gottschalk von Aachen eine Persönlichkeit sind. Dies wird bestätigt durch eine Nachricht des *Necrologium Aquense*, dem zufolge der Probst Gottschalk in Aachen das Fest der *Divisio Apostolorum* einführte, für welches wir schon den Mönch eine Sequenz verfassen sahen. Gottschalk starb als Probst von Aachen den 24. November 1098.

Eine dritte kurze Nachricht über ihn bietet, das obige bestätigend und ergänzend, der Anonymus *Mellicensis* (ed. Ettlinger p. 95): „*Godscalcus, monachus de Clinge (nicht Declinge), scripsit inter alia libellum quattuor sermonum, quorum primus est de conceptione s. Iohannis Baptistae, secundus de sancta Maria, tertius de dispersione apostolorum, quartus de initio evangelii secundum Matthaenum.*“ Wir erfahren also von einem zweiten opusculum quattuor sermonum, ähnlich offenbar dem der Wiener Handschrift 917, in welchem der zweite sermo möglicherweise identisch ist mit dem von mir aus *Vindobonen*. 2235 herausgegebenen. Dafs diese Nachricht des Anonymus vertrauenswürdig ist, beweist der Inhalt des dritten Sermo. Wir erfahren ferner, dafs Gottschalk auch Mönch des Klosters Klingenmünster war, in welchem Wimpfeling sein *Opus Sequentiarum* fand. Ob wir den Aufenthalt Gottschalks in diesem anderen pfälzischen Kloster vor oder nach seiner Limburger Zeit anzusetzen haben, bleibt ungewifs. Vgl. Dreves, *Godescalcus*

Lintpurgensis (Hymnol. Beiträge I) Leipzig 1897, aus welcher Monographie im folgenden Gottschalks Sequenzen übernommen sind. Ich habe denselben nur eine weitere (Nr. 19) hinzugefügt, an der ich untrügliche Anzeichen Gottschalkischer Art wahrzunehmen glaubte.

---

**264. (1.) De sancta Cruce.**

1. A solis ortu  
et occasu,  
ab aquilone et mari,  
Christe, laus sit tibi,
- 2 a. Quattuor per crucis cornua  
viva pacis hostia,
- 2 b. Quattuor per mundi climata  
rumpens mortis vincula,
- 3 a. Non tamen in omni homine,  
sed in his tantum, qui te  
credunt et fatentur  
solum Deum,
- 3 b. Quem clamant evangelia  
quattuor Deum missum  
a patre, Dominum  
Iesum Christum.
- 4 a. Peccati destruis corpus  
qui Deus,  
suis quattuor  
partibus quod construxit  
diabolus.
- 4 b. Quae sunt aspis, basiliscus  
et leo  
simul et draco,  
quatruidanae mortis  
vocabula.
- 5 a. Suggestio, delactatio,  
consensus, consuetudo  
mali, quibus perit homo.
- 5 b. Quattuor quae crucis cornibus  
adtingens mortificas  
tuae carnis vulneribus.
- 6 a. His malis captivam  
Sunanitem animam  
ecclesia  
revocat ad te  
quater dicens ei:
- 6 b. Revertere, revertere,  
revertere,  
revertere  
despecta, crucis  
notans quadrangulum.
- 7 a. Hunc artos et dysis,  
anatole, mesis notant,  
qua suis in primis  
Adam literis  
signant nomine.
- 7 b. Quem disseminatum  
his quattuor plagis terrae  
suis in filiis  
ad te revocas,  
bone crucifer.
- 8 a. Nam via crucis  
quos ad te non trahis,  
in quadrifida  
nunquam  
lucis gaudebant patria.
- 8 b. In cruce iungis  
simul caelestia  
et terrestria,  
per tuum  
sanguinem cuncta pacificans.



- |  |   |
|--|---|
| <p>9 a. O benedicte,<br/>dum tu maledictum<br/>factus es pro nobis,<br/>maledictus<br/>nam omnis, qui pendet<br/>in ligno, nos facis<br/>de maledictis benedictos.</p> | <p>9 b. Te adorantes,<br/>Iesu Nazarene,<br/>rex Iudaeorum,<br/>in occulto,<br/>non in manifesto<br/>Iudaei, qui tuo<br/>imperio sunt intitulati.</p> |
| <p>10 a. Hanc tituli<br/>inscriptionem,<br/>inscriptam<br/>nobis spiritu sancto<br/>crucis caractere,</p>  | <p>10 b. Ne corrumpi<br/>sinas in nobis<br/>in finem,<br/>tu, finis sine fine,<br/>Dei patris nate.</p>   |
| <p>11 a. Cuius est imago<br/>regis et superscriptio,<br/>quae moneta nos,<br/>dragma, quam invenisti.</p>  | <p>11 b. Quam inspicientes<br/>patriae cives supernae<br/>dignantur suos<br/>conservos cognoscere.</p>  |
| <p>12 a. Dominus quorum tu<br/>sicut hominum<br/>hinc, quod Deus homo<br/>factus es;</p>   | <p>12 b. Angelum in caelo<br/>vitae confortans<br/>de morte hominem<br/>reparas.</p>  |
| <p>13 a. Frumento et vino<br/>stabilitus es nobiscum<br/>stayros in ara,</p>   | <p>13 b. Panis angelorum<br/>nos reficiens et vinum<br/>germinans virgines.</p>   |
| <p>14 a. Corpore<br/>qui tuo et sanguine,<br/>quos devirginavit Satan,</p>   | <p>14 b. Nos tuos<br/>revirgines, virginis<br/>fili, Deus benedicte.</p>  |
15. Ut simus revirginati  
cum sancto sancti.

Miss. ms. Slierbacense saec. 12. Cod. Stierbacen. I 13. A. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 479. B. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. C. — Orat. ms. Secoviense (Monial.) saec. 12. Cod. Graecen. 1501 D. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. E. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 769. F.

1, 4 Laus sit tibi, Christe BDEF. — 2 a, 2 patris hostia ADEF. — 3 a, 3 et fehlt D. — 2 b, 2 mortis pocula C. — 4 a, 3 suis a quattuor D. — 5 a, 3 quibus perit homo tribus A. — 5 b, 1 Quattuor per crucis cornua AD. — 6 a, 2 Sunanitis A. — 7 a, 1 Hinc arctos D — 7 a, 2 mesim D. — 8 a, 2 quod ad te D. — 8 a, 3 quadrifidae ADEF. — 8 a, 5 in patria E. — 9 a, 2 cum tu D. — 9 b, 1 Te adoramus AD. — 11 a, 2 et fehlt D. — 11 a, 3 sq. qua monetas nos dragmam AEF; quam monetam nos dragma D. — 11 b. 4 agnoscere DEF. — 12 a, 1 Dominus quorum es BDEF. — 12 a, 3 tu qui Deus BDEF; in quo Deus C. — 12 b, 4 reparans DEF. — 13 b, 3 vino ABC. — 13 b, 3 germinas ABC. — 14 a, 2 quo tuo DEF. — 14 b, 2 revirgines filii DEF. — 14 b, 3 virginis Deus EF; benedicte D.

265. (2.) De beata Maria Virgine.

1. Fecunda verbo  
tu virginum virgo,

- |  |  |
|--|--|
| 2 a. Maria,<br>Dei mater inclita,<br>omni laude<br>tu sola digna.                      | 2 b. Dignare<br>nos indignos famulos<br>te laudare.<br>regina caeli,                             |
| 3 a. Mediatrix<br>mediatoris<br>tu genetrix.   | 3 b. In qua Deo<br>iunctus est homo<br>Deus homini.  |
| 4 a. Unius tria sunt facta<br>trinitatis opera<br>in carne de te sumpta:               | 4 b. Angelus ne cadat, homo<br>lapsus hinc ut redeat<br>temptator nec resurgat.                  |
| 5 a. Se similans altissimo<br>iam nec par est infimo,<br>redemptus quia<br>vivit homo. | 5 b. Immortaliter mortuus<br>sed est mendax spiritus,<br>quem strangulat ventris<br>tui fructus. |
| 6 a. At nos vitae reparat,<br>angelum firmat,<br>in se quos unus sociat.               | 6 b. Ergo, omnium domina,<br>filium placa,<br>supplices tuos adiuva,                             |
7. Per quam solam solus  
omnibus  
vitam dat salvandis.

Trop. ms. Rhenoviense saec. 10 11. Cod. Turicen. Rhen. 132. add. saec. 11. A. — Miss. ms. S. Floriani saec. 12. Cod. Florian. III 208. B. — Miss. ms. Slierbacense saec. 12. Cod. Slierbacen. I 13. C. — Miss. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 12. Cod. Petrin. a IX 11. D. — Miss. ms. Garstense saec. 12. Cod. Lincen. f o 15. E. — Miss. ms. Sitanstettense saec. 12. Cod. Sitanstetten. CXXVII. F. — Miss. ms. Voraviense saec. 12. Cod. Voravien. 37. G. — Grad. ms. Sanhippolytaum saec. 12. Cod. Vindobonen. 1821. H. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. I. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. K. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27 130. L. — Grad. ms. Disertinum saec. 12. Cod. Sangallen. 344. M. — Miss. ms. Pragense saec. 13. Cod. Altovaden. CXII. N. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13. Cod. Rossian. VIII 18. O. — Miss. ms. Maguntinum (Monastic.) saec. 13. in. Cod. Rossian. VIII 120. P. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. Q.

3 a, 3 tui genetrix OP: tu genetrix homini C. — 3 b lautet in I: In qua Deus factus est homo et homo Deus. — 3 b, 3 homini fehlt und 4 a schließt ohne Absatz an 3 b an. C. — 4 a, 3 der ursprüngliche Text in una carne tua (vgl. Godecalcus Lintpurgen. p. 77) ACM. — 4 b, 1 Angelus ut gaudeat I. — 4 b, 3 ne resurgat ABCLNOP: ne triumphet CI. — 5 a, 1 Sed similans O: simulan C. — 6 a, 1 Ad nos A: Et nos K. — 6 a, 2 angelos BI: integrat I. — 6 a, in te quos L: unum OP. — Mel. siehe Godescalcus Lintpurgen. p. 195.

**266. (3.) In Assumptione beatæ Mariæ.**

1. Exsulta, exaltata  
super creata cuncta,

- |   |   |
|---|---|
| 2 a. Creatoris omnium<br>genetrix Dei,<br>virgo virginum,   | 2 b. Stella maris, Maria,<br>caeli regina,<br>mundi domina.   |
| 3 a. Cui chorus omnis obviat<br>in excelsis<br>beatorum spirituum,  | 3 b. Iubilans dignis laudibus<br>exeunti<br>hinc, Aegypti de finibus.   |
| 4 a. Quam Christus per seipsum<br>hic visitat,<br>de carnis ergastulo<br>suscipiens<br>matris animam,                                 | 4 b. Honorem tibi praebens,<br>quem fieri<br>praecipit parentibus<br>de filiis<br>a se genitis.   |
| 5 a. Sed cum sit sepultum<br>corpus tuum<br>mortis debito,  | 5 b. Adhuc ne sepultum<br>sit, est tuo<br>dignum filio.   |
| 6 a. Quam solidavit<br>ignis spiritus sancti,<br>testam tui<br>corporis virginei,<br>in qua patris<br>splendor voluit<br>incorporari, | 6 b. Hanc nec corrumpi<br>nec putredine solvi<br>optat tibi<br>plebs fidelis Domini<br>et corona<br>resurgentium<br>nunc te laetari.      |
| 7 a. O quanta vel qualis<br>gloria tuo sufficit<br>corpori plus<br>quam virgineo .  | 7 b. Hinc, quod comprehenderat<br>incomprehensibilem<br>Deum cuncta<br>comprehendentem?   |
| 8 a. Qui sic suam<br>in te devinxit<br>omnipotentiam,<br>quod nulli sine te<br>suam monstrabit<br>praesentiam.                        | 8 b. Nam te sine<br>sicut Deus non<br>venit ad hominem,<br>sic homo sine te<br>ad Deum nunquam<br>perveniet.                              |
| 9 a. Sed nec patriarcha<br>nec propheta<br>nec plus quam propheta<br>ante te pervenit<br>ad Dominum<br>adhuc clauso<br>caeli regno,   | 9 b. Exspectantes tui<br>ventris fructum,<br>qui est spes sanctorum,<br>per quam exspectatus<br>fidelium<br>caeli claustra<br>reservavit. |

- |   |  |
|---|--|
| <p>10 a. Cuius claves<br/>tenens Petrus<br/>nulli pandit,<br/>nisi tuum natum<br/>adorantibus.</p>        | <p>10 b. Qui ad tuum<br/>imperium<br/>dat ingressum<br/>se tibi devote<br/>commendantibus.</p>                 |
| <p>11 a. Inter quos<br/>noscat nos<br/>natus ex te<br/>virgine<br/>notatos suae<br/>crucis caractere.</p> | <p>11 b. Cum dederit<br/>dilectis<br/>suis somnum,<br/>nos simus<br/>filii mercis<br/>fructus ventris tui.</p> |

12. Qui fructus  
in se nos dignetur  
mortis in somno sopire  
et cum sanctis suis  
resuscitare.

Opusc. ms. Godescalci saec. 12. in. Cod. Vindobonen. 917. A. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. B — 2b fehlt B. — 4b. 2 quem deferri B. — 6a, 5 in quo B. — 7a. 3 competit B. — 8a, 5 monstravit B. — 9b, 4 cuius mors in cruce B. — 9b, 5 fidelibus B. — 11a, 5 genetrice B. — 11b, 5 merces B.

**267. (4.) In Divisione Apostolorum.**

1. Caeli enarrant gloriam  
Dei filii.  
verbi incarnati,  
facti de terra caeli.

- |   |   |
|---|---|
| <p>2 a. Haec enim gloria<br/>soli Domino est congrua,</p>   | <p>2 b. Nomen est cuius<br/>magni consilii angelus.</p>   |
| <p>3 a. Istud consilium,<br/>lapso homini auxilium,<br/>est antiquum et profundum<br/>et verum factum, solis<br/>tantum sanctis cognitum.</p> | <p>3 b. Cum angelus iste,<br/>homo natus ex muliere,<br/>immortalem ex mortali.<br/>de terra caelum fecit,<br/>ex homine angelum.</p>             |
| <p>4 a. Hic est dominus<br/>exercituum,<br/>Deus, cuius sunt angeli<br/>missi in terram apostoli.</p>   | <p>4 b. Quibus se ipsum<br/>vivum praebuit<br/>resurgens multis argumentis,<br/>pacem victor mortis nuntians.</p>                                 |
| <p>5 a. Pax vobis, ego sum,<br/>inquit, nolite iam timere,<br/>praedicate verbum Dei<br/>creaturae omni<br/>coram regibus et principibus.</p> | <p>5 b. Sicut misit me pater,<br/>et ego mitto vos in mundum;<br/>estote ergo prudentes<br/>sicut serpentes<br/>estote ut columbae simplices.</p> |

- |   |   |
|---|---|
| <p>6 a. Hinc Petrus Roman,<br/>apostolorum<br/>princeps, adiit,<br/>Paulus Graeciam,<br/>ubique<br/>docens gratiam;<br/>ter quattuor alii<br/>proceres in plagis terrae<br/>quattuor evangelizantes<br/>trinum et unum.</p> | <p>6 b. Andreas, Iacobus<br/>uterque, Philippus,<br/>Bartholomaeus,<br/>Simon, Thaddaeus.<br/>Iohannes,<br/>Thomas et Matthaeus,<br/>duodecim iudices,<br/>non ab uno, sed in unum,<br/>divisi per orbem divisos<br/>in unum colligunt.</p> |
| <p>7 a. In omnem teram exivit<br/>sonus eorum</p>   | <p>7 b. Et in fines orbis terrae<br/>verba eorum.</p>   |
| <p>8 a. Quam speciosi<br/>pedes evangelizantium<br/>bonum, praedicantium pacem,</p>   | <p>8 b. Sanguine Christi<br/>redemptis ita dicentium:<br/>Sion, regnabit Deus tuus!</p>   |
| <p>9 a. Qui verbo<br/>saecula fecit,<br/>quod pro nobis verbum<br/>caro factum<br/>est in fine saeculorum,</p>  | <p>9 b. Hoc verbum,<br/>quod praedicamus<br/>Christum crucifixum,<br/>qui vivit<br/>et regnat Deus in caelis.</p>   |
| <p>10 a. Hi sunt caeli,<br/>in quibus, Christe, habitas,<br/>in quorum verbis tonas,<br/>fulguras signis,<br/>roras gratia.</p>   | <p>10 b. His dixisti:<br/>Rorate, caeli, desuper,<br/>et nubes pluant iustem,<br/>aperiatur<br/>terra germinans.</p>  |
| <p>11 a. Germen iustum,<br/>suscita terram nostram,<br/>quam apostolicis<br/>verbis serens<br/>germinare facias.</p>  | <p>11 b. Quorum verbis<br/>verbum patris tenentes<br/>in patientia<br/>fructum ferre<br/>fac nos tibi, Domine.</p>  |
| <p>12 a. Hi caeli,<br/>quos magni consilii angelus<br/>inhabitas,<br/>quos non servos,<br/>sed amicos appellas,<br/>quibus omnia,<br/>quae audisti<br/>a patre, notificas.</p>  | <p>12 b. In quorum<br/>divisione collectum gregem<br/>custodias<br/>indivisum<br/>et in vinculo pacis,<br/>ut in te unum<br/>simus, sicut<br/>in patre tu es unus.</p>  |

13. Miserere nobis  
tu, qui habitas,  
rex, in caelis.

Trop. ms. Rhenoviense saec. 10/11. Cod. Turicen. Rhen. 132. add. saec.  
11. A. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. Cod. Sangallen. 378 add. saec.

13. B. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. C. — Trop. ms Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. D. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. add. saec. 12. E. — Grad. ms. Salisburgense saec. 12. Clm. Monacen. 11004. add. saec. 13. F. — Miss. ms. Ratingense saec. 13/14. Clm. Monacen. 10075. G. — Miss. ms. Magantinum (Monastic.) saec. 13. in. Cod Rossian. VIII 120. H. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13. Cod. Rossian. VIII 18. I. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. K. — Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232. L.

1, 1 hinter gloriam Alinea A. — 3a, 2 hinter auxilium Alinea AF. — 3a, 4 factis F. — 3b, 1 Dum DI. — 3b, 2 factus ex. E. — 3b, 3 Alinea AF. — 4b, 3 in multis FHL. — 5a, 3 Alinea F. — 5b, 3 Kein Alinea F. — 6a, 4 Alinea DFGK. — 6a, 5 ibique D. — 6a, 6 gratiam fehlt F. — 6a, 7 alii ausgestrichen C; quattuor hii HL. — 6a, 7 Alinea DGK. — 6a, 7 sq. proceres alii F. — 6b, 4 Kein Alinea DFG; Alinea K. — 6b, 7 Kein Alinea DG; Alinea K. — 6b, 8 sed in uno EK. — 6b, 9 colligunt in unum L. — Str. 8 ff. fehlen A. — 8a, 3 bona H. — 9a, 1 Hoc verbum K. — 10b, 5 germinet F. — 11a, 3 suscitāt FL; terra nostra CG: in H ist das m in beiden Worten ausradiert. — 11a, 5 faciat F. — 11b, 3 Alinea E. — 12a, 3 Alinea E. — 12b, 2 festivitate collectum H. — 12b, 6 unum ut in te unum DEHIK. — 12b, 6 Alinea E. — 12b, 7 simus semper sicut C. — Mel. siehe Godescalcus Lintpugen. p. 196 sqq.

268. (5.) De s. Maria Magdalena.

1. Laus tibi, Christe,  
qui es creator  
et redemptor,  
idem et salvator;

- |   |   |
|---|---|
| 2 a. Caeli, terrae, maris,<br>angelorum<br>et hominum   | 2 b. Quem solum Deum<br>confitemur<br>et Dominum;   |
| 3 a. Qui peccatores,<br>venisti,<br>ut salvos faceres,  | 3 b. Sine peccato<br>peccati<br>assumens formulam.  |
| 4 a. Quorum de grege<br>ut Chananaeam<br>Mariam visitasti<br>Magdalenam,  | 4 b. Eadem mensa<br>verbi divini<br>illam micis, hanc refovens<br>poculis,  |
| 5 a. In domo Simonis<br>leprosi conviviis<br>accubans typicis.  | 5 b. Murmurat pharisaeus,<br>ubi plorat femina<br>criminis conscia.   |
| 6 a. Peccator contemnit<br>compeccantem,<br>peccati nescius<br>paenitentem<br>exaudis.<br>emundas,<br>foedam adamas,<br>ut pulchram facias. | 6 b. Pedes amplectitur<br>dominicos,<br>lacrimis lava,<br>tergit crinibus<br>lavanda,<br>tergenda,<br>unguento unxi.<br>oculis circuit. |

- |  |  |
|--|--|
| <p>7 a. Haec sunt convivia,<br/>quae tibi placent,<br/>o patris sapientia,</p>                                 | <p>7 b. Natus de virgine<br/>qui non dedignaris<br/>tangi de peccatrice.</p>                                   |
| <p>8 a. A pharisaeo<br/>es invitatus,<br/>Mariae ferculis<br/>satiatus.</p>                                    | <p>8 b. Multum dimittis<br/>multum amanti<br/>nec crimen postea<br/>repetenti.</p>                             |
| <p>9 a. Daemoniis<br/>eam septem<br/>mundans septiformi<br/>spiritu,</p>                                       | <p>9 b. Ex mortuis<br/>te surgentem<br/>das cunctis videre<br/>priorem.</p>                                    |
| <p>10 a. Hac, Christe, proselytam<br/>signas ecclesiam,<br/>quam ad filiorum mensam<br/>vocas alienigenam.</p> | <p>10 b. Quam inter convivia<br/>legis et gratiae<br/>spernit pharisaei fastus,<br/>lepra vexat haeretica.</p> |
| <p>11 a. Qualis sit, tu scis, tangit<br/>te quia peccatrix,<br/>quia veniae optatrix.</p>                      | <p>11 b. Quidnam haberet aegra,<br/>si non accepisset,<br/>si non medicus adesset?</p>                         |

12. Rex regum dives  
in omnes,  
nos salva  
peccatorum tergens cuncta  
crimina,  
sanctorum spes et gloria.

Trop. ms. Rhenoviense saec. 10/11. Cod. Turicen. Rhen. 132. add. saec. 11. A. — Trop. ms. Emmeramense saec. 11. Clm. Monacen. 14322. B. — Trop. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14083. C. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 13. Clm. Monacen. 27130. D. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. E. — Grad. ms. Salisburgense saec. 12. Clm. Monacen. 11004. F. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. G. — Miss. ms. Maguntinum (Monast.) saec. 13. in. Cod. Rossian. VIII 120. H. — Trop. ms. Sangallense saec. 10/11. Cod. Sangallen. 378. add. saec. 13. I. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13. Cod. Rossian. VIII 18. K. — Miss. ms. Ratingense saec. 13. Clm. Monacen. 10075. L. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. M. — Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232. N.

1, 2 Alinea A. — 1, 3 et fehlt B. — 2b, 1 Te solum Deum F. — 2b, 3 et hominem EGK. — 6a, 3 Alinea D. — 6a, 5 Alinea D. — 6a, 5 sq. exaudis, emundas E: exaudit, emundat F. — 6b, 3 sq. lacrimis pedes tergit A. — 6b, 4 sq. lavando, tergendo ABCDKN. — 6b, 7 ungit A. — 7b, 3 a peccatrice A. — 9a, 3 sq. septiformis spiritus DFK. — 9b, 2 resurgentem KN. — 10a, 1 Hanc, Christe DL. — 10b, 3 pharisaeus factus L. — 10b, 4 vexatus haeretica A. — 10b, 4 falsa vexat iustitia G. — Mel. siehe Godescalcus Lintpurgen. p. 201.

269. (6.) In Conversione s. Pauli.

1. Dixit Dominus:  
ex Basan  
convertam,  
convertam in profundum maris.
- 2 a. Quod dixit et fecit,  
Saulum ut stravit  
Paulum et statuit
- 2 b. Per verbum suum  
incarnatum, per quod  
fecit et saecula.
- 3 a. Quod dum impugnat  
audivit: Saule,  
Saule, quid me prosequeris?
- 3 b. Ego sum Christus;  
durum est tibi,  
ut recalcitres stimulo.
- 4 a. A facie  
Domini mota est  
terra contremuitque  
mox et quievit.
- 4 b. Dum cognito  
credidit Domino,  
Paulus persequi cessat  
conchristianos.
- 5 a. Hinc lingua tuorum  
est canum  
ex inimicis  
rediens ad te, Deus,
- 5 b. Dum Paulus in ore  
omnium  
sacerdotum  
iura dat praeceptorum,
- 6 a. Docens crucifixum,  
nec esse alium  
praeter Christum Deum,
- 6 b. Cum patre qui regnat  
et sancto spiritu,  
cuius testis Paulus.
- 7 a. Hinc lingua sacerdotum  
more canis dum perlinxit,  
legis et evangelii  
duos molares  
in his contrivit.
- 7 b. Corrosit univasas  
species medicinarum,  
quibus curantur saucii,  
reficiuntur  
enutriendi.
- 8 a. Qui convertendis  
conversum converteras  
Paulum, vas electum,
- 8 b. Per quem conversus  
ad nos tu vivificas,  
Christe, peccatores.
- 9 a. Quo docente Deum  
mare vidit et fugit,  
Iordanis  
conversus est retrorsum,
- 9 b. Quia turba gentium,  
vitiatorum rediens  
profundo,  
Og, rege Basan, confuso
10. Te solum adorant,  
Christe, creatorem,  
quem et cognoscit in carne  
venisse redemptorem.



Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. B. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845 add. saec. 12. C. — Grad. ms. Salisburgense saec. 12. Clm. Monacen. 11004. add. saec. 13. D. — Miss. ms. Ratingense saec. 13. Clm. Monacen. 10075. E. — Trop. ms. Sangallense saec. <sup>10</sup>/<sub>11</sub>. Cod. Sangallen 378. add. saec. 13. F. — Grad. ms. Angustanium saec. 13. Clm. Monacen. 3914. G. — Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232. H. — Grad. ms. Gaesdoncanum saec. 15. Cod. Gaesdoncan. s. n. I.

1, 3 convertar C. — 1, 4 convertam nachgetragen C. — 3a, 2 audiit B. — 3b, 1 Christe C; Iesus HI. — 4a, 3 quo fehlt B. — 4b, 3 cessans ABDE. — 4b 4 christianos C. — 5a fehlt D. — 5a, 1 Hic lingua AC; Hic linguas B. — 5b, 3 secretorum CD. — 7a, 1 Hic lingua C. — 7a, 2 canum CH. — 7a, 5 contritas A; contritos CD. — 7b, 1 corrasit ADE; collegit B; conlegit (legit korr.) C. — 7b, 5 et nutriendi D. — 8a fehlt EI. — 8a und b umgestellt BC. — 8a, 1 Quo convertendi D. — 8a, 2 conversus D. — 8b fehlt DEI. — 9b, 2 rediens vitiorum B; relicto vitiorum EHI. — 10, 1 Te Deum adorat B. — 10, 2 Christum BEHI. — 10, 3 et fehlt D; teque cognoscit I. — Nach 10, 4 von anderer Hand: Te solum cum patre et spiritu sancto trinum et unum semper laudamus Amen. C. — Mel. siehe Godescalcus Lintpurgen. p. 204. sqq.

Von dieser Sequenz schreibt der Anonymus Melliensis (ed. Ettlinger p. 77): „Paulus Iudaens, Fuldensis monachus, vitam sancti Herhardi, Ratisponnensis episcopi, sed et de conversione sancti Pauli apostoli composuit prosam, cuius hoc est exordium: Dixit Dominus: ex Basan convertam.“ Diese Angabe des Anonymus, der ja auch sonst mancherlei Irrtum bucht, kann gegenüber dem Zeugnisse Wimpelings, der die Sequenz in der Klängenmünsterer Sammlung Gottschalkscher Prosen sah, wohl kaum ins Gewicht fallen, um so weniger, als sie ganz den Charakter des Legendarischen an der Stirne trägt.

## 270. (7.) In Decollatione s. Iohannis B.

1. Psallite regi  
nostro psallite,  
psallite,  
psallite sapienter.

- |  |   |
|--|---|
| 2 a. Nam psalterium<br>est iucundum cum cithara,                                 | 2 b. Nato virginis<br>quo psallens natus sterilis                                     |
| 3 a. Citharam carnis<br>percussit<br>in domo Domini,                             | 3 b. Dum, quod sonabat<br>clamando,<br>docuit vivendo,                                |
| 4 a. Mortificando,<br>quae super terram<br>sunt, membra<br>et hoc alios docendo, | 4 b. Praeparans Christo<br>plebem perfectam<br>Iohannes,<br>vox clamantis in deserto. |
| 5 a. Sed vox haec impium<br>Herodem, quem corripit,<br>minime corrigit.          | 5 b. Haud tamen tacuit,<br>sed ad usque sanguinem<br>sceleri restitit.                |

- |  |  |
|--|--|
| <p>6 a. Non licet, inquit, te<br/>fratris tui<br/>habere coniugem<br/>raptam sibi,<br/>peccasti,<br/>quiesce,<br/>paenitentibus<br/>sic praecipit Dominus.</p> | <p>6 b. Vocem incantantis<br/>sapienter<br/>Herodes ut aspis<br/>surda spernit,<br/>ut iustum<br/>et sanctum<br/>Iohannem timet,<br/>quem vinxit in carcere.</p> |
| <p>7 a. Sedet in tenebris<br/>lucerna lucis,<br/>amicus omnipotentis;</p>  | <p>7 b. Studet deliciis<br/>mundi principis<br/>filius perditionis.</p>  |
| <p>8 a. Meretrix suadet,<br/>nata precatur,<br/>rex iubet, sanctus<br/>decollatur.</p>   | <p>8 b. Dat rex saltanti<br/>caput Iohannis,<br/>qui sanctus ante<br/>fit quam natus.</p>  |
| <p>9 a. En, quomodo<br/>perit iustus,<br/>quasi non sit Deo<br/>dilectus, .</p>  | <p>9 b. Cum sit eius<br/>pretiosa<br/>mors haec in conspectu<br/>Domini.</p>   |
| <p>10 a. Nos corde percipimus,<br/>qualis et quantus est, quam<br/>convicinus dignitate<br/>Christo sit et morte.</p>  | <p>10 b. Nam morte turpissima<br/>damnatur sponsus, sponsi<br/>et amicum damnat morte<br/>recte turpissima,</p>  |
| <p>11 a. Carcere carnis<br/>ductum quem ferunt<br/>psallendo<br/>caelis angeli angelum.</p>  | <p>11 b. Et nos in terris<br/>tibi psallere<br/>fac, Christe,<br/>in memoriam baptistae,</p>   |

12. Herodis spreta  
quo mensa,  
ipsum te dum sumimus,  
semper tibi psallamus.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. B. — Miss. ms. Maguntinum (Monast.) saec. 13. in. Cod. Rossian. VIII 120. C. — Trop. ms. Wingartense (?) saec. 13. Cod. Stuttgardien. HB. 1 Asc 95. add. saec. 13. D. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. E. — Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232. F.

1, 3 fehlt CD. — 1, 4 prudenter BCF. — 3a, 2 percussam D. — 3b, 1 sonavit A. — 4a, 4 hoc fehlt F; et haec B. — 6b, 6 ut sanctum CF. — 6b, 7 timens D. — 7a, 2 lucens D. — 7b, 2 princeps huius A. — 8a, 2 puella saltat F. — 8b, 3 antequam sit natus F. — 8b, 4 sit quam D. — 9b, 1 Dum sit CD. — 9b, 3 hic A. — 10a, 1 percipimus F. — 10a, 2 talis ac tantus ABD; est fehlt A. — 10a, 3 quia vicimus BCF. — 10b, 3 sq. et amicum morte turpi damnat turpissimi A. — 10b, 4 turpissima korr.

in turpissimi B. — 11 a, 2 fehlt F; eductum A. — 10 a, 4 caelis fehlt A; sancti angeli F. — 12, 1 ut spreta A. — 12, 2 quo fehlt A; mensam D. — 12, 4 te quie A: te Deum sumimus F. — 12, 5 canamus DF. — Mel.: *Laus tibi, Christe qui es creator.*

**271. (8.) De Virginibus.**

1. Exsultent filiae Sion  
in rege suo,

- |  |  |
|--|--|
| 2 a. Nescientes thorum<br>delicti crimine<br>sordidatum,   | 2 b. Quarum, Christe, sponsus<br>virginum virginis<br>es filius.   |
| 3 a. Cuius gratiae<br>mira opera<br>in sanctis tuis<br>sunt merita,  | 3 b. Ut das cernere<br>hac in virgine,<br>cuius festa<br>sunt hodie.   |
| 4 a. Quae fragili<br>sexu femineo<br>viriliter<br>carnis iure domito   | 4 b. Angelicam<br>hic vitam duxerat,<br>in carne dum<br>praeter carnem vixerat.  |
| 5 a. Hoc miratur<br>serpens antiquus,<br>calcaneum eius<br>observabat callidus.  | 5 b. Quod nocere<br>dum machinatur,<br>sub pedibus feminae<br>caput eius teritur.                                      |
| 6 a. Insidias hostis<br>hanc, Christe, docuisti<br>virginem vincere<br>in prima congressione.                                    | 6 b. Dum non consentiret,<br>sed illi resisteret,<br>vincere qui solet,<br>temptatus si non repugnet.                  |
| 7 a. Quem haec virgo<br>resistens a se<br>fecit fugere,  | 7 b. Quo fugato<br>adpropinquavit<br>tibi Domino.  |
| 8 a. Nam inter virgines adducta<br>post eam, quae<br>est mater intacta,<br>virginum virginis,<br>Mariae digna est<br>pedissequa. | 8 b. Te agnum sine macula<br>iam sequitur<br>stola candida,<br>filium virginis,<br>quocumque, virginum<br>flos, ieris. |

9. Cuius intercessione  
tu nos tuere.

Sangallense saec. 10<sup>11</sup>. Cod. Sangallen. 378. add. saec. 13. C. — Grad. ms. Salisburgense saec. 12. Clm. Monacen. 11004. add. saec. 13. D. — Sequent. ms. Emmeramense saec. 12. Clm. Monacen. 14845. add. saec. 12. E. — Grad. ms. Aquilegiense saec. 13. Cod. Rossian. VIII 18. F. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. G. — Miss. ms. Bambergense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 232 HG.

3a, 4 sunt edita BGI1. — 5a, 4 observare H. — 5b, 1 Quo H: Ut noceret E. — 6b, 4 temptatum D: repugnat B. — 7b, 2 appropinquabit BD. — 7b, 3 tibi, Domine H: Dominus E: Christo Domino A: — 8a, 1 Nunc inter BDEFH. — 8a, 2 postea quae B. — 8a, 3 mater est BDFH. — 8a, 4 filium virginis Mariae B. — 8a, 5 es DE. — 8b, 1 ierit DFH. — 9, 1 Huius DF. — Mel. siehe Godescalcus Lintpurgens. p. 206 sqq.

## 272. (9.) In Nativitate Domini.

- |   |   |
|---|---|
| 1 a. Verbum aeternaliter<br>unigenitum,<br>infallibile principium,  | 1 b. Patris lingua, calamus,<br>sapientia,<br>virtus, ratio perpetua,   |
| 2 a. Vigor<br>lucis, aevum temporis,<br>mundi<br>mobilis rex stabilis,  | 2 b. Panis.<br>quo greges angelici<br>vivunt,<br>cives theologici,  |
| 3 a. Ut dragma requireret<br>decimam,<br>Lucernam accendit,<br>tabernaculum<br>in sole posuit,<br>prodiit,<br>quo flamma<br>sui caloris<br>testa duresceret<br>hominis. | 3 b. Ut ovem redimeret<br>perditam,<br>Pastor bonus fit agnus<br>ovis virginis.<br>ros absque macula<br>velleris,<br>quo primae<br>nos bysso stolae<br>ut sponsam revestiat<br>gloriae. |
| 4 a. Se nobis pabulum<br>parvulis, potum,<br>lac, butyrum praebens et<br>solidum cibum.   | 4 b. In favo est mel<br>hominis verbi.<br>in manna Emanuel<br>Israel veri.  |
| 5 a. Gustent Adae filii<br>hunc suaviter<br>adipem tritici,<br>benedictum seminis<br>Abrahamae granum.  | 5 b. Virus vomant colubri,<br>desiderent<br>fontem vivum cervi<br>serpentis antidoto<br>aenei hausto.   |
| 6 a. O magni<br>consilii angelus,<br>o pax, o veritas,<br>ad gemmam in caeno venis<br>e caelo.  | 6 b. Rex pie,<br>nos dirige in arta,<br>qua cursitas. via.<br>gigas, vita, flos de virga<br>Maria.  |

Grad. ms. Secoviense (?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. — 3b, 3 und 8 eine Silbe mehr als die Gegenzeile; ebenso 4a, 1 — Mel.: *Dies sanctificatus*. — Wiederholt aus Anal. IX, 14 sq.

273. (10.) In Octava Epiphaniae.

1. Laus tibi, Christe,  
sponso sponsae,  
laus in te  
trinitati sanctae.

- |  |   |
|--|---|
| 2 a. Quia mundi sator,<br>salus es et<br>reparator,  | 2 b. Rebus dans singulis<br>tuae umbras<br>imaginis.  |
| 3 a. Vi rationis<br>cor signans<br>angeli et hominis,  | 3 b. Eius crystallum<br>indurans,<br>huius testam solidans.   |
| 4 a. Tu fons benigne,<br>finis aeterne,<br>origo<br>rerum, clausula operum,  | 4 b. Corde parentis<br>unicus natus,<br>es fratres<br>habere nos dignatus;  |
| 5 a. Ut consors naturae<br>humanae<br>des homini<br>divina sapere,   | 5 b. Et lucis particeps<br>divinae<br>cor hominis<br>non laedant tenebrae.  |
| 6 a. Quem pater tunc per te<br>in pneumate<br>voluit, fecit,<br>fovit machinam,<br>creatae,<br>formatae<br>distinguis, pingis<br>speciem variam. | 6 b. Tibi corpus aptans<br>ecclesiae,<br>palmites viti,<br>membra capiti,<br>sordentem,<br>marcentem<br>tu fide mundas,<br>spiritu vegetas. |
| 7 a. Hanc, flos stirpis Iesse,<br>unctus oleo<br>ungis laetitiae,  | 7 b. Septeno chrismate,<br>quod in Iordane<br>columba intulit Noe.  |
| 8 a. Cuius timoris<br>vox super aquas,<br>ut mentes terreat<br>fluctivagas,  | 8 b. Vox in virtute<br>est pietatis.<br>moralis regula<br>gravitatis.   |

- |  |  |
|--|--|
| <p>9 a. Scientiae<br/>sacrae dogma<br/>vox est<br/>in magnificentia.</p>   | <p>9 b. Vox Domini<br/>fortitudo,<br/>cedros<br/>confringit in Libano.</p>                                       |
| <p>10 a. Vox scindit consilii<br/>flammas incendii,<br/>voce intellectus movet<br/>Cades desertum Dominus.</p>             | <p>10 b. Vox de sapientia<br/>cervis dat pascua.<br/>his, quibus descendit Deus,<br/>homo ascendit gradibus.</p> |
| <p>11 a. Pax mundi cordis, Christe,<br/>miserator noster,<br/>egens, lugens,<br/>mitis, pauper,</p>                        | <p>11 b. Tu mali temptantis<br/>dimitte debita,<br/>tu panis, da<br/>regnum patris.</p>                          |
| <p>12 a. Te solem de stella ortum<br/>in ture, auro, murra,<br/>monstrat stella gentium,<br/>dominum, regem, mortalem.</p> | <p>12 b. In vinum converte aquam<br/>et legem in gratiam,<br/>pro figura veritas,<br/>pro iugo tu hereditas.</p> |

Grad. ms. Secoviense (?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. — 3a, 3 angeli, hominis. — 6b, 1 korrig. in: tibi coniungens corpus. — 7a, 1 stirps Iesse. — 7a, 3 fehlen zwei Silben. — 11b, 2 korrig. in: solve debita. — 11b, 3 sq. tu panis, fac nos velle regnum patris: über „fac nos“ die Korrektur: „da“. — Mel: *Laus tibi Christe* oder *Psallite*. — Wiederholt aus Anal. IX, 18 sq.

#### 274. (11.) In Transfiguratione Domini.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Speciosus forma<br/>prae filii hominum,</p>  |  |
| <p>2 a. Vultum desiderant cuius<br/>angeli<br/>deiformem intueri,</p>                        | <p>2 b. Pro nobis exinanitus,<br/>in forma<br/>servi rex humiliatus,</p>                       |
| <p>3 a. Hodie<br/>formae pandit divinae<br/>lucem inaccessam per lucem<br/>theophanicam,</p> | <p>3 b. In monte<br/>transfiguratus celso,<br/>verus ipse mons montium,<br/>celsior caelo.</p> |
| <p>4 a. Vultu soli,<br/>veste par nivi,<br/>qualem soli<br/>tres cernebant theorici.</p>     | <p>4 b. Caro, sanguis<br/>non revelavit,<br/>sed caelestis<br/>pater, vox cuius edixit:</p>    |
| <p>5 a. Hic est natus<br/>mibi dilectus,<br/>in quo mihi complacui.</p>                      | <p>5 b. Hunc docentem<br/>omnes audite,<br/>huic iubenti oboedite.</p>                         |

- |  |  |
|--|--|
| 6 a. O vere nimium beati<br>huius secreti conscii,                                       | 6 b. Vos, Petre, Iacobe, Iohannes,<br>ex electis electi tres!                                    |
| 7 a. Mirabile secretum<br>vobis est revelatum,<br>quos nubes obumbravit<br>pater docuit. | 7 b. Nubes haec non terrorem,<br>sed gratiae dat rorem,<br>non fumo subobscura.<br>sed lucivoma. |
| 8 a. Hic, caeli claviger,<br>carne dormis, corde impiger.                                | 8 b. O sonum gratiae<br>vobis condignum, Boaner-<br>gae!   |
| 9 a. In hunc montem conscendite<br>post tres istos<br>de tribus quique<br>tomis terrae.  | 9 b. Nunc homo supra hominem<br>exstat Iesus,<br>mons mundis corde<br>conspicius.                |
| 10 a. In paternae<br>maiestatis<br>regnans celsitudine,                                  | 10 b. Ut Moyses<br>et prophetae<br>cecinerere consone.   |

11. Quo nos post te,  
rex Iesu, trahe.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Offic. ms. Altahensia anni 1442. Clm. Monacen. 9508. B. — Miss ms. Brixinense saec. 15. Cod. Vindobonen. 1782. C. — Hymn. et Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14667. D. — Miss. ms. Salisburgense anni 1490. Cod. Vindobonen. 1778. E. — Grad. ms. Sedlicense saec. 15. ex. Cod. Pragen. XIII A 5 c. F. —

1. 2 prae natis BCDEF: hominum Iesus CEF. — 3a, 4 symbolicam BCDEF. — 3b, 2 excelso C. — 3b, 3 mons ipse montium E. — 4a, 1 solis BF. — 4a, 2 par veste nivis D. — 4a, 4 deividi BD: dei filii CE. — 4b, 3 sq. pater caelestis ABCDEF. — 4b, 4 cuius vox DCF. — 5a, 1 Hic natus est E. — 5b, 2 semper audite B. — 5b, 3 soli omnes oboedite B. — 6b, 1 Tu, Petre, BCDEF. — 7a, 3 quod nubes E. — 7a, 4 edocuit CBDEF. — 7b, 3 subobscurat B. — Str. 8a und b umgestellt BCDEF. — 8a, 1 Tu caeli claviger BDF. — 8b, 1 O somnum gratiae BCDEF. — 8b, 2 nobis D. — 9a, 4 throuis terrae B. — 9b, 3 mundus BCF. — 9b, 4 prospicius B: perspicuus CDEF. — Str. 10a und b umgestellt BD — 11. 1 Tu nos post te CEF. — CEF nach Rev. H. M. Bannister. — Mel: Eia turma.

275. (12.) In Octava Pentecostes.

1. Pater, da per verbum  
nobis septiformem spiritum,

- |  |  |
|--|--|
| 2 a. Qui septena<br>signacula<br>designans doceat<br>nos omnem iustitiam | 2 b. Et devotas<br>cor excitans<br>in preces provehat<br>per beatitudines. |
|--|--|

- 3 a. Timor Domini,  
iudicii claviger,  
Summo iudici  
nos prosternat,  
hactenus  
inflatos et rebelles  
reddat supplices  
ac spiritu pauperes,
- 4 a. Clavis pietas Christi  
scansionis  
peccatis  
nostris adversanti  
legi  
donet consentaneos.
- 5 a. Det scientia  
resurgendi conscia  
His paraclitum,  
qui lugent, ut liberentur  
mortis corpore,  
quod repugnat animae.
- 6 a. Qui esuriunt iustitiam,  
hos fortitudo reficiat,  
Christi tumulum recludens,  
quae scandalizant,  
membra proiciat,  
panem rogitet.
- 7 a. Intellectus,  
baptismatis  
dissignator,
- 8 a. Unde Deum rogent  
mundicordes,
- 9 a. Similitudo  
patris pacificis  
Detur spiritu,  
qui dat sapere,  
qui Domini aperit natale,
- 10 a. His muneribus  
cumulavit  
patres Dei digitus:  
Adam nomina  
primitiva  
rebus cunctis  
imposuit,  
inspiratus  
dono sapientiae;
- 3 b. Legis apicem  
et iota non solvere,  
Fratrī temere  
non irasci  
vel laeso  
mox reconciliari,  
sanctum fieri  
orans nomen Domini.
- 4 b. Adaperiens novum  
testamentum  
heredes  
patris formet mites,  
petat,  
Dei regnum veniat.
- 5 b. Pellat etiam  
a corde luxuriam,  
Nos erudiens  
flagitare, ut voluntas  
fiat Domini  
tam carne quam spiritu.
- 6 b. Dono parili consilium  
misericordes remuneret,  
Crucem reserans exoret  
pro inimicis,  
dimitti debita  
pacto postulet.
- 7 b. Mundet corda,  
ut nesciat  
dextram laeva.
- 8 b. In temptationem  
ne inducat.
- 9 b. Ducat ad vitam  
viam per arduam  
Per ieiunia,  
elemosynam,  
oramen a malo liberatos.
- 10 b. Noe habuit  
intellectum,  
Abraham consilium,  
Fortis Isaac  
permanebat,  
scitus Iacob  
et Moyses  
legislator  
pius, David humilis.



11 a. Ergo pari  
voto imploremus  
spiritum  
septiformem, septuplum  
nos expurget tandem

11 b. Et per septem  
gradus spiritales  
perducatur  
expurgatos ad ipsam  
contemplationem

12. Veritatis.

Cod. Palat. Vindobonen. 628. saec. 11. A. — Grad. ms. Secoviense(?)  
saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. B. — Grad. ms. Augustanum saec. 14.  
in. Clm. Monacen. 3906. C. Miss. ms. Augustanum saec. 14. Cod. Vatican.  
Palat. 503. D. — Sequent. ms. Sangallense anni 1516. Cod. Sangallen.  
(Brander) 546. E.

1 a, 3 designans DE. — 2 b, 3 preces vehat E. — 3 a, 8 et spiritu B. —  
3 b, 2 iotam ABE. — 4 a, 6 donec D. — 5 a, 1 Ut scientia B. — 5 b, 1 Pellat  
et B. — 6 b, 5 dimitti fehlt D. — 7 a, 3 designatur E. — 8 a, 1 Inde BC. —  
9 a, 3 spiritui C. — 9 a, 5 qui donum B. — 9 b, 1 viam D. — 9 b, 2 vitam  
D. — 9 b, 3 ieiunium C. — 10 b, 5 permanebit E. — 10 b, 6 sqq. fehlen E. —  
11 b, 1 Ut per C. — 11 b, 4 ipsius B. — 11 b, 5 contemplatione C; in-  
spectionem B. — DE nach Rev. H. M. Bannister. — Mel.: Frigidola.

276. (13.) In Exaltatione s. Crucis.

1. Magnificate

2 a. Dominum mecum  
et exaltemus nomen  
eius in id ipsum,

2 b. Qui ascendit in  
palmam, apprehendere  
fructus eius dulces.

3 a. O altitudo  
atque profundum  
crucis purpuratae  
in Christi sanguine,

3 b. Quae caelo terram  
reconciliat,  
suprema contingens  
et ima penetrans.

4 a. Haec sursum corda  
stipite suo  
levat, quo exaltatus  
est per ipsam  
trahens ad se omnia,

4 b. Ut toto corde,  
tota anima,  
tota fortitudine  
diligatur  
nos in finem diligens.

5 a. Sed quia tunc vere  
diligatur Dominus,  
cum servus  
ut sese diligit  
conservulos,  
amicos  
et hostes pariter,

5 b. In ligno transverso  
sacri patibuli  
docemur  
expansis manibus  
crucifixi  
dextros et  
sinistros amplecti.

6 a. Hoc signo consignati  
famuli  
clareamus  
conformes Domino,

6 b. Ut iugiter in nobis  
ferveat  
ipsius et  
fratrum dilectio.

- |   |   |
|---|---|
| 7 a. Cuius ne tepescat<br>ignis caelicus,                           | 7 b. Ligna duo crucis,<br>en, colligimus, |
| 8. Per quae panis coquatur,<br>quo Elias verus<br>pascens pascatur. |   |

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. — 3 a, 2 et profundum. — Wiederholt aus Anal. IX, 26 sq.

277. (14.) In Exaltatione s. Crucis.

1. Magnificent confessio  
atque pulchritudo

- |   |   |
|---|---|
| 2 a. Magni regis novam<br>in cruce victoriam,   | 2 b. In qua triumphatus<br>est mortis principatus.  |
| 3 a. Qua evacuatum<br>est peccati veteris<br>chirographum.  | 3 b. Qua paschalis agni<br>immolatur victima<br>pro ovili.  |
| 4 a. Qua torcular calcat,<br>de Edom qui venerat<br>et de Bosra.  | 4 b. Cuius antidotum<br>serpentini vulneris<br>sanat morsum.  |
| 5 a. Per crucem Deo<br>reconciliatur mundus,<br>per lignum nunc redemptus,<br>per lignum<br>in Adam venditus.   | 5 b. Per crucem astris<br>sociatur matutinis<br>factura novissima,<br>restaurans<br>caeli dispendia.  |
| 6 a. Crux, vitae lignum,<br>vitam mundi portans<br>atque pretium,<br>tu vectrix es botri,<br>nati in vineis Engaddi.  | 6 b. Christus, pax nostra,<br>inimicitias<br>solvens in te<br>his, qui erant prope,<br>dans pacem, et qui a longe.  |
| 7 a. O virtus crucis,<br>mundum attrahis<br>amplexando tuis<br>hinc inde brachiis.  | 7 b. O excelsa crux,<br>ima perforans,<br>vinctos, quos absolvis,<br>ad summa erigis.   |
| 8 a. Christus carnis templum,<br>hac dierum<br>summa constructum,<br>quod tetragrammaton<br>Adam graece<br>colligit, in te<br>dissolventium obtulit<br>sed ut mundum<br>salvet quadrifidum,<br>reaedificat<br>post triduum. | 8 b. Agne patris summi,<br>cruce tollens<br>crimina mundi,<br>da, ut in augmento<br>caritatis,<br>fidei, spei<br>stayros sacrosanctae<br>valeamus<br>cum sanctis omnibus<br>dimensiones<br>comprehendere. |

- |  |   |
|--|---|
| <p>9 a. Ut proximis<br/>condolentes,<br/>carnem<br/>macerantes,<br/>crucis almae<br/>baiulos<br/>tua trahas post<br/>vestigia.</p> | <p>9 b. Quo hic tuti<br/>et indemnes,<br/>ibi<br/>ad tribunal,<br/>iudex, tuum<br/>simus<br/>sanctae crucis<br/>per signaculum,</p> |
|--|---|

10. Annuntiantes  
in gentibus,  
quia regnavit  
Deus a ligno.

Cod. Palat. Vindobonen. 628. saec. 11. A. — Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. B. — Trop. ms. Emmeramense anni 1106—25. Clm. Monacen. 14845. add. saec. 12. C. — Grad. ms. Ottoburamum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. D. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. E. — Grad. ms. Augustanum saec. 13. Clm. Monacen. 3914. F. — Miss. ms. Augustanum saec. 14. in. Clm. Monacen. 3906. G. — Miss. ms. Vindobonense saec. 15. (Privatbesitz) H.

Ferner: Grad. ms. Sangallense saec. <sup>13</sup>/<sub>14</sub>. Cod. Sangallen. 379. — Grad. ms. Claustroneoburgense saec. 14. in. Cod. Claustroneoburgen. 588. — Miss. ms. Sangallense saec. 14. Cod. Sangallen. 337 b. — Miss. ms. Strigoniense saec. 15. Cod. Salisburgen. V 3 B 20. — Sequent. ms. Lunaelacense anni 1461. Cod. Vindobonen. 4977. — Sequent. ms. Sangallense anni 1516. Cod. Sangallen. (Brander) 546.

1, 1 Magnificet BEFG. — 3 a, 2 pacti AB. — 3 b und 4 a umgestellt H. — 3 b, 1 paschali H. — 5 a, 3 nunc ausradiert C. — 6 a, 4 vectris AB; vectis CDEFG. — 6 b, 5 dat pacem CFGH; pacem et qua longe E. — 7 a, 3 tuis amplexando D. — 8 a, 2 ac dierum E. — 8 a, 4 Alinea FG; quam ACDF; detragrammaton FG. — 8 a, 6 te fehlt E; in se CFG. — 8 a, 10 fehlt AB. — 8 b, 4 Alinea FG; in alimento E. — 8 b, 5 verae caritatis B. — 8 b, 11 comprehendere DEFG. — 9 a, 1 Christe B. — 9 a, 7 sq. tua adtrahas post veniam D. — 9 b, 1 Ut hic BEFGH. — 9 b, 8 signacula A. — 10, 4 a ligno Deus.

278. (15.) In Exaltatione s. Crucis.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 a. Serpens antiquus<br/>vicit in ligno,</p>   | <p>1 b. Primo parenti<br/>virus infundens.</p>   |
| <p>2 a. Quo claudicat dudum<br/>in posteris<br/>carnis successio,</p>  | <p>2 b. Et colligit spinas<br/>et tribulos<br/>prona posteritas.</p>   |
| <p>3 a. Verum arcano<br/>gratiae commercio<br/>subvenit plasmator,<br/>protoplastum<br/>reformans veterem.</p> | <p>3 b. Ligno contractum<br/>primum Adami secundus<br/>extendit in ligno,<br/>in quo mortem<br/>vita mortificat.</p> |

- |  |   |
|--|---|
| <p>4 a. Christi figuram aeneam<br/>intuebatur populus<br/>antiquus in ligno,</p>   | <p>4 b. Et intuentem populum<br/>Christus venturus in carne<br/>salvabat a morte.</p>   |
| <p>5 a. Hoc crucis tropaeum<br/>praecessit crucem,<br/>quod in ligno crucifigendi<br/>crucifigendus agebat.</p>                | <p>5 b. Qui ferens in cruce<br/>nostros languores<br/>ovem, quam hostis abstulerat,<br/>victor reportat umeris.</p>                   |
| <p>6 a. Christe Iesu,<br/>fili-Dei athanatos,<br/>qui unigenitus theotocos,<br/>intactae virginis,<br/>passus es in cruce.</p> | <p>6 b. Dele culpam<br/>et, quam pro culpa patimur,<br/>tolle afflictionem corporis,<br/>hagios o theos,<br/>per virtutem crucis.</p> |

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 769. add. saec. 12<sup>12</sup>. B. — Miss. ms. Millestadiense saec. 12. Cod. Virumen. (Hist. Verein f. Kärnthen) 214 (6/35). C. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. ex. Cod. Graecen. 479. D. — Grad. ms. Pataviense(?) saec. 13. Cod. Hilarien. CXLVIII. E. — Miss. ms. Mellicense saec. 13. Cod. Mellicen. 1701. F. — Miss. ms. Secoviense anni 1320. Cod. Graecen. 469. G. — Miss. ms. Cremifanense saec. 14. Cod. Cremifanen. 373. H. — Miss. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. XI 388. I. — Grad. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 14. Cod. Petrin. a IV 14. K. — Miss. ms. Slierbacense anni 1484. Cod. Slierbacen. I 14. L. — Sequent. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 16. Append. ad Miss. Roman. imp. Venetiis 1513. M.

2 a. 1 Quod E. — 3 a, 1 arcanum H. — 4 b, 1 populos B. — 4 b, 2 in carne venturus E. — 5 a, 1 O crucis EH. — 5 a, 3 in signo B: crucifigendis I. — 6 a, 3 genetricis BDG. — 6 a, 5 es fehlt B. — 6 b, 3 tolle fehlt EH. — Wiederholt aus Anal. VIII, 23.

### 279. (16.) De Angelis.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Summae trinitatis<br/>tres summi<br/>adestote angeli,</p>  |   |
| <p>2 a. Tu purgator Raphael,<br/>illustrator Gabriel,<br/>consummator Michael,</p>   | <p>2 b. Nos purgantes macula,<br/>replentes scientia,<br/>consummantes gratia.</p>  |
| <p>3 a. Nam tu purgator<br/>oculorum,<br/>quos caecavit stercus<br/>avium,<br/>et demonstras<br/>purgatorem cordium,<br/>quibus nocet<br/>foeditas<br/>cogitationum.</p> | <p>3 b. Sed tu, qui visum<br/>Danieli<br/>pandis et secretum<br/>virgini,<br/>te ostendis<br/>scientiarum ministrum,<br/>quae de sursum<br/>descendunt<br/>a patre luminum.</p> |

- |   |   |
|---|---|
| 4 a. Tu, qui habes aureum<br>turibulum<br>cum incensis orationum,   | 4 b. Deum placas humilis<br>altissimum,<br>minister consummationum.                                 |
| 5 a. Ergo, quod Petrus,<br>Iohannes. Iacobus<br>inter apostolos,  | 5 b. Hoc vos, Michael,<br>Gabriel, Raphael,<br>estis inter angelos.                                 |
| 6 a. Iacobus<br>et Raphael explantant<br>vitia,<br>Iohannes atque Gabriel<br>illustrant corda.            | 6 b. Tu, Petre,<br>tuque, Michael, bini<br>vertices,<br>perfectricis virtutis<br>paris perfectores. |
| 7 a. Tu draconem,<br>tu Neroneum<br>humilias,<br>tu angelum,<br>tu hominem,                               | 7 b. Hinc daemonum,<br>hinc Romanum<br>triumphantes<br>in Domino<br>principatum.                    |
| 8 a. Michael<br>nam sonat: Quis ut Deus?<br>humilis at crucem<br>gyrat Petrus,                            | 8 b. Docentes<br>omnem gloriam caelo,<br>terra soli Deo<br>condebitam.                              |
| 9 a. Sic ter terni<br>docetis ordines,<br>ter sanctus consone<br>conclamantes,                            | 9 b. Trinum atque<br>unum Deum, solum<br>sanctum, sanctis cunctis<br>praeferendum.                  |
| 10 a. Ad huius sanctae<br>trinitatis cultum sanc-<br>tissimum   | 10 b. Coniugatorum,<br>continentium atque<br>rectorum   |
| 11 a. Vos ternos<br>continue<br>ordines vestro<br>iuvamine  | 11 b. Purgate,<br>illustrate,<br>humilitate,<br>perficite.  |
| 12 a. Ut qui per superbiam,<br>vanitatem, illecebram,<br>heu, sumus oppositi<br>patri, verbo, pneumatati, | 12 b. Iam per abstinentiam,<br>oramen, elemosynam<br>sobrie, iuste, pie<br>vivamus Deo placite,     |
| 13 a. In sancta fide, spe,<br>caritate<br>sani, laeti, integri,   | 13 b. Ter sanctus clamantes<br>dulcissime<br>corde, ore, opere,                                     |
| 14. Simusque vobiscum grati<br>summae trinitati.  |   |

**280. (17.) De Angelis.**

1. Michael, Gabriel,  
Raphael, adestote,

- |   |  |
|---|--|
| 2 a. Summae trinitatis<br>nuntii summi,                                   | 2 b. Tres tribus officii<br>praepositi.                                |
| 3 a. Nam tu sacerdotum<br>Deo ministrantum<br>comminister<br>es, Michael, | 3 b. Iuxta aram templi<br>director incensi<br>aureum per<br>turibulum. |
| 4 a. Sed tu, Gabriel,<br>sine fine Iesum<br>nuntias regnaturum,           | 4 b. Contra peccatum<br>adminstras regnum<br>iustitiae invictum.       |
| 5 a. Tu, Raphael,<br>medicando<br>atque nuptias<br>ordinando              | 5 b. Deo mentem,<br>menti carnem<br>casto socias<br>coniugio.          |
| 6 a. Sic tus et aurum<br>murramque vos offertis<br>et offerre docetis     | 6 b. Sacerdotale<br>regnum in castitate<br>disponendo ecclesiae.       |

7. Quae sacrata ut regina  
coniuncta Christo  
iam plene vobis collaetetur,  
per vos vestrosque cives iuvetur.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. — Wiederholt aus Anal. X. 267.

**281. (18.) De beata Maria Virgine.**

1. Mater dilecta  
dilecti ex dilecto,  
dilectionis gratia plena,  
semper virgo,  
sancta Maria.

- |   |  |
|---|--|
| 2 a. Nam ut ovum volucris<br>fotu et calore<br>animatum<br>circumdare<br>cognoscitur intra<br>se fotum, | 2 b. Sic tu integra divino<br>calescens amore<br>virum novum<br>circumdabas<br>iuxta Ieremiae<br>praedictum. |
|---|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>3 a. Conceptum hunc<br/>in utero sine tactu pudoris<br/>genuisti<br/>integra, non sentiens<br/>partum doloris.</p> | <p>3 b. Tu es ergo<br/>evangelicum illud patris ovum,<br/>scorpionis<br/>letifero veneno<br/>prorsus oppositum.</p> |
| <p>4 a. Quo veneno<br/>infecti medullitis</p>   | <p>4 b. Te benignam<br/>pulsamus gemitibus,</p>   |
| <p>5 a. Ut te iuvante<br/>antidotum<br/>de tua carne confectum<br/>in altaris mysterio<br/>digne sumamus,</p>         | <p>5 b. Ne ultra scorpio<br/>inficiat,<br/>sed tuus amor foveat,<br/>quo fovente sanissimi<br/>semper vivamus,</p>  |
6. Dilecti tuo  
dilecto ex dilecto,  
dilectionis plena virgo.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 479. B. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 789. C. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen 1584 D. — Miss. ms. S. Floriani saec. 12. Cod. Florian. III 208. E. — Brev. ms. German. saec. 12. Cod. Londinen. Add. 18302. F.

2 a. 2 fetum et A; fotu te D. — 2 b. 1 Hic tu D. — 3 b. 1 Tu es igitur ACE. — 5 a. 1 Et te D. — 5 b. 1 kein Alinea D. — 6 b. 2 inhiscat D. — 5 b, 4 Alinea D. — 6, 3 virgo, sancta Maria E. — Wiederholt aus Anal. X. 107 sq.

### 282. (19) De beata Maria Virgine.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ave, Maria,<br/>gratia plena.<br/>Dominus tecum,<br/>benedicta<br/>tu in mulieribus.</p>                       |  |
| <p>2 a. Gratiam<br/>filii tui,<br/>quam merito<br/>amisimus,<br/>tu, gratia<br/>plena, piis repara<br/>precibus.</p> | <p>2 b. Dominum,<br/>qui nasciturus<br/>ex te totus<br/>erat tecum,<br/>obtineas<br/>misericordem esse<br/>nobiscum.</p> |
| <p>3 a. Tu super<br/>omnia benedictum<br/>generans benedicta,<br/>nos a mortis<br/>maledicto libera.</p>             | <p>3 b. Tu, vitae<br/>porta supernae et<br/>via caelestis patriae.<br/>nos exsules<br/>digneris reducere.</p>            |

- |  |   |
|--|---|
| <p>4 a. Ave, gratia plena<br/>et pietate,<br/>quae genuisti plenum<br/>gratia et veritate.</p> | <p>4 b. Hic nobis et mortis in<br/>hora succurre<br/>ac in orbis examine<br/>nos tuos recognosce.</p> |
|--|---|

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 769. B. — Miss. ms. Sitanstettense saec. 12. Cod. Sitanstetten. XIV. C. — Miss. ms. Garstense saec. 12. Cod. Lincen. Fo 15. D. — Miss. ms. Garstense saec. 12. [13. et 14.] Cod. Lincen. Fp 17. E. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. F. — Grad. et Sacram. incertae orig. anni 1151. Cod. Stuttgardien. Bibl. Fol. 20. G. — Grad. ms. S. Albani Mosacen. saec. 13. in. Cod. Oxonien. Canon. Lit. 340. H. — Collect. ms. Scheftlariense saec. 13. [et 12.] Clm. Monacen. 17212. add. saec. 13. in. I. — Miss. ms. Admuntense saec. 13/14. Cod. Admunten. 751. add. saec. 14. K. — Miss. ms. Mellicense saec. 14. Cod. Mellicen. 1057. L. — Miss. ms. Mellicense saec. 15. Cod. Mellicen. 991. M. — Miss. ms. Lambrechtense saec. 15. Cod. Graecen. 115. N. — Miss. ms. Admuntense anni 1485. Cod. Admunten. 692. O.

2b, 1 Domini KO; nascitur DI. — 2b, 2 ex te fehlt LM. — 2b, 5 esse misericordem N. — 3a, 3 generas ENO. — 3b, 1 porta vitae HN. — 3b, 2 ad viam K. — 4b, 1 Hinc nobis DEO; Sic et nobis N. — 4b, 3 ac mortis examine ACGH; ac mortis in examine N. — Wiederholt aus Anal. XL, 115.

### 283. (20.) In sancti Petri ad Vincula.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Benedictus Dominus<br/>Deus Israel,<br/>qui erexit nobis<br/>cornu salutis.</p>   |   |
| <p>2 a. Nam salutis cornu,<br/>fides Petri apostoli,</p>  | <p>2 b. Ventilans destruxit<br/>huius principem saeculi.</p>  |
| <p>3 a. Quis est, qui vincit<br/>hunc mundum<br/>et eius principem,</p>   | <p>3 b. Nisi qui credit,<br/>quod Petrus<br/>confitens docuit?</p>  |
| <p>4 a. Tu, quem homines<br/>hominem dicunt<br/>excelsum<br/>sicut unum ex prophetis,</p>   | <p>4 b. Super homines<br/>atque prophetas<br/>es Christus,<br/>viventis Dei filius.</p>   |
| <p>5 a. Fortior inferi<br/>est portis haec fidei<br/>clara confessio,</p>   | <p>5 b. Quam caro et sanguis<br/>nequaquam revelavit,<br/>sed pater caelestis.</p>  |
| <p>6 a. A petra sumitur<br/>nomen Petri,<br/>qui iunctus angulari<br/>lapidi<br/>portatur<br/>et portat<br/>structuram firmam<br/>totius ecclesiae.</p> | <p>6 b. Haec est victoria<br/>vincens mundum<br/>fides nostra, deprompta<br/>per Petrum,<br/>quae vincula<br/>dissolvit,<br/>tenebras fugat,<br/>aperit carceres.</p> |



- |   |  |
|---|--|
| 7 a. Haec est laetitia<br>suo pastori<br>congaudentis ecclesiae,  | 7 b. Quod lupus Herodes<br>frustratus fremit<br>et plebs Iudaica gemit.                      |
| 8 a. Victo Herode<br>succedit Nero<br>vincendus a Petro<br>apostolo.  | 8 b. Illum vivendo,<br>hunc moriendo<br>devicit vinci<br>nescius Petrus.                     |
| 9 a. Cum Simone<br>quoque mago<br>fuit illi<br>maximus conflictus;  | 9 b. A Simone<br>tamen magno<br>Simon magus<br>cecidit devictus.                             |
| 10 a. Nunc, pastor ecclesiae,<br>nos vinctos respice<br>duabus catenis<br>magnis, culpis<br>culparumque poenis. | 10 b. Culpas septuagies<br>septies dilue,<br>poenas amovendo<br>sempiterna<br>gaudia obtine. |
| 11 a. Lupos rapaces arce<br>de gregibus Christi,<br>quos pascendos suscepisti.                                  | 11 b. Simonis magi fraudes<br>destrue malignas<br>per tuas preces benignas,                  |
12. Ut portis  
infernæ fractis  
et caeli  
elevatis  
grex tuus regimini  
pascatur vitae pascuis.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Sequent. ms. Sangallense anni 1516. Cod. Sangallen. (Brander) 546. B.

5 a, 1 Fortior est inferis B. — 5 a, 2 est portis fehlt B. — 6 a, 7 firmat B. — 6 b, 8 carcerem B. — 7 b, 2 prostratus B. — 8 b, 1 videndo B. — 9 b, 3 Simon magis B. — 10 a, 1 Tu pastor B. — 11 b fehlt B. — 12. 1 Et portis B. — 12, 2 über *fractis*: ablatis A. — Mel: *Laus tibi, Christe, qui es creator oder Psallite*. — „Cuiusdam nostrorum antiquorum patrum tituli *Lucunda*.“ B. — Die Lesarten von B nach Kehrein Nr. 383.

## 284. (21.) De ss. Iohanne Bapt. et Iohanne Evang.

1. Audite, cali,  
audi, tellus,  
auditu digna  
testimonia  
divinitus data.

- 2 a. Verbum summi patris,  
quod eructatum  
homini, angelo dedit  
esse ac semper esse,  
ut daret isdem  
optime esse.
- 2 b. Carnem nostram sumpsit,  
qua instauraret,  
quae in caelis sunt, omnia,  
quaeque in terris sunt, cuncta,  
coniungens in se  
ista et illa.
- 3 a. Hoc verbum, caro factum  
in matre virgine,  
processit de thalamo  
sponsus amabilis  
in habitu carnis.
- 3 b. Hoc verbum, vocem sumens  
in casto theologo,  
gigas currens prodiit  
in fortitudine  
vocis tonitru.
- 4 a. Vox enim tonans  
Iohannes evangelista  
conterruit fugans,  
fulminavit hostes  
ecclesiae  
verbi fortitudine.
- 4 b. Haec vox dum personat,  
abyssus abyssum invocat,  
Iohannes evangelista  
Iohannem baptistam,  
testis testem,  
verax veracem, vox vocem.
- 5 a. Nam vox tonitru apostolus  
in rota orbis  
terrae cognitus,  
sed vox clamantis  
est in deserto parata  
Domino parare  
perfectam plebem,  
praeco nobilis,  
ardens et lucens lucerna  
aeterni luminis.
- 5 b. Uterque pari testimonio  
in huius mundi  
auditorio  
plenum gratia  
et veritate confirmat  
unigenitum patris,  
regnantem caelo  
aeternaliter,  
sed visum in terris localiter  
ac temporaliter.
- 6 a. Nam caro verbum  
et verbum caro  
est unus Emmanuel  
in naturis  
equidem duabus, sed  
unitus taliter,  
ut unum sit electrum,  
in quo nostri  
argenti fulgor crevit.
- 6 b. Crevit revera,  
crevit in tantum,  
ut nihil sit praeclarior;  
nam lux lunae  
lucem solis induit,  
dum non ad mensuram  
clarificando Deus  
hominem  
lux nubem lucem fecit.
- 7 a. Audi nos, homo,  
quem sic pater  
cuncta donans honorat.
- 7 b. Audi nos, pater,  
quem et Deus  
factus homo honorat.
- 8 a. Audite, pariles  
Iohannes, qui quasi  
duo Cherubim  
vosmet respicitis,
- 8 b. Cum testimonio  
pari asseritis  
totum aureum  
propitiatorium.

9. Quod ut propitium  
sit nobis,  
vos orando impretate.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. — Mel:  
*Ave, praeclara.*

285. (22.) **De sancto Matthaeo.**

1. In Deum vivum  
exsultet iubilando  
caro et cor nostrum.

- |   |  |
|---|--|
| 2 a. Etenim passer<br>adinvenit sibi domum,   | 2 b. Quando Christus Iesus<br>ad se vocavit Matthaeum.   |
| 3 a. Ascensiones<br>in corde<br>qui tunc disposuit,   | 3 b. Cum mundanarum<br>curarum<br>vincla deposuit.   |
| 4 a. Misericordias<br>nunc et in aeternum<br>cantemus patri<br>misericordiarum,   | 4 b. Inter apostolos<br>et evangelistas<br>qui locavit<br>conversum publicanum.  |
| 5 a. Clarior facie Moysi<br>resplenduit<br>facies Matthaei,   | 5 b. Nam liber generationis<br>Christi clarior<br>est libro Genesi.  |
| 6 a. Hi duo consistunt<br>in capite<br>veteris ille, hic<br>novae scripturae,<br>sed ille<br>antiquam,<br>hic novam<br>scribit genealogiam. | 6 b. Proinde quanta est<br>distantia<br>inter scripturarum<br>principia<br>antiquae<br>et novae,<br>tanta est<br>in Matthaeo et Moyse. |
| 7 a. Haec est mutatio,<br>quam operatur excelsi<br>principis dextera.   | 7 b. Legem qui dederat,<br>nunc evangelizatur a<br>legis transgressore.  |
| 8 a. Talis est fructus<br>paenitentiae<br>et gratiae lapsos<br>relevantis   | 8 b. Et publicanos<br>cunctos unius<br>exemplo ad vitam<br>revocantis.   |
| 9 a. Est etenim<br>omne debitum<br>ad hoc servo<br>a Deo dimissum,  | 9 b. Ut suimet<br>per exemplum<br>misereri<br>sciat conservorum.   |

- |   |   |
|---|---|
| <p>10 a. Hinc vultu propitio<br/>humana facie<br/>praeifulget<br/>in caelis<br/>iuxta thronum<br/>summae gratiae,</p> | <p>10 b. Qua leo, bos, aquila<br/>vultu horribili<br/>praemonstrant<br/>virtutem<br/>divinorum<br/>terribilium.</p> |
| <p>11 a. At tu, Matthaeae,<br/>cordis et vultus humani,<br/>plagam generis humani</p>                                 | <p>11 b. Clemens respecta<br/>simul et precibus cura,<br/>sicut tua est curata.</p>                                 |
12. Quo tuo  
freti auxili  
per Christum sic sanemur  
a peccatis omnibus,  
ut te sanatum credimus.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. A. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 479. B. — Prosar. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. C. — Miss. ms. Vindobonense saec. 15. (Privatbesitz) D.

3 b. 1 Dum D; mundarum C. — 5 b, 3 genesis D. — 6 a, 8 taxat (lies textit) genealogiam D. — 6 b, 6 ac novae A. — 8 a, 4 revelantis D. — 8 b, 1 Ac BC. — 8 b, 3 ad se BCD. — 9 a, 1 enim B. — 9 a, 3 hoc sibi D. — 11 b, 2 et pleniter BCD. — Mel: *Laus tibi, Christe, qui es creator* (oder *Psallite*). — Vgl. Mone III, 128, der die Sequens aus B mitteilt mit dem verstümmelten Anfange: In Deum exsultet.

## 286. (23.) In Natale Evangelistarum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Regnum tuum<br/>regnum omnium saeculorum,<br/>Domine, rex regum.</p>                               |   |
| <p>2 a. Cuius regni gloriam<br/>et potentiam<br/>tuam loquantur</p>                                      | <p>2 b. Plena oculis quattuor<br/>animalia<br/>ante et retro.</p>                                       |
| <p>3 a. Leo, vitulus, homo,<br/>aquila profunda<br/>rimans mysteria:</p>                                 | <p>3 b. Marcus, Lucas, Matthaeus,<br/>Iohannes occulta<br/>verbi eructans.</p>                          |
| <p>4 a. Quorum forma et doctrina,<br/>Christe cum regina,<br/>sponsa tua,<br/>significaris ecclesia.</p> | <p>4 b. Homo factus, bos in cruce,<br/>leo, cum resurgis,<br/>aquila<br/>super astra Deus volitans.</p> |
| <p>5 a. Et ecclesiae<br/>nati homines<br/>ut membra novi<br/>sunt hominis,</p>                           | <p>5 b. Crucifigentes<br/>se cum vitiis<br/>in crucis ara<br/>sunt vituli.</p>                          |

- |   |  |
|---|--|
| <p>6 a. Vultu sunt leonino<br/>ad resistendum<br/>fortiter diabolo;</p>                                     | <p>6 b. Aquilam tunc exprimunt,<br/>in verum solem<br/>figunt ut intuitum.</p>                                 |
| <p>7 a. Sic sunt enim, Christe,<br/>quadrigae<br/>tuae salvatio,</p>  | <p>7 b. Quadrifida cruce<br/>quam rotae<br/>dant evangelicae.</p>  |
| <p>8 a. Auriga tui currus<br/>super hos equos<br/>scandens, Domine,</p>                                     | <p>8 b. Viam fac equis tuis<br/>in luto multo<br/>nostri pectoris.</p>   |
| <p>9 a. Ut subvecti<br/>hoc in curru<br/>maris de tumultu<br/>portum perpetuae<br/>contingamus patriae.</p> | <p>9 b. Ubi sanctus,<br/>sanctus, sanctus<br/>nato maris stellae<br/>tibi clamemus<br/>his cum animalibus.</p> |

10. Quorum sit nobis  
oculorum multitudo  
bonae vitae circumspectio.

Grad. ms. Secoviense(?) saec. 12. Cod. Vindobonen. 13314. add. saec. 12. A. — Sequent. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 1584. B. — Miss. ms. Secoviense saec. 12. ex. Cod. Graecen. 479 C. — Grad. ms. Ottoburanum saec. 12. Clm. Monacen. 27130. D. — Hymn. et Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14667. E. —

2 a, 3 loquentur B; loquitur D. — 3 a und b umgestellt BC. — 3 b, 3 eructans AB. — 5 b, 3 in ara crucis D. — 7 a, 1 Hic sunt BC. — 8 b, 2 in multo luto D.

## Reginaldus Cantuariensis,

Monachus Sancti Augustini,

† nach 1109.

Das Geburtsjahr Reginalds von Canterbury haben wir im zweiten Viertel des elften Jahrhunderts zu suchen. Als den Ort seiner Geburt bezeichnet er selbst ein in Frankreich gelegenes Fagia, nach Liebermann Faye-la-Vineuse im nordöstlichen Poitou, nach andern Tiffauges oder Tifauge (Theofagium) an der Sèvre. In seinem Heimatsorte in die ersten Anfangsgründe des Wissens eingeführt, kam er, jedenfalls frühzeitig, in die Abtei Noyers im Bistume Tours. Vielleicht dafs er schon hier dem Benediktinerorden sich anschlofs, vielleicht dafs es erst später in Le Bee geschah; dieses wie jenes bleibt blofse Vermutung. Gewifs ist, dafs er vor dem Jahre 1092 nach England auswanderte und Mönch von Saint-Austin in Canterbury wurde. Hier begann er — die Zeit ist ungewifs — jedenfalls aber vor 1102, sich der lateinischen Dichtkunst hinzugeben. Das genaue Datum seines Todes entzieht sich unserer Kenntnifs; jedenfalls war er 1109 noch am Leben, in welchem Jahre ihn ein uns erhaltenes poetisches Dankschreiben erfreute. Vgl. Wright, *Biographia Britannica* II, 77 sqq.; Liebermann, Reginald von Canterbury (*Neues Archiv* XIII, 519—556); *Dictionary of National Biography* XLVII, 420 sq.

Wir besitzen von Reginald eine Sammlung kleinerer Gedichte, meist poetischer Episteln, die uns in drei Handschriften, zwei englischen und einer Münchener, überliefert sind. Diese kleineren Gedichte, die Liebermann a. a. O. herausgegeben hat, enthalten nichts, was in den Rahmen der Hymnendichtung einbezogen werden könnte, zwei kurze Elegien (Nr. 11 und 12) ausgenommen, die sich nur in *Laud. Miscell.* 40 finden und von Liebermann wohl aufgeführt, aber nicht abgedruckt sind. Alle diese Gedichte Reginalds sind in den verschiedenen Spielarten des leonischen Hexameters, zum Teil mit ausgesuchten Künstleien geschrieben. Dasselbe gilt (bis auf einige wenige Parerga) von dem gröfseren epischen Werke, das vor allem den Ruf Reginalds begründete, der *Vita Malchi monachi captivi*. Diese enthält am Schlusse im VI. Buche eine ganze Reihe von Gebeten und anderen lyrischen Zugaben, welche für die hymnologische Forschung von Interesse und zum Teil nicht ohne poetischen Wert sind. Dieselben werden hier zum erstenmal veröffentlicht. Ich mufs dankend erwähnen, dafs ich die Kollation der englischen Handschriften der Liebenswürdigkeit meines allzeit hilfsbereiten Freundes Rev. H. M. Bannister verdanke.

---

### 287. (1.) *Tristichon Malchi ad Deum patrem.*

1. *Rerum plasmator, Deus, omnipotensque creator,  
Perpetui nati, patre perpetuo generati,  
Participes fieri fac nos ab eoque tueri.*

2. Principium verum, cui subdita machina rerum  
Vivit et incedit, respondet, servit, oboedit,  
Fac tibi nos subici, calcare dolos inimici.
3. Qui Satanam, caelis deiectum vi Michaelis,  
In barathrum trudis, hominem pro daemone cudis,  
Fac, bene vivamus, ne cum Sathana pereamus.
4. Qui post fallacem Sathanam ratione capacem  
Adam plasmasti, sed eum culpa reprobasti,  
Casibus innumeris hominis miseri misereris.
5. Qui per Abel, frater quem Cain perdidit ater,  
Iam Christi rubeum signabas morte tropaeum,  
Per Christi mortem Christi defende cohortem.
6. Qui per Enoch raptum, paradisi sedibus aptum,  
Praestruis in fine mundi medicare ruinae,  
Nunc etiam morbis pietas tua consulat orbis.
7. Qui Noe vexisti super aequor et eripuisti,  
Saecula iusta parum cum mersit abyssus aquarum,  
Ne male mergamur, te quaesumus, eripiamur.
8. Qui per Abram perimis spoliatos rebus opimis  
Quinque simul reges nisos evertere leges,  
Quantumcunque vales, nisos preme daemoniales.
9. Qui Loth de Sodomis dux ad campestria promiss  
Perdis et obscaenos Sodomitas stercore plenos,  
Exime cunctorum nos de puteo vitiorum.
10. Qui Iob vexatum totiens totiensque probatum  
Sanas divina bona multiplicans medicina,  
Aspice languentes, fer opem sanaque dolentes.
11. Quique Ioseph gratum tibi servas immaculatum  
Et dominam cari proprio sinis igne cremari,  
Effice nos gratos tibi semper et immaculatos.
12. Qui mare siccasti populum per sicca vocasti,  
Cum superimponis pelagus cuneo Pharaonis,  
Perde malignantes et nobis insidiantes.
13. Qui Deus Adonai tabulas in monte Sinai  
Sancto scripsisti digito Moysique dedisti,  
Per tua mandata vehe nos ad regna beata.
14. Qui nuce, qui flore, qui germine, fronde, virore  
Gestamen vestis Aaron signis manifestis,  
Fac, ut amor crescat in nobis spesque virescat.

15. Qui genus omne Chore puncto facis unius horae,  
Hoc obitu dignos, terram sorbere malignos,  
Disice placatus nostri genus omne reatus.
16. Qui Phinees ira propria requiescis ab ira  
Et removes plagam, dedit ut manus aemula plagam,  
Vulnera nostrarum sana miserans animarum.
17. Ut male pergentem per asellam verba loquentem,  
Quod populum vendit, Balaam tua vox reprehendit,  
Sic mala vitare doceas nos et superare.
18. Qui muros Iericho sub Iosue frangis amico  
Civibus et turbis deletis illius urbis,  
Duritiam cordis tollas et crimina sordis.
19. Qui facis exertos Deborae per bella lacertos,  
Tempora per Sisarae quae clavum fixit amare,  
Expeditus actus, noster cadat hostis abactus.
20. Qui duo signa boni praesaga notas Gedeoni,  
Quae simul ac vidit, hostilia castra cecidit,  
Signa triumphandi zabulum dabis et superandi.
21. Qui nece Susannam salvas, maeroribus Annam,  
Natum dans Annae, cynicos perdendo Susannae,  
Da subolem vitae, vitae da regna cupitae.
22. Qui subvertis Heli, ne iudicet, et Samueli  
Das puero vati cathedram vatis reprobatu,  
Nos transferre velis ad regna tui Samuelis.
23. Qui Saulis rabie David manibusque Goliae  
Eripis et vasti regni sibi sceptru locasti,  
Eripe nos morti, caelorum iunge cohorti.
24. Qui vim Samsoni dederas, sensum Salomoni —  
Pacifer est alter, invicti roboris alter —  
Da dociles mores et vires interiores.
25. Qui tibi Thesbitem iustum, super omnia mitem,  
Subvehis igne rota regione locando remota.  
Culpae suspensos nos esse fac irreprehensos.
26. Qui praedam ditis, puerum revocas Sunamitis —  
Reddunt tartarei iuvenem meritis Helisaei —  
Nos a peccato redivivos purificato.
27. Quique manum Iudith regis, ut caput extaque fudit  
Regis Holofernis, et eum turpi nece sternis,  
Sic vegeta mentem cum daemone bella gerentem.



28. Qui per opem caeli clauso comes es Danieli  
Per solitumque bonum defendis ab ore leonum.  
Dextra suo more tua nos trahat hostis ab ore.
29. Qui pueros mire per flammās ire, redire  
Cogis inambustos, hymnum tibi pangere iustos.  
Ure cor et renes nostros et fac tibi lenes.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E.

3. 1 Sathanas D; Sathan E. — 3, 2 trudi D. — 3, 3 nec eum B. — 7, 2 mersis A. — 8, 2 Quinque C. — 8, 3 Ut quacunq̄ vales B. — Str. 14 steht hinter 16 E. — 15, 3 Discite B. — 16, 1 requiescit AC. — 16, 3 sanas CD. — 18, 2 delectis D. — 19, 2 quem clavum fixit A: clavum quem fixit BCDE. — 19, 3 Expidias A. — 21, 1 salvans A. — 24, 1 dederis BCD. — 29. 2 tibi fehlt E. — In allen Hss. geht Str. I voraus:

Fecerat et monachus sub eodem tempore Malchus  
Quaedam scripta precum faciens hoc ordine secum,  
Illa peroravit, calamo cantuque notavit.

BD haben am Rande zu Str. 20 die Glosse:

*Primum signum:*

Rore madet vellus, sub rore fit arida tellus.

*Secundum:*

Aruit et vellus, maduit sub vellere tellus.

B setzt die beiden Verse sogar in den Text.

### 288. (2.) Tetrastichon Malchi ed filium Dei.

- Christe, patris verbum, qui destruis omne superbum,  
Exaltas humiles, tumidos reputas tibi viles,  
Cum patre maiestas, cui gloria, summa potestas;  
Esto memor memorum, remove genus omne tumorum.
- Factor facturae ratione tibi placiturae,  
Cum non essemus, qui feceris, ut fieremus,  
Lapsos postea nos tollis de pulvere sanos;  
Nunc etiam sana nova vulnera et veterana.
- Virgine de sacra sine semine qui caro sacra  
Et Deus egrederis et in hac hominis misereris.  
Sic duo, sic unum, ne sis duo, Christus, at unum,  
Ne ruat in peius, hominem serva, genus eius.
- Sic homo, sic Deus es, non unus ut esse recuses,  
Sic caro, sic anima duo, sed substantia prima  
Et species simplex, hominis substantia duplex;  
Respice figmentum, caro carnem, membra parentum.

5. Hanc tibi pro reprobis carnem placuit dare nobis,  
Nobis, pro nobis, de nobis, omnia nobis,  
Qui tibi credidimus, fidei ruga quique subimus;  
Hoc, quod es, et serva, rogat haec humana caterva.
6. Hoc, quod habes et amas, carnem caro nostra reclamat,  
Hac alapas, letum, convitia fers et acetum,  
Sputa, fel et miseris, Deus, hac in carne mederis;  
Aegrotos cernas, medicinas adde supernas.
7. Quique resurgendo, scandendo, dona serendo  
Mystica de caelis, vatis promissa Iohelis,  
Frigida corda virum reddis flammantia mirum;  
Ut facis haec, vere fac nos hoc igne calere
8. Gloria cui Domino perpes de funere trino,  
Dasque tribus vitam mortemque repellis a vitam.  
Urna, domus, porta testes, quia lux redit orta;  
Erige labentes et adhuc in sorde iacentes.
9. Ut tibi baptistam Iohannem sive sophistam  
Dissimilem iustis facis uti melle locustis  
Et iugulo plecti nec vero morte reflecti;  
Fac nos cunctorum luxus odisse ciborum.
10. Ut tribuis Petro solacia carcere taetro,  
Dura catenarum dirumpens vincla suarum,  
Vinctus ab Herode liber fugit indice Rodae;  
Vincula nostrorum pariter dissolve malorum.
11. Ut facis electum tibi vas in quadra reffectum,  
Cum fureret, Saulum, mutato nomine Paulum,  
Mox infecundi verbum parit orbita mundi;  
Nos ita mutato tibi quadrifidosque dolato.
12. Ut tuus Andreas, quem puniit hostis Aegeas,  
Cum patitur pro te, *Salve crux*, inquit, *amo te*,  
Te per te fruitur, flammis alius sepelitur;  
Sic nobis dona requiem secumque corona.
13. Utque sub insano Iohannem Domitiano  
Illaesum pleno pice, sulphure prodis aëno,  
Vita redit iuvenum, sua perdit iura venenum;  
Perpetuus custos sic omnes protege iustos.
14. Cum lapidaretur, tua quem tutela tuetur,  
Stephanus invictus, lapidum non senserat ictus,  
Agnum cumque videt caelo, sua vulnera ridet;  
Sic mala nos mundi contemnere fac fugibundi.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1469. Clm. Monacen. 19124. F.

1, 3 Cum prece AF; pars potestas D; parque potestas BCE. — 1, 4 timorum D. — 2, 4 vel veterana BCDE. — 3, 2 et fehlt D. — 3, 4 in poenis B. — 5, 1 placuit fehlt AF. — 5, 3 Qui tibi est didymus AF. — 6, 2 cum vitia C. — 7, 4 vera face BE; vere face CD. — 9, 2 facias AF. — 9, 3 vera F. — 10, 3 incide D. — 11, 2 nomine pua B. — 12, 1 punit C. — 12, 3 Ut per te E; aliis ACE. — 12, 4 secum quoque dona AF. — 13, 1 Ut sub C. — 14, 4 furibundi AF.

### 289. (3.) Tetrasticon ad sanctam crucem.

1. O decus, o clavi suaves in stipite suavi,  
O liber, o lignum divino sanguine dignum,  
O pia crux Christi, quae tincta cruore fuisti;  
Sanguinis hoc sacro sacri nos tinge lavacro.
2. Robora conscendit tua Christus ibique pependit,  
Virginei floris honor et flos castus honoris,  
Fers, geris ipsa Deum, sumis de morte tropaeum;  
Servet ab impura lue nos tua sancta figura.
3. Rex in te magnus pia victima fit, pius agnus,  
Victima, quae lavit nos et te sanctificavit,  
Suscipis hinc rorem laticis rubeumque liquorem;  
Potibus his mentes nostras satia sitientes.
4. Sola polum scandis secretaque caelica pandis,  
Gaudia stelliferae sedis per te patuere,  
His habiles donis iustos hac sede reponis,  
Vota precesque damus, fac, ut illuc ire queamus.
5. Per te vita datur, per te mors evacuatur,  
Clausa recluduntur, reclusi suscipiuntur,  
Pondere peccati per te sumus exonerati;  
Per te quaesitae vehe nos ad gaudia vitae.
6. Cum barathri clatros leo fortis fregerit atros,  
Te duce confregit, praedas ex hostibus egit,  
Te duce terrificum tutudit perimens inimicum;  
Hac ope communi stimulantia crimina puni.
7. Furibus antiquis timor exstiteras et iniquis,  
Magnus eras terror Iudaeis, gentibus error,  
Qui prius horrore, nunc est cruciatus amori;  
Hostibus horrorem, credentibus infer amorem.

8. Alta super caelos gemitus attendis anhelos,  
Te polus implorat, mare servit, mundus adorat,  
Angelicus coetus pangit tua munia laetus;  
Te prece condigna petimus, famulos rege, signa.
9. Morte gravabamur, sed te relevante levamur,  
Dum mors vivebat, mortis nos vita premebat,  
Mors iacet extincta, per te sunt vincla revincta;  
His sumus exuti per te, simus ergo soluti.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580 A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1469. Clm. Monacen. 20124. F.

2, 1 ubique F. — 3, 1 Rex cum te E. — 3, 3 hunc E. — 4, 1 scelera-  
taque B. — 4, 3 ac sede D. — 4, 4 Vita precesque D: illic ACF. — 5, 1  
Certe vita A. — 5, 2 seclusi B: recipiuntur E. — 5, 3 simus ADF. — 6, 1  
barathri datos AF: barathri claustris BD. — 7, 1 tumor B. — 7, 2 timor  
AF: gentilibus F. — 7, 3 Quae prius F: prius errori D: non est AF. —  
8, 2 servi D. — 8, 3 tua numina DF: coetus peragit DE. — 9, 1 relevare  
D. — 9, 3 revincta D: sumus ergo C.

#### 290. (4.) Tristichon ad sanctam Crucem.

1. O crux, vivificum quae pondus sustinuisti  
Et portare Deum cum corpore promeruisti  
Nudaque nudatum Domini corpus tetigisti;
2. O crux, quae pretium mundi benedicta tulisti  
Et rubeum rubra calicem de vite bibisti,  
Expugnare malos hoc sanguine praevaluisti.
3. O crux Iudaicam feritatem deseruisti,  
Ecclesiam fundans gentiles edomuisti  
Et domitos Christo fidei lymphis genuisti.
4. O crux, quae Satanam de gentibus his pepulisti;  
Mysterioque crucis veram subolem peperisti  
Et regale genus de\*servis instituisti;
5. O crux, ante metum viventibus exhibuisti,  
Morte sacrata Dei terrore malo caruisti,  
Ergo places, o crux, quae quondam displicuisti.
6. O crux, velle mori pro iustitia monuisti  
Et tormenta pati debere tuos docuisti  
Aethereamque domum dare te nobis pepigisti.

7. O crux, quae tenebras comitante Deo petiisti  
Infernique seras et pessula comminuisti  
Et mortis laqueos et scandala saeva scidisti;
8. O crux, de paleis frumentum seposuisti,  
Solos de tenebris electos eripuisti,  
Cum quibus ereptis caelos etiam subiisti.
9. O crux, sideribus quae clarior emicuisti  
Ac renitens caelo sanctis loca sancta dedisti,  
Gratia magna tibi. quae tot potes et potuisti.
10. Ergo bonis tantis sit laus ex ore precantis,  
Ergo fave genti crucifixum teque fatenti  
Cultoresque crucis, o crux, fer ad atria lucis.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 49. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1469. Clm. Monacen. 19124 F. —

1, 2 portare Dominum D. — 2, 2 de vita B. — 3. 2 Ecclesiamque ADF. — 6, 3 pepegisti ACDF. — 10, 1 boni E. — Dieses Lied hängt in allen Quellen unmittelbar mit dem vorhergehenden zusammen, und hat also keine Aufschrift; nach 10, 3 folgen noch die beiden Verse:

O crux, protege me sub mortis agone supremae,  
Cruce sacra, dum vivo, me salvet ab hoste nocivo.

#### 291. (5.) Tetrastichon Malchi ad Spiritum Sanctum.

1. Omnipotens flamen, patris prolisque ligamen,  
Spiritus amborum, parium par nexus amorum,  
Vivificum numen, oriens de lumine lumen,  
Pleno sorde, malis, tua sit mihi laus venialis.
2. Hic ubi vult spirat, vadit, manet, omnia girat,  
Res nova procedit, venit inde nec inde recedit,  
Mirificum totum sensu linguaque remotum,  
Expriet hic mentem magnalia tanta paventem.
3. Luminis alme dator, caeli terraeque creator,  
Ordo, Dei digitus, donum patris, unctio, ritus,  
Gratia, fons vivus, lex, ignis, amor genitivus,  
Spiritus, ipse veni, maerentem pectora leni.
4. Pneumate repletis cum mystica dona prophetis  
Das, opifex horum sapiens mirabiliorum,  
Mira loqui mutos facis et sapientia brutos,  
Pneumatis ignaros fac gnaros et tibi caros.

5. Sic ope divina cum claustra salus inopina  
Virginis intravit, nec se nec eam violavit,  
Virginei partus utero tu conficis artus;  
Ad vitam portus sit nobis illius ortus.
6. Sic avis in specie partum super ipse Mariae  
Veneras et mundas Iordanis feceras undas,  
Intrat aquas harum duce te plasmator aquarum;  
Munditiae munus praebete, duo Deus unus.
7. Discipuli Christi, quibus ignea dona dedisti,  
Fantur inaudita nec in hac communia vita,  
Gens stupet, arescit, sonus viget, gloria crescit;  
Propitius dona nobis haec ignea dona.
8. Subiuga sub ritum fidei summe stabilitum,  
Qui coadunasti gentes, quas ante creasti  
Cum patre cum nato deitate tibi sociato;  
Annue, gens eadem compagine vivat eadem.
9. Catholicae testes fidei qui fingis agrestes.  
Per quam dulce mori nec parcere velle cruori  
Martÿribus donas et eos super astra coronas.  
Quo vivant tecum, da nobis vivere secum.
10. Quod nocet, extricas, Satanae fraudes inimicas  
Vi premis aeterna, componis in arce superna  
Elysiae sedis, quos dignos lumine credis;  
Hanc, petimus, sedem per te mereamur et aedem.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580 A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglieum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500 D. — Collect. ms. Anglieum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1469. Clm. Monacen. 19124. F. —

1, 4 tua laus mihi sit venialis BCDE. — 2, 1 Hic qui vult D; Sic ubi vult ACF. — 2, 3 remotu D. — 3, 4 maerentium BCDEF. — 4, 1 Pneumatis AF. — 4, 3 multos B. — 6, 2 Veneris ABCDEF; feceris ABCE. — 6, 3 duce fehlt B. — 6, 4 praebete Deus duo unus C; praebete Domino Deus unus E. — 7, 1 ignea corda dedisti C. — 7, 3 sonus urget B. — 8, 3 tibi solidato D. — 9, 4 vivant F. — 10, 1 extrices F. — 10, 3 Helisia ACDEF; Elisei B.

**292. (6.) Tetrastichon Malchi ad s. Mariam et ad apostolos.**

1. O genetrix Christi, quae virgo Deum genuisti,  
Mater virtutis et nostrae causa salutis,  
Tu tuus et natus nostros tergete reatus,  
Salva per puerum sanctissima nos mulierum.

2. Virgo Deo similis, te causa rogat monachilis,  
Esto cunctorum, genetrix, custos monachorum,  
Vise, parens Christi, per amorem quos genuisti,  
Ipsis esto pia protectrix, virgo Maria.
3. Tuque, sacer Romae Petre pastor et incola, prome  
Numen et omne nefas dimitte. piissime Cephas;  
Est ignoscendi data lex tibi vel miserendi,  
Dilue dilutus, solvendo solve solutus.
4. O tu, Thoma sacer, vir spiritualis et acer,  
Doctor et o Paule, caelestis verbifer aulae,  
Qui sermone plagas premis, alter pollice plagas.  
Munus opis certae nobis orando referte.
5. Philippumque patrem, sanctum Simonis quoque fratrem,  
Andream iustum petimus Marcumque venustum,  
Consortes fidei, verbi, crucis et requiei,  
Ut maculas tergant, ne nos in tartara mergant.
6. Cari cara Dei sancti suboles Zebedaei,  
Hic martyr faustus, hic sacri pontifex haustus,  
Ambo refulgentes, caelo terraque potentes,  
Impetret hic veniam poscentibus, ille sophiam.
7. Simon, Thaddaeus, Matthias, Bartholomaeus,  
Natus et Alphaeo, Lucas sociante Matthaeo,  
Signiferi caeli, populo praebete fideli,  
Quod sibi praebere per vos rogat et redhiberi.
8. Sanctae vel sancti, quotquot placuere tonanti  
Vita condigna, Christi pietate benigna  
Obtineant vitam prece nobis usque cupitam;  
Tuque mei miseri dignare, Deus, misereri,  
Protege me, rege me, sit cura tibi, rogo, de me.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1469. Clm. Monacen. 19124. F.

1, 1 Deum peperisti BCE. — 1, 3 tergite F. — 3, 4 solvendo C. — 4, 1 O fehlt AF. — 6, 2 hic sacer ADF. — 6, 3 Ambo resurgentes D.

### 293. (7.) Quaterniones Malchi ad Angelum suum.

1. Angele, qui meus es custos pietate superna,  
Me tibi commissum serva, tueare, gubernare;  
Terge meam mentem vitiis et labe veterna  
Assiduusque comes mihi sis vitaeque lucerna.

2. Angele, fide comes, sapiens, venerande, benigne,  
Me movet et turbat mortis formido malignae  
Intentatque mihi poenas et tartara digne,  
Tu succurre. precor, barathri ne mergar in igne.
3. Angele, confiteor, quia saepe fidem violavi  
Spiritibusque malis numeroso crimine favi  
Et praecepta Dei non, sicut oportet, amavi,  
Proh dolor, et prave Christum vivendo negavi.
4. Angele, quando meos actus per singula tango  
Meque reum mortis video, per singula plango,  
Ora rigo lacrimis, mentem cruciatibus ango;  
His me solve malis, et laudes vota que pango.
5. Angele, me iugi tua salvet cura rogatu,  
Ne pro multimodo peream damnerque reatu,  
Me de terribili tua liberet ars cruciatu,  
Dignus ut angelico possim fieri comitatu.
6. Angele, qui nosti, quae sunt in fine futura,  
Qui medicus meus es, mea spes, mea vulnera cura,  
Vulnera, mens quibus est, nisi cures me, peritura;  
Ergo mei cordis fac sint penetralia pura.
7. Angele, nulla, reor, vox sufficit enumerare,  
Quotve quibusve modis libuit delicta patrare,  
Sed mihi, qui potis es, fer opem veniamque precare,  
Proque salute mea, comes optime, sollicitare.
8. Angele, mox ut ego baptisate sum renovatus  
Et posui veteris maculas in fonte reatus,  
Sum tibi tuque mihi tradente Deo sociatus;  
Fac, precor, ut tecum pro me roget ordo beatus.
9. Angele, trina mali vis urget me vehementer  
Et trahit in facinus mentemque rapit violenter,  
Scilicet ebrietas et luxus et ira frequenter,  
Has igitur furias, has, angele, perde potenter.
10. Angele, communi luxus nocet utilitati,  
Ebrietas aufert regni promissa beati,  
Ira viri sanctae contraria fit gravitati;  
Haec portenta, rogo, metuendi comprime fati.
11. Angele, qui veram confers animae medicinam,  
Ex anima divelle mea pestem hanc genuinam,  
Ne ruat in casus aliquos mortisve ruinam,  
Sed valeam laetus deitatem cernere trinam.



12. Angele, tolle metum, spem, gaudia, tolle dolorem,  
Quatuor haec hominem suffocant interiorem,  
Haec adimunt fidei sacrum temerando liquorem;  
His igitur pulsus sanctum mihi confer amorem.
13. Angele, verna tuus humili te voce precatur,  
Ut tibi commissum se serves, ne moriatur,  
Nam corruptelae vitiis et mole gravatur;  
Ergo tuum vegeta, ne mortis fasce prematur.
14. Angele, per Christum rogo te, quo glorificaris,  
Ut non cum reprobis reprobam me patiaris,  
Sed me iustifices et ab hoste malo tuearis  
Meque iuves caelo cuneis assistere claris.
15. Angele, fac per eum, qui fecit in aethere stellas,  
Mysterium cuius nullas scio scire tabellas,  
Ut, quaecumque nocent, propria virtute repellas,  
Iurgia, livorem remove mundique procellas.
16. Angele, qui nostram fragilem scis condicionem,  
Solve Deo, quam non valeo, pro me rationem  
Ac mihi, dum vivo, veram pete religionem,  
Vivorumque simul post mortem da regionem.
17. Angele, sobrietas, modus et pietas abierunt,  
Hisque superfluitas, tumor et levitas subierunt,  
Omnis me virtus et honestas deseruerunt,  
Tu revoca vires, quae sic me destituerunt.
18. Angele, qui meus es caelesti munere custos.  
Qui veterem vitam reprobas moresque vetustos  
Et nos esse novos cupis et sine crimine iustos,  
Renes ure meos ardore libidinis ustos.
19. Angele, qui mentis nitidae verax es amator  
Iustitiaeque meae studiosus ad aethra relator,  
Ante Deum testis meus esto, mei miserator,  
Parce mihi, ne me reprobet damnetque creator.
20. Angele, multa premunt, vincenda superbia restat,  
Haec me prae cunctis vitiis odiosa molestat,  
Haec per verba foris iactantia se manifestat,  
Huic oppone manum per eum, qui vivere praestat.
21. Angele, mille modis stimulant me crimina centum  
Et mihi divinum cupiunt auferre talentum,  
Non ars ulla iuvat nec opes nec cura medentum:  
Spes mea tu solus, me fatis eripe flentum.

22. Angele, qui maestos et tristia corda serenas,  
Aufer, quas timeo, meritas pro crimine poenas;  
Crimen namque meum pelagi superavit arenas,  
Tu mala, quae merui, remove tormenta, catenas.
23. Angele, mundani consurgunt undique fluctus,  
Undique formido, lacrimae, suspiria, luctus,  
Iustitiaeque boni vix sunt hoc tempore fructus;  
Sed tot ab aerumnis sim te revocante reductus.
24. Angele, saepe rui, volo surgere meque fatigo,  
Membraque cum vitiis fidei sartagine frigo  
Et cum daemonibus iugi certamine fligo,  
Meque iuva per eum, cuius nescitur origo.
25. Angele, qui meus es paedagogus et assecla dives,  
Qui tribuente Deo felix per saecula vives,  
Ducat ad aetheros tua me clementia cives,  
Nec me pro meritis aeterno lumine prives.
26. Angele, cuius id est deitatis nosse profundum,  
Qui potes in puncto totum percurrere mundum,  
Curre, veni, fer opem simul et munimen abundum,  
Semper adesto mihi praesens mea vota secundum.
27. Angele, peccavi; non sunt tot in aequore stillae,  
Non tot in orbe manent per regna iacentia villae,  
Quot mala commisi, neque sunt tot in igne favillae;  
Evacua tamen haec, quamvis sint millia mille.
28. Angele, multa tibi mea sum peccata professus  
Et prope defeci culparum pondere pressus;  
Tu remove culpas et mentis dirige gressus,  
Mens ut inire queat sanctos erecta recessus.
29. Angele, respice me miserum peccata fatentem,  
Effice securum precibus tormenta paventem  
Auxiliisque tuis ad caelum dirige mentem,  
Mentem corporea sub conditione gementem.
30. Angele, quo fugiam? tot sunt contraria laetis,  
Ut vix sufficiant ullis recitanda poetis,  
Vix et ego valeam portum sperare quietis;  
Sed tu cum sociis requiem portumque rogetis.
31. Angele, festina, tege me munimine grato  
Invidiaeque malum fraudisque venena fugato,  
Intus et exterius me semper purificato,  
Ut per te merear regno gaudere beato.

32. Angele, dulce tuum, mihi sic impende iuvamen,  
Lustret ut omnipotens per te mea pectora flamen  
Optatumque mihi tribuat mentis renovamen,  
Subjungatque pium plebs omnis: Fiat et Amen.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — Collect. ms. Burtonense saec. 13. Cod. Londinen. Vesp. E III. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 500. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65. E. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. F. — Orat. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. a IV 39. G.

1, 2 serva, defende, gubernata ACFG. — 3, 3 non ut oportet FG. — 3, 4 Christum prave. D. — 4, 2 mortis videns F G. — 5, 2 Nec pro B; damner pereamque E. — 6, 2 Qui meus es medicus FG. — 6, 3 nisi cures mea peritura ADFG. — 8, 3 satiatus G. — 8, 4 ut fehlt C. — Str. 9 fehlt D. — 9, 1 terna mali G; terreni mali F: me fehlt AFG. — 9, 2 rapit vehementer E. — 9, 4 Has ergo furias FG. — 10, 4 portenda A. — 11, 1 animae confers ABFG. — 11, 2 hanc fehlt C. — 12, 4 His ergo pulsus FG. — 13, 1 precamur B. — 13, 2 se fehlt AFG. — 14, 3 fehlt E. — 14, 4 Me iuves E. — 15, 1 fac fehlt AFG; fecis D. — 15, 4 livores AFG. — 16, 2 Solve, quam non valeo, pro me Deo rationem FG. — 19, 2 aethera velator B. — 19, 4 Parce mihi reo D. — 20, 3 semifestat C. — 21, 3 nec opus AFG; cura fehlt E: medendum B. — 21, 4 solus es, es über der Linie C. — 22, 4 tormenti FG. — 23, 3 bone korrig in boni E. — 23, 4 sum F. — 24, 2 sartagine fingo B. — 24, 4 Me iuva per AFG. — Str. 25 fehlt D. — 27, 4 haec tamen F; haec tu quamvis G. — 28, 4 excessus FG. — 29, 1 me respice FG. — 30, 1 quos fugiam D; contraria legis AFG. — 30, 2 recidenda poetis C. — 30, 3 Vix ut ego FG. — 31, 2 Invidique D. — 32, 3 Aptatumque C. — 32, 4 et fehlt G. —

Aufschrift: Quaterniones Malchi ad angelum suum AB; Tetrasticon ad sanctum angelum D; Tetrasticon Malchi E. — Drei Strophen dieses Gebetes (1. 3. 2) stehen auch in Clm. Monacen. (ol. Schiiren.) 17466 saec. 15. auf einem Vorsetzblatte saec. 14. sowie in Cod. Petrin. a IV 38 saec. 15. Fünf Strophen (1. 2. 3. 4. 5.) finden sich in der Prager Hs. XIII E 3 saec. 14

294. (8.) Epodon Reginaldi super Malchum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Pater Deus, factor meus,<br/>Regum rex et Domine,<br/>Te cum nato increato,<br/>Te cum sancto flamine<br/>Supplex oro et adoro,<br/>Licet pressus crimine.</p> | <p>3. Quem foedavit et gravavit<br/>Multa labes scelerum,<br/>Tua manus, ut sim sanus,<br/>Me confortet miserum,<br/>Ope tua lues sua<br/>Medicatur vulnerum.</p> |
| <p>2. Assistentis et credentis<br/>Pius fave precibus,<br/>Me clementer ac potenter<br/>Duris solve nexibus,<br/>Quibus ligor et affligor<br/>Miris cruciatibus.</p> | <p>4. Quam tinxisti et lavisti<br/>Insignitam titulis<br/>Semel sacro in lavacro,<br/>Mentem lava maculis,<br/>Sit abluta et soluta<br/>A peccati vinculis.</p>   |

5. Fac benignus, ut sim dignus  
 Preces tibi fundere,  
 Te laudare, praedicare,  
 Nomen tuum canere,  
 Puro corde absque sorde  
 Hymnum tibi pangere.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 40. B. — In B sind die Strophen nur vierzeilig, es fehlt jedesmal die fünfte und sechste Zeile. Str. 1 lautet in B:

Audi, Deus, quid te reus,  
 Mole pressus eriminum,  
 Supplex orat et implorat.  
 Credeus in te Dominum.

4. 1 Quam finxisti et dedisti B. — 4, 2 Mentem lava maculis B. — Auf diese Invocatio folgt, im selben Versmaße geschrieben, in A in sechs-, in B in vierzeiligen Strophen, ein langes erzählendes Lehrgedicht de mundo, de elementis, de Adam, de Eva etc. etc. Den Schluß bildet dann der folgende Hymnus auf Malchus, eingeleitet mit den Worten: Nunc canamus et promamus Malchum nostri ordinis.

295. (9.) De sancto Malcho.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Suo rhythmum hunc et hymnum<br/>         Dedicemus nomini,<br/>         Ad honorem et amorem<br/>         Christi tamen Domini.<br/>         Ut superno et aeterno<br/>         Assignemur lumini.</p>                   | <p>5. Ergo ille sanctis mille<br/>         Est aequandus meritis,<br/>         Quisquis amat Deum, clamat<br/>         Huius nomen militis<br/>         Nec non fandae et amandae<br/>         Suae sacrae comitis.</p> |
| <p>2. Illi detur et cantetur<br/>         Laus et honor iugiter,<br/>         Qui virtutis et salutis<br/>         Dona praestat largiter.<br/>         Per quem tanta scripsi, quanta<br/>         Malchus egit fortiter.</p> | <p>6. Illum ferae servavere,<br/>         Nam paganos ocios<br/>         Invaserunt et straverunt,<br/>         Malchus stabat medius<br/>         Ista videns et confidens,<br/>         Adhuc tamen dubius.</p>       |
| <p>3. Plurimorum laudes, quorum<br/>         Deus est laus, contuli,<br/>         Ad extremum verba demum<br/>         In captivum appuli,<br/>         Vita cuius non est huius,<br/>         Qui nunc vivit, populi.</p>     | <p>7. Cui bona inter dona<br/>         Tum per innocentiam<br/>         Spes manebat et gaudebat<br/>         Tum per Dei gratiam,<br/>         Evadendi et vivendi<br/>         Habebat fiduciam.</p>                  |
| <p>4. Non peccabo, si aequabo<br/>         Sanctis huius temporis<br/>         Malchi vitam, redimitam<br/>         Omni luce decoris,<br/>         Ipsum cio corde pio,<br/>         Ut sit memor memoris.</p>                | <p>8. Quid terroris, quid amoris<br/>         Corde suo fuerit,<br/>         Cum servire et perire<br/>         Suos hostes viderit,<br/>         Se servatum et vitatum,<br/>         Nullus sermo prompserit.</p>     |

9. Quam virtutem et salutem  
Mentis suae puritas  
Illi dedit, sicut credit  
Sensus nostri parvitas,  
Causa pravis leti gravis  
Exstitit malignitas.
10. Vera fide homicidae  
Strangulati pereunt,  
Ibi stulti sunt sepulti  
Nec ad sua redeunt  
Sic iniusti, sed mox iusti  
De spelunca exeunt.
11. Unde rogo te et cogo,  
Nostri lector epodi,  
Sero, mane mecum cane  
Monachum huiusmodi,  
Retractemus et narremus  
Sui textum exodi.
12. Digno laude viro plaude,  
Mecum ede canticum,  
Verba misce, mecum disce  
Carmen istud rhythmicum,  
Lyram tange, mecum pange  
Melos panegyricum.
13. Aetas frequens et plebs sequens,  
Universi posterii  
Docti fiant, vitam sciant  
Huius nostri pueri,  
Nam benignus est et dignus  
Menti purae inseri.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 15. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — 4, 4 lue decaris A. — 4, 5 Ipsum eio A. — In B ist das Lied so abweichend, dafs es angezeigt ist, seinen vollen Text hier folgen zu lassen:

1. Suo rhythmum hunc et hymnum  
Dedicemus nomini,  
Ad honorem et amorem  
Christi tamen Domini.
2. Per quem tanta, scripsi quanta,  
Malchus egit fortiter,  
Illi detur et cantetur  
Laus et honor pariter.
3. Ergo ille sanctus mille  
Sanctis vixit sanctius,  
Cui bona inter dona  
Datur hoc excelsius
4. Dei donum, quod leonum  
Dono sospes viveret,  
Cum saevire et perire  
Suos hostes viderit.
5. Quam virtutem et salutem  
Mentis dedit puritas,  
Mortem hostis, sicut nostis,  
Sua dat iniquitas.
6. Unde rogo te et cogo,  
Nostri lector epodi,  
Sero, mane mecum cane  
Monachum huiusmodi.
7. Digna laude mecum plaude,  
Mecum ede canticum,  
Illum laudo, illi plaudo  
Carmen edens rhythmicum.

296. (10.) De quot quot et tot tot.

1. Quot sunt horae et quot morae,  
Quot annorum spatia,  
Quot sunt laudes et quot fraudes,  
Quot in caelis gaudia,  
Quot sunt visus et quot risus,  
Quot virorum studia;
2. Quot sunt montes et quot fontes  
Et quot ignes aetheris,  
Quot sunt apes et quot dapes  
Et quot aves aeris,  
Quot sunt metus et quot fletus,  
Quot labores miseris:

- |  |   |
|--|---|
| <p>3. Quot sunt lares et quot pares,<br/>         Quot per mundum flumina,<br/>         Quot sunt boves et quot oves.<br/>         Quot in pratis gramina.<br/>         Quot sunt stillae et quot villae,<br/>         Quot villarum nomina;</p> | <p>7. Quot sunt patres et quot matres<br/>         Et quot matrum pueri,<br/>         Quot sunt rogi et quot logi,<br/>         Quot metrorum numeri,<br/>         Quot sunt poenae, quot catenae,<br/>         Quot in orco miseri;</p>  |
| <p>4. Quot sunt leges et quot greges<br/>         Et quot frondes arborum,<br/>         Quot sunt valles et quot calles<br/>         Et quot umbrae nemorum.<br/>         Quot sunt manes et quot canes<br/>         Et momenta temporum:</p>    | <p>8. Quot sunt mores, quot colores<br/>         Et quot rerum species,<br/>         Quot sunt vites et quot lites,<br/>         Quot bellorum acies,<br/>         Quot sunt mortes et quot sortes,<br/>         Quot malorum rabies:</p> |
| <p>5. Quot sunt formae et quot normae,<br/>         Quot in terris homines,<br/>         Quot sunt luctus et quot fluctus,<br/>         Quot in mari turbines.<br/>         Quot sunt grues et quot sues<br/>         Et quot vitae ordines:</p> | <p>9. Tot honores, tot favores<br/>         Et tot laudum titulos<br/>         Malcho demus et cantemus<br/>         Dulces illi modulos,<br/>         Qui ut bonus sic patronus<br/>         Nos agnoscat famulos.</p>                   |
| <p>6. Quot sunt stellae et quot velle,<br/>         Quot in castris milites,<br/>         Quot sunt rura et quot iura,<br/>         Quot in orbe divites.<br/>         Quot sunt fures et quot mures,<br/>         Quot in agris limites;</p>    | <p>10. Voce rauca scripsi pauca;<br/>         Malche, grata sumito<br/>         Meque Deo gratum meo<br/>         Tua prece facito.<br/>         Hic consisto, versu isto<br/>         Malchi carmen limito.</p>                          |
11. Alpha Deus initium,  
 Ω sit finis et praemium.

Collect. ms. Tegurinum saec. 12. Clm. Monacen. 18580. A. — Collect. ms. Roffense saec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. B. — 1, 3 fraudes et quot laudes B. — 4, 3 calles et quot valles B. — 9, 1 Quot honores tot A. — Außer diesen Abweichungen fehlen in B von allen Strophen die fünfte und sechste Zeile: ebenso 11, 1 sq. Aufschrift in B: Comparatio.

297. (11.) **Homo de Terra.**

- Quid tibi pendenti loquar et pro me morienti?  
 Quid loquar aut edam? stupeo magnalia quaedam,  
 Mens hebet et cordis, sua lux fugit, horrida sordis,  
 Efficior mutus, feror in lacrimis resolutus.
- 5 Non habeo mentem, qua te videam morientem.  
 Intueor lignum, clavos pretiumque benignum  
 Et lateris rivum, qui diluit omne nocivum.

- Penso meam causam, numeroſo crimine elauſam,  
Nec ſpes ulla manet, niſi me tua paſſio ſanet.  
10 Dignus eram poenis, cruce, flammis. morte, catenis.  
Et quaſi ſub cultro poſitum me ſurripis ultro.  
O pietas Chriſti, quid in hoc fieri voluisti?  
Dum pro me moreris, me vivere velle videris.  
Quas referam grates, quae dona per has bonitatis?  
15 Cordis vota boni tua ſint libamina doni.

Collect. ms. Roffenſe ſaec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40. — 13,  
me velle vivere videris Hs. —

298. (12.) Chriſtus de Cruce.

- Quid contemplanis? morior, ne tu moriaris.  
Tactus amore pio pia pro te victima fio.  
Mortis ut exortem faciam te, ſuffero mortem,  
Probra crucis tolero, tua dum luera, non mea, quaero.  
5 Huius agone crucis tibi comparo gaudia lucis.  
Scilicet iſtud ago. mea ne moriatur imago.  
Tota ſalus hominis meus eſt in hac cruce finis.  
Mortem morte gravi, dum pro te ſuffero, ſtravi,  
Sanguine quaesitam mortalibus erogo vitam,  
10 Robora conſcendi crucifixus ibique pependi.  
Grates ergo bonas et praemia digna reponas.  
Ne ſis ingratus mihi, cuius eſ arte piatus.  
Haec niſi magna ſatis ſunt dona meae pietatis,  
Addo tuus Ieſus fio tibi potus et eſus,  
15 Suaviter appositae bibe, mande cibaria vitae.

Collect. ms. Roffenſe ſaec. 12. Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 40.

## Marbodus.

Episcopus Redonensis,

† 1123.

Marbod, neben Hildebert von Lavardin und Baudry de Bourgeuil eine der gefeiertsten literarischen Gröfßen des 11. Jahrhunderts, erblickte das Licht der Welt um das Jahr 1035 zu Angers, wo sein Vater Robert, nach seinen urkundlich beglaubigten Beinamen Pellicarius und Paramentarius zu schliefsen, ein Pelzhändler, das Haupt einer zahlreichen und angesehenen Familie war. Seine ersten Studien machte Marbod in den Schulen der Vaterstadt unter der Leitung Rainalds, eines Schülers Fulberts von Chartres. Mit Recht, schreibt er in der Vita Maurilii II, 3 ff., besinge ich diesen, den Patron von Angers,

Scilicet a puero proprio quem iungere clero  
Dignatus, pavit iuvenemque docendo levavit.

Später übte er ebenda die erste Lehrtätigkeit aus, welche solchen Beifall fand, daß ihn Bischof Eusebius Bruno 1067 an die Spitze aller Schulen der Stadt berief. Nachmals finden wir ihn mit der Würde des Erzdiakons bekleidet. Diesen Titel führte er, als ihn 1096 Urban II. zu Tours zum Bischofe von Rennes ernannte. Als nach der Resignierung Gottfrieds von Angers Zwistigkeiten bezüglich der Wiederbesetzung des Stuhles Klerus und Volk in zwei Parteien spaltete, trat Marbod mit Entschiedenheit für den jugendlichen Rainald von Martigné, einen seiner ehemaligen Schüler ein, wurde aber wegen dieser seiner Parteinahme von den Gegnern Rainalds, wie es hiefs, auf Anstiften Gottfrieds von Vendôme gefangen und eine Zeit lang in Haft gehalten. Nachdem Rainalds Wahl durchgedrungen, geriet er mit diesem selbst in Zwistigkeiten, da derselbe ihn aller Pfründen beraubte, die er auch als Bischof von Rennes noch in der Heimatdiözese besafs, und erst 1108 kam eine Aussöhnung der Prälaten zustande. Im Jahre 1104 auf dem Konzil von Tours anwesend, verwaltete Marbod 1109 während einer Romreise Rainalds auch dessen Diözese. Gegen Ende seines Lebens zog er sich, achtundachtzig Jahre alt, in das Kloster Saint-Aubin zurück und starb daselbst den 11. September 1123. Vgl. Ernault, Marbode évêque de Rennes. Sa vie et ses œuvres. Rennes 1889. (Bulletin et Mémoires de la société archéologique du département Ille-et-Vilaine. Tome XX, II).

Marbods Gedichte, unter denen sich nur wenige hymnische oder hymnenverwandte Dichtungen finden, liegen uns in der Ausgabe von Beaugendre (Paris 1708) vor. Bei der durch Hauréaus Untersuchungen über Hildebert erschütterten Zuverlässigkeit dieses Herausgebers ist es von Wichtigkeit, zu erfahren, dafs er in wesentlichen Dingen, namentlich aber bezüglich der Hymnen, ganz auf der Editio princeps der Werke Marbods fußt. Diese hat den Titel: „*Incipit liber Marbodi, quondam nominatissimi | praesulis Redonensis etc.* — Colophon: „*Impressum Redonis . . . impensis reverentissimi . . . Domini | Yvonis | Dei gratia Redouensis episcopi . . .* || *per Ioannem Baudouyn, primum et unicum chalcographum . . . . . finitque die sabbati, vigesima prima mensis Maii | anno Domini millesimo quingentesimo*



*vicesimo quarto.*<sup>6</sup> Vgl. Brunet III, 1391 sq.; Panzer VIII, 244; Grässe IV, 379 sq. Das Werk ist in kl. 4<sup>o</sup> mit gotischen Typen auf unpaginiertem Papier gedruckt; es enthält folgende Gedichte:

- Fol. 2b. Maria mater Domini — De s. Maria Magdalena.  
 „ Omnes immundi currite — De s. Maria Magdalena.  
 „ Peccatrix quaedam femina — De s. Maria Magdalena.  
 „ Aniversae [sic] creaturae — Oratio ad Patrem.  
 Fol. 3a. Iesu Christe, Deus noster — Oratio ad Filium.  
 „ Cum recordor, quanta cura — Oratio ad Deum.  
 „ O sancta virgo virginum — Oratio ad s. Mariam.  
 Fol. 3b. Cum sacerdotum celebrant — De sacerdotibus.

Eine zweite Serie von sechs Gedichten findet sich zwischen der Vita b. Maurilii und dem Liber de Lapidibus eingeschoben:

- Fol. 25a. Stella maris, quae sola paris — Oratio ad matrem Domini.  
 „ Missus ad egregiam tulit — De annuntiatione Domini.  
 Fol. 25b. Inter festa Dei micat huius — De epiphania.  
 Fol. 26a. Scribere delectat rem, quae — De ypapanti Domini.  
 „ Destructor mortis vitaeque — Triumphus Christi.  
 Fol. 26b. Confessor vel laus stat primus — De XII patriarchis.

Bei der Seltenheit dieser Ausgabe, die schon zu Beaugendres Zeit zu den libri rarissimi gehörte, wollte ich diese Angaben, die ich Henri Omont danke, nicht unerwähnt lassen. Die vier letzten Gedichte habe ich im folgenden nicht aufgenommen, weil sie der didaktischen Poesie angehören, nicht der hymnischen.

Hält man mit Ernault und Ferry (De Marbodi, Redonensis episcopi, vita et carminibus, Nemausi 1877) die Antorschaft Marbods bezüglich des Lapidarius aufrecht, so kann ihm doch der Hymnus Cives caelestis patriae (Beaugendre col. 1679) nicht zugeschrieben werden. Sein Vorkommen im Hymnar von Moissac (Anal. II, 97) schließt Marbod aus, dem das Gedicht wohl nur wegen der Berührung mit dem Inhalte des Lapidarius beigelegt ward.

### 299. (1.) Oratio Marbodi Episcopi.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Sancti Felix et Adaucte,<br/>pretiosi martyres,<br/>Qui per fidem superastis<br/>saevos mundi principes.</p> <p>2. Impetrate mihi vestro<br/>peccatorum veniam,<br/>Qui soletis siti<br/>terrae dare pluviam.</p> <p>3. Vidi bis, cum siccitate<br/>morentur segetes,<br/>Arva finderentur siti.<br/>desperarent homines.</p> <p>4. Postquam vestra sacrosancta<br/>sunt prolata pignora.<br/>Statim venit de supernis<br/>exoptata pluvia.</p> | <p>5. Rursum vidi, dum natarent<br/>arva magnis imbribus.<br/>Premerentur curvae messes<br/>nocivis grandinibus.</p> <p>6. Postquam vestras sacrosanctas<br/>promsimus reliquias,<br/>Statim fulsit impetrata<br/>caelitus serenitas.</p> <p>7. Vos habetis potestatem<br/>caeli portas claudere.<br/>Rursus inde, quando vultis,<br/>largas imbres fundere.</p> <p>8. Irrigate, quaeso. meam<br/>sipientem animam.<br/>Non per imbrem, sed per illam,<br/>quae me mundet, gratiam.</p> |
|---|---|

9. Vobis meus deservivit  
 qualiscunque calamus.  
 Per vos mundi conservator  
 mihi sit propitius.

Comment. Bibl. ms. saec. 11. Cod. Rotomagen. 148 (A 202). add. saec. 12. A. — Beaugendre col. 1546 B. — Diese Oratio folgt auf die Vita rhythmica der beiden Märtyrer. Sie ist also wie diese in Angers, mithin vor 1096. geschrieben; denn die Reliquien dieser Heiligen, von deren Tragen im Bittgange diese Oratio redet, befanden sich in Angers. Cfr. Acta SS. Aug. VI. 547. n. 9.

Dies Gebet, das an den Schluß einer vita metrica der beiden Märtyrer angefügt ist, die allgemein für authentisch angesehen wird, ist für uns deshalb von Wichtigkeit, weil es wie die Vita den Nachweis erbringt, daß Marbod es sich bei reimenden trochäischen Tetrametern mit dem stumpfen Reime, mit der sogenannten Assonanz genügen liefs.

303. (2.) De Annuntiatione B. Mariae.

- Missus ad egregiam Gabriel tulit ista Mariam:  
 Innuba semper, ave, flos pulcher olensque suave,  
 Christum ventre feres, benedicta super mulieres,  
 Solus erit salvus, tua quem salvaverit alvus.
- 5 Ex te nascetur, qui scepra David moderetur.  
 De fructu cuius spes geminis exiet huius,  
 Nunc et in aeternum geret hic diadema paternum,  
 Iesus erit dictus, super omnia rex benedictus.  
 O felix fructus ventens in gaudia luctus,
- 10 O germen sanctum, neque tale fuit neque tantum!  
 Talibus auditis reddit virguncula mitis:  
 Quomodo concipiam vel mater quomodo nam,  
 Quae, sicut vovi, neque nosco virum neque novi?  
 Corruptes artus sequitur conceptio partus;
- 15 Quae coitum nescit, venter suus unde tumescit?  
 Virgine sic fata vox est divina relata:  
 Progenies Iesse, Deus est qui sic iubet esse,  
 Quique iubens esse facit esse iubendo necesse.  
 Spiritus aeternus tibi, casta, favorque paternus
- 20 Intus obumbrabit ventremque tuum gravidabit,  
 Filius ipse Dei, noctis sator atque diei.  
 Rector caelorum, Deus et dominus dominoram,  
 Naturae geminae, sine principio, sine fine,  
 Ultimus et primus, longus, brevis, altus et imus,
- 25 Parvulus et magnus, magnus leo, parvulus agnus,  
 Ex te mortalis, qualis pater, ex patre talis.  
 Et tu, stella maris, miseris eris auxiliatrix,  
 Spes peccatorum, regina beata polorum,  
 In terris totis pia, sancta vocabere votis.

- 30 Iustitiae solis genetrix sine semine prolis.  
 Neu dubitare velis exemplo facta fidelis,  
 Helisabeth sterili datus est in ventre senili  
 De marcente viro magnus puer ordine miro.  
 Lacte tumens pectus iam discit habere senectus,
- 35 Pignore gaudet anus, gaudet quoque pignore canus.  
 Partus cognatae minor est et discrepat a te;  
 Iudex et praeco nec pondere penditur aequo.  
 Sed tamen et similem servi probat actus herilem.  
 Si sterilis gravis est, si virgo puerpera visa est.
- 40 Unam qui credit, non hunc res altera laedit.  
 Hinc firmato fidem, duo mira Deus facit idem.  
 Credula respondit: Qui per te tanta sponpondit,  
 Ut salvet mundum, mihi det tua verba secundum.

Collect. ms. S. Gatiani Turonen. saec. 12. Cod. Turonen. 890. A. —  
 Collect. ms. Augustin. Tolosan. saec. 13. Cod. Tolosan. 871. B. — Collect.  
 ms. Tongerloense saec. 13. Cod. Bruxellen. 3185 (7797–806). C. — Beaugendre  
 col. 1567. D. — 3 mente feres B. — 7 gerit D. — 10 tale fecit neque B. —  
 11 fatur virguncula D. — 19 tibi castae. — 31 Nec dubitare B; velis verbo  
 iam facta D. — 38 tamen ut similem D. — 40 non habet res altera D. —  
 41 facit Deus D.

### 301. (3) Oratio paenitentis saepe lapsi

- Me miserum! quid agam? porto sub pectore plagam.  
 Plagam peccati foetentis et inveterati,  
 Tamquam si portem sub eodem pectore mortem.  
 Quam quotiens lavi, quotiens emplastra ligavi,
- 5 A corruptela totiens est victa medela.  
 Mille ligaturas admovi nil valituras,  
 Semper rupta cutis, semper via nulla salutis.  
 Hinc totis horis mens est mea plena timoris,  
 Nam formidat ita subito discedere vita
- 10 Et flammis horret, quibus ultio crimina torret,  
 Flammis aeternas infernalesque cavernas.  
 Cum tamen haec meditor, frustra consurgere nitor,  
 Haerens quippe luto prae consuetudine nuto.  
 In tot et in tantis violavi iussa tonantis,
- 15 Quod prope despero meliorari, quia sero.  
 Sed quamvis sero, tamen adiutoria quaero,  
 Non humana quidem, nam sunt mihi cognita pridem;  
 Sola divina sum salvandus medicina.  
 Ad te suspiro, caeli non subdite gyro,
- 20 Summe sacerdotum, tibi defero debile votum.

- Dextera salvatrix. fac, haereat ista cicatrix.  
 Nec renovet sulcum, sicut solet, ulcus hiulcum.  
 Christe, Dei verbum. qui despicias omne superbum,  
 Exaltas humiles, tollis de pulvere viles,
- 25 Plasmator rerum, lumen de lumine verum,  
 Huc adhibeto manus, ut fecit Samaritanus,  
 Ablue divino saniem cum sanguine vino  
 Et, donec vivo, perfundito vulnus olivo.  
 Ut vino lotum saneturque unguine fotum.
- 30 Et, maior caelo, tibi, quod dolet, omne revelo,  
 Culpas agnosco, laxari debita posco.  
 Spernere me noli, quia peccavi tibi soli,  
 Nec me trade neci, quia coram te mala feci.  
 Mundi salvator nostraeque salutis amator,
- 35 Per cuius nutum replet facundia mutum,  
 Per cuius numen recipit caecatio lumen,  
 Ex oculis cordis mihi tolle. quod est ibi sordis,  
 Et linguam mutam fac ad bona verba solutam.  
 Languida qui sanas, cava reple, aspera planas.
- 40 Rectificas tortum, mortem convertis ad ortum,  
 His aliisque malis pleno mihi sis venialis.  
 Virgo parens Christi, placa mihi, quem genuisti,  
 Audi, care Deo, qui natus es ex Zebedeo,  
 Exora pro me. Petre, nobilis incola Romae.
- 45 Et tu, Paule sacer, vir spiritualis et acer,  
 Omnes electi. Dominum prece cogite flecti.

Collect. ms. S. Gatiani Turonen. saec. 12. Cod. Turonen. 890. A. —  
 Collect. ms. S. Mariae de Prato saec. 12. Cod. Bernen. 710. B. — Collect.  
 ms. Floriacense saec. 12. [13. et 14.] Cod. Bernen 702. C. — Collect. ms.  
 Voraviense saec. 12/13. Cod. Voravien. 33 (111). D. — Collect. ms. Fürsten-  
 feldense saec. 13. Clm. Monacen. 6911. E. — Beaugendre col. 1574. F.

4. Nam C. — 5 fehlt B. — 6 admovi ut valituras D. — 7 rupta captis  
 C. — 8 In totis B; Omnibus hanc horis E; horis cum mens mea plena F. —  
 9 fehlt B; decedere F. — 11 fehlt B. — 12 Cum tamen hoc B. — 13 prae  
 consuetudine mitto C; nitor D. — 14 sq. fehlen B. — 15 Quot B; quod  
 pene F; quoque sero DE. — Nach 16 schieben BC ein:

Filius est irae, qui vult impune perire,  
 Ast impune perit, qui non sibi congrua quaerit,  
 Ergo, licet sero, tamen adiutoria quaero.

17. non sunt nisi cognita E. — 19 fehlt B. — 20 debile totum C. —  
 21 fac fiat plaga cicatrix C: fac ut abeat ista D. — 22 Nec removet sulcum,  
 sicut movet ulcus in ulcum D; Nec renovet sulcum, sicut movet ulcus inulcum.  
 E. — 23 esse superbum C. — 26 Hic adhibeto F; Hunc adhibeto E. — 27  
 divino famem F. — 28. Atque redivivo perfundito BC. — 29. sanetur et  
 unguine BC. — 36 fehlt BC. — 37 Visum restaura, quia vitiet omnia bona  
 F. — 44 Petre urbis incola D. — 46 Dominum mihi cogite BC. — De  
 paenitentia versus D. — Vgl. über die Echtheit dieses Stückes Hauréau, Des  
 Poèmes Latins attribués à Saint Bernard p. 20.

302. (4.) *Oratio ad Matrem Domini.*

- Stella maris, quae sola paris sine coniuge prolem,  
 Iustitiae clarum specie super omnia solem,  
 Gemma decens, rosa nata recens, perfecta decore,  
 Mella cavis inclusa favis imitata sapore
- 5 Omnimodos tuus almus odos praecellit odores,  
 Exsuperat, quos ver reserat, tua gratia flores.  
 Corporeus te, casta, Deus conceptus inundat,  
 Exoriens, passus, moriens nos crimine mundat.  
 Ut miseros trahat ad superos, venit altus ad ima,
- 10 Eripitur, dum mors moritur, plasmatio prima.  
 Eximium fuit hoc nimium tibi, sancta virago,  
 Virgineum quod per gremium patris exit imago.  
 Amplexus solet hic sexus sentire pudendos,  
 Ut paribus de seminibus queat edere flendos.
- 15 Tu vero praegnans utero servansque pudorem  
 Producis Dominum lucis vitaeque datorem.  
 Luciferi mater pueri, te mundus adorat.  
 Te precibus, te carminibus devotus adorat.  
 Post Dominum tu spes hominum, quos conscia mordet
- 20 Mens sceleris, quae per Veneris contagia sordet.  
 Supplicium post iudicium removeto gehennae,  
 Elisios concede pios habitare perenne.

Collectan. ms. saec. 13. Cod. Oxonien. Digby 65 A. — Beauwendre 1559 sq. B. — 4 mutata sapore B. — 5 bis 16 fehlen A. — 18 honorat B. — 19 quo conscia B. — 22 Elisios habitare pios concede perenne B. — Au dies Gedicht ist in der Oxforder Hs. ohne Absatz an das Carmen Petri Pictoris angehängt „Esse, quod est ex se, Deus est“ etc. Zu der Anrede „casta“ (v. 7) vgl. Nr. 2. 19.

303. (5.) *Oratio pro fidelibus defunctis.*

- Christus, rex magnus atque Dei patris agnus,  
 Qui ligno fixum se morti tradidit ipsum,  
 Ob nostros actus placabilis hostia factus,  
 Ante suum letum fel praegustans vel acetum,
- 5 Ut nos eriperet, quos vis inimica teneret,  
 Arbore pro quadam, quam perfidus attigit Adam  
 Per deceptorem vetitum gustando saporem,  
 Unde fuit dignum pro ligno ponere lignum,  
 Sicque fuit iustum pro gustu ponere gustum.

- 10 Hic tandem medicus, cui subditus est inimicus  
Et mors et morbus et frigus et ardor et oreus,  
Huic, cui vos vultis, prosit reliquisque sepultis.

Collect. ms. S. Gatiani Turonen. saec. 12. Cod. Turonen. 890. A. —  
Collect. ms. S. Albini Andegaven. saec. 12. Cod. Andegaven. 303 (294). B. —  
Collect. ms. Andegavense saec. [11. et] 13. Cod. Andegaven. 287 (276). C. —  
Beaugendre col. 1578. D.

394. (6.) *Oratio ad Patrem.*

- |    |  |    |  |
|----|--|----|--|
| 1  | Universae creaturae<br>Dominator increate.<br>Rerum motus principalis,<br>Beatus et immortalis.  |    | Et amantem disciplinam<br>Et cum sanitate mentis<br>Incolumitatem carnis.<br>Tu plasmator utriusque,   |
| 5  | Virtus una, splendor unus,<br>In quo non est plus et minus;<br>Unus Deus, tres personae,<br>Trinum nomen, unum esse;<br>Qui de limo primum patrem      | 30 | Da, quod competit utrique.<br>Ad peccandum proni sumus<br>Et ad humum redit humus;<br>Tu ruinam nostram fulci<br>Pietate tua dulci.              |
| 10 | Et de patre primam matrem,<br>Consequenter ex duobus<br>Propagasti totum genus.<br>Quibus et de caelo mentes<br>Inspirasti descendentes.               | 35 | Quid est homo, proles Adae,<br>Germen necis dignum clade?<br>Quid est homo nisi vermis,<br>Res infirma, res inermis?<br>Ne digneris huic irasci. |
| 15 | Ut sequenda nosse possent<br>Sequerentur et, quae nossent.<br>Praesta mihi, Deus meus,<br>Factor et refector meus,<br>Ut mens ortus sui memor          | 40 | Qui non potest mundus nasci,<br>Noli, Deus, hunc damnare,<br>Qui non potest non peccare.<br>Judicare non est aequum<br>Creaturam, non est tecum. |
| 20 | Te sequatur, bone ductor,<br>Et sic eurrat libens post te,<br>Ut et corpus trahat post se.<br>In mandatis tuis vadat<br>Sic, ut nunquam prorsus cadat. | 45 | Non est miser homo tanti,<br>Ut respondeat tonanti.<br>Sicut umbra, sicut fumus,<br>Sicut foenum facti sumus,<br>Miserere, Deus trine,           |
| 25 | Peto ergo mentem sanam   | 50 | Miserere, miserere.  |

Beaugendre col. 1557 sq. — 38 Res infima. — 44 non est mecum. —  
Dieses und das folgende Gedicht stehen wohl augenscheinlich in einem gewissen Zusammenhange mit Hildeberts *Oratio ad ss. Trinitatem*. Was abhält, diese Dichtungen ohne weiteres als Erzeugnisse Marbods anzusehen, ist die Tatsache, daß der Reim (hier der weibliche) unvergleichlich nachlässiger gehandhabt ist, als es in Marbods Hexametern der Fall ist. Ist der Inhalt seiner nicht unwürdig, die Form möchte man ihm nicht zutrauen. Indes ist andererseits zu beachten daß wir auch bei Marbods Zeitgenossen Gottfried von Vendôme auf ähnliche Nonbalance stoßen, die dieser jedenfalls leicht in der Lage gewesen wäre zu vermeiden; ich erinnere an Reime wie *reo und virgo, carnem und precem* etc. Gesetzt, Marbod hätte diese Verse geschrieben, so müßten wir ihnen das Verdienst zuweisen, Hildebert zu seinen unsterblichen Trochäen veranlaßt zu haben.

## 305. (7.) Oratio ad Filium.

- |    |  |    |  |
|----|--|----|--|
| 1  | Jesu Christe, Deus noster,<br>Bone pastor et magister,<br>Qui cum esses forma Dei<br>Coaequalis patris tui,                            |    | Sicut ipse docens mones,<br>Ut et lumbos praecingamus<br>Et lucernas teneamus.   |
| 5  | Propter hominum salutem<br>Induisti carnis vestem<br>Et de ventre virginali<br>Tamquam sponsus processisti.<br>Sic in carnis vetustate | 40 | Quas appellas regnum Dei,<br>Da, quod iubes, ut quaeramus,<br>Et sic iube, quod agamus.<br>Inter cuncta, quae requiro,<br>Unum est, ad quod suspiro, |
| 10 | Conversatus sine labe,<br>Ut et opus adimpleres<br>Et exemplum nobis dares;<br>Opus, inquam, pietatis,<br>Superans affectum mentis.    | 45 | Quod exposco speciatim.<br>Hoc et posco nominatim,<br>Contra carnis corruptelam<br>A te flagito medelam.<br>Propter tuam pietatem                    |
| 15 | Contumeliis vexatus<br>Et in crucem sublevatus<br>Generalis mortis iura<br>Destruxisti morte tua.<br>Dormivisti, surrexisti,           | 50 | Dona mihi castitatem<br>Et me ipsum et te nosse,<br>Sicut est humana posse.<br>His, ex quibus voluisti<br>Me secundum carnem nasci,                  |
| 20 | Super caelos ascendisti.<br>Inde venies in fine,<br>Quae fecisti, iudicare,<br>Redditurus digna factis<br>Cum redditione carnis.       | 55 | Et maioribus ipsorum<br>Computatis retroversum<br>Cunctis praesta, Deus dives,<br>Vitam inter tuos cives.<br>Fratres meos et sorores                 |
| 25 | Deus-homo, Iesu Christe,<br>Miserorum, miserere;<br>Deus-homo, rex caelorum.<br>Miserere miserorum.<br>Huius fidei confessor,          | 60 | His in donis fac consortes;<br>Parentela mihi iunctos,<br>Clemens Deus, salva cunctos.<br>Omnes, qui fideles vivunt<br>Vel fideles obierunt.         |
| 30 | Licet reus et transgressor<br>Duplex, oro, Iesu Christe,<br>Nomen super nomen omne,<br>Ut peccata confitenti<br>Et virtutes anhelanti  | 65 | Sempiterna fac quiete<br>Frui sine meta metae.<br>Sit laus patri sempiterno<br>Filioque coaeterno,<br>Tibi, flamen utriusque,                        |
| 35 | Haece condones, illas dones,   | 70 | Laus sit aequa cum utroque.  |

Beaugendre col. 1558. — Vgl. das zur vorhergehenden Nummer Bemerkte.

## 306. (8.) Oratio ad sanctam Mariam.

- |    |  |    |  |
|----|--|----|--|
| 1. | O sancta virgo virginum,<br>Quae genuisti Dominum,<br>Triumphatorem saeculi,<br>Reparatorem saeculi, | 2. | Ego peccator nimium<br>A te posco remedium,<br>Esto patrona misero.<br>Satus atque defensio. |
|----|--|----|--|

- |  |  |
|--|--|
| <p>3. Incumbunt hostes undique<br/>Mortem quaerentes animae,<br/>Perversi foris homines,<br/>Intus maligni daemones.</p>   | <p>12. Me turpis cogitatio.<br/>Me pestilens locutio,<br/>Me culpa damnat operum,<br/>Me nequitas consensuum.</p>            |
| <p>4. Iam mihi multa vulnera<br/>Inflicta sunt. o domina.<br/>Quae, nisi tu curaveris.<br/>Sunt mihi causa funeris.</p>    | <p>13. Haec tibi nunc confietor,<br/>O cunctis sanctis sanctior,<br/>Tu causam meam suscipe,<br/>Tu dignum poenis eripe.</p> |
| <p>5. Consensi suadentibus<br/>Mortale crimen hostibus<br/>Et ob hoc reus teneor,<br/>Culpam meam confiteor.</p>           | <p>14. Exora tuum filium,<br/>Ut mihi det remedium,<br/>Ex tua carne genitus<br/>Favebit tuis precibus</p>                   |
| <p>6. Nam quinque sensus corporis<br/>Effeci portas criminis,<br/>Pulchra videndo cupiens,<br/>Lene tangendo diligens.</p> | <p>15. Et matri, quae se peperit,<br/>Negare nihil poterit.<br/>Per eius natalitium.<br/>Per ipsius ieiunium,</p>            |
| <p>7. Audivi libens turpia.<br/>Narravi gaudens frivola.<br/>Nares replivi saepius<br/>Illicitis odoribus.</p>             | <p>16. Per asperas iniurias,<br/>Flagella, sputa, alapas.<br/>Quae sponte sua pertulit,<br/>Qui se pro suis obtulit,</p>     |
| <p>8. Esu potuque dulcium<br/>Sum delectatus nimium,<br/>Peccavi per superbiam<br/>Et per inanem gloriam.</p>              | <p>17. Et per vestem coccineam.<br/>Et per coronam spineam,<br/>Per clavos, per patibulum,<br/>Per cicatrices vulnerum.</p>  |
| <p>9. Pollutus sum periurio,<br/>Contaminatus odio,<br/>Per iniquum mendacium<br/>Fefelli saepe proximum</p>               | <p>18. Per aperturam lateris,<br/>Per rivum sacri sanguinis.<br/>Per sanctam eucharistiam<br/>Et per baptismi gratiam,</p>   |
| <p>10. Et de rapinis pauperum<br/>Collegi lucrum pessimum.<br/>Irae et avaritiae<br/>Servivi quasi dominae.</p>            | <p>19. Per sacramenta fidei.<br/>Quae corde credens didici,<br/>Imploro te, piissima,<br/>Pro impetranda venia,</p>          |
| <p>11. In corpore et anima<br/>Commisi cuncta scelera,<br/>Nam, corpus quod non potuit,<br/>Mens perpetrare voluit.</p>    | <p>20. Ut mihi Christi passio<br/>Culparum sit remissio<br/>Et eius resurrectio<br/>Virtutum augmentatio.</p>                |

Collect. ms. S. Jacobi in Insula Leodii saec. 13 14. Cod. Darmstadien. 2777. A. — Pass. et Orat. ms. Emmeramense saec. 14. in. Clm. Monacem. 14528. B. — Orat. ms. Lambacense saec. 14. Cod. Lambacen. CLXXXVI. C. — Collect. ms. incerti orig. saec. 15. Cod. Oxonien. Canon. Scriptt. eccl. 117. D. — Orat. ms. Herculis ducis Ferrarien. saec. 15. Cod. Marcian. L II 60.



E. — Collect. ms. Hospitalense saec. 15. Cod. Vindobonen. 4347. F. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. G. — Scala caeli saec. 14. Cod. Pragen. XIII E 3. H. — Collect. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. b VI 3. I. — Collect. ms. Augiense saec. <sup>14</sup> 15. Cod. Carlsruhan. Aug. 36. K. — Collect. ms. Franciscan. Parisien. saec. <sup>15</sup> 16. Cod. Parisin. 3659. L. — Orat. ms Gallicum saec. 15. Cod. Hagen. AA 175. M. — Horae B. M. V. ad usum Cisterciensem imp. s. l. et a. (1497.) N. — Opera Marbodi 1524. fol. 3. (ap. Beaugendre 1559) O.

1. 1 Sancta virgo virginum C; Ave, regina virginum E; Maria, virgo virginum F. — 1, 2 peperisti F. — 1, 3 Trium factorem cubulli D. — 2, 1 Ego peccavi nimium BCEL. — 2, 2 peto O. — 2, 3 patrona devio B. — 2, 3 sq. fehlen F. — 2, 4 Et salus et defensio O. — 3, 1 Me gravant hostes CGF. — 3, 3 Adversi foris H; Foris perversi BCE. — 4, 1 Nam mihi CF. — 4, 2 Influxire, o domina C. — 4, 3 Quae tu nisi EFL. — 4, 4 Sint C. — 5, 1 heu, suadentibus EF. — 5, 2 Mortale E. — 5, 3 Et fehlt D; Et ob id E; Ob hocque reus I; In hoc reus videor G. — 5, 4 Meam culpam D. — 6, 2 Portas effeci H; Effecti portae criminum O. — 6, 3 videndo diligens BG. — 6, 4 Leve C; Lena I; Levia G; tangendo cupiens BG. — 7, 4 In illicitis D. — 8, 1 Esuque potu dulcium H. — 8, 4 Et per vanam gloriam D — 9, 2 otio O. — 9, 3 saepe fehlt O. — 10 sq. fehlen H; später zugefügt B. — 10, 1 Et de substantia pauperum EGI; De substantia C. — 10, 2 Sum male usus plurimum BG; Collegi censum plurimum CL. — 10, 1 et fehlt G; vel avaritiae O; ira et avaritia E. — 10, 1 sq. und 3 sq. umgestellt D. — 10, 2 Feci lucrum D. — 10, 4 quasi fehlt H; Servivi et luxuriae BCDI; et superbiae F. — 11, 1 vel anima O; et in anima F. — 11, 2 multa scelera CDEGL; cuncta crimina H; multa crimina F. — 11, 3 Nam quae corpus GL; non valuit L. — 11, 4 studuit F. — Str. 12 fehlt H; später zugefügt B. — 12, 2 pestilis D; Me pestilens accusat locutio G. — 12, 3 culpa damnant F. — 12, 4 Me iniquitas BC; Iniquitas consensuum G; Me pravitas consensuum F; nequitas consciorum O. — Nach Str. 12 schiebt D ein:

Peccavi per malitiam,  
Quandoque per miseriam.  
Nec possum de me surgere  
Tanto depressus pondere.

Diese Str. ist spätere Zutat, wie der Reim zeigt. — 13, 1 Hoc tibi F; tibi fehlt D. — 13, 2 O fehlt BD; In cunctis sanctis sanctior F; Quae cunctis exstas sanctior G. — 13, 4 Et dignum CEFL; Me dignum DG; erue D. — Nach Str. 13 schiebt D ein:

Tuis beatis labiis  
Et dedicatis meritis.

14, 1 Exoro C; Exora pro me filium F. — 14, 2 Ut det mihi BEFGHL. — 14, 3 Ex carne tua H. — 14, 4 Tuis favebit CEFL. — 15, 1 quae te peperit D; quae se genuit CG; Matri, quae Iesum peperit L. — 15, 2 Nihil negare BDFL. — 15, 4 Et per ipse D; Et per eius G. — 16, 2 Flagella, sputa CH; et alapas BD. — 16, 3 Quas BEO. — 16, 3 Cum se pro F; Dum se pro C. — 17, 1 Et fehlt BFH; Per chlamydem CGI. — 17, 2 Et fehlt CH. — 17, 4 Et per mortis supplicium F; Per mortis supplicium C; Et mortis per supplicium I. — 18, 2 rivos BF. — 18, 4 Et fehlt CH. — 19, 2 Quae credendo didici C. — 19, 4 Per impetranda C; Ut mihi detur venia B. — 20, 1 Ut Christi mihi GH. — 20, 2 Sit culparum L; Sit de praesenti remissio E. — 20, 3 Et sua resurrectio B. — Nach 20, 3 eingeschoben: Malorum diminutio FI. — 20, 4 Et virtutum F; Et tuae ac suae pietatis optata propitiatio I. — Nach 20, 4 wird beigefügt:

E: Atque eius ascensio,  
Spiritus sancti missio.  
Tu haec mihi des gaudia,  
Cum ipso sim in gloria.

B: Laus trinitati debita.  
Honor, potestas (et) gloria  
Perenniter sit omnia  
In saeculorum saecula.

CF: Te opitulante  
 Et ipso donante  
 Domino nostro Iesu Christo,  
 Tuo dilecto filio,

in der zweiten Zeile Ipsoque praestante C, das dann noch fortführt: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus per usw.

D: Et per suam ascensionem  
 Me ducat ad visionem.

G: Et ipsius ascensio  
 Sit mihi consolacio.

### 397. (10.) De sancta Maria Magdalena.

Ad Vesperas.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Peccatrix quondam femina,<br/>         Ecclesiae notissima,<br/>         Exuta carnis onere<br/>         Caelos ascendit hodie.</p>           | <p>5. Quid vellet, voce tacuit,<br/>         Sed lacrimis exposuit.<br/>         Et osculis et crinibus<br/>         Oravit pro criminibus.</p> |
| <p>2. Huius qui colunt exitum,<br/>         Recenseant introitum<br/>         Ad laudem summi Domini,<br/>         Qui tantum praestat homini.</p>  | <p>6. Interpellavit unguine,<br/>         Cum non est ausa fame.<br/>         Dans pharisaeo scandalum,<br/>         Sed Deo sacrificium.</p>   |
| <p>3. Sedebat apud Simonem<br/>         Deus indutus hominem,<br/>         Accessit maerens languida<br/>         Ad medici vestigia.</p>           | <p>7. Ob hoc recessit omnium<br/>         Soluta nexu criminum<br/>         Christo ferente veniam,<br/>         Qui protulit sententiam.</p>   |
| <p>4. Ex magno desiderio<br/>         Processit haec praesumptio,<br/>         Ut attrectaret meretrix,<br/>         Quem tulit virgo genetrix.</p> | <p>8. Sit patri laus ingenito<br/>         Et eius unigenito<br/>         Cum spiritu paraclito<br/>         Nec nato nec ingenito.</p>         |

Brev. ms. Redonense saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 543. A. — Brev. ms. S. Albini Andegaven. saec. 15. Cod. Andegaven. 108. B. — Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani prope Turones saec. 15. Cod. Turonen. 152. C. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. D. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106. E. — Breviarium Lochense imp. Turonibus 1536 F. — Breviarium S. Albini Andegaven. imp. Andegavi 1531. G. — Brev. S. Melanii Redonen. imp. Redonis 1526. H. — Beaugendre l. c. col. 1557. I.

1, 1 Peccatrix quaedam CGI. — 1, 2 novissima H. — 2, 1 Cuius qui CI. — 7, 3 Ipso ferente I. — Vgl. Anal. XII, 167.

Dafs Marbod wirklich der Verfasser dieses und der folgenden beiden Hymnen sei, welche die editio princeps ihm zuschreibt, findet eine nicht unerhebliche Stütze in dem Umstande, dafs die Hymnen gerade in dem Kloster in Gebrauch waren, in dem Marbod seine Tage beschlofs, in Saint-Aubin zu Angers, und auch in das Brevier der Kirche zu Rennes übergingen. Der Umstand, dafs der Reim nicht zweisilbig, kann gegen Marbod nicht zeugen, spricht vielmehr für ihn. Vgl. das zu Nr. (1) Bemerkte.

308. (11.) **De sancta Maria Magdalena.**

Ad Nocturnum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Maria, mater Domini.<br/>         Maria, soror Lazari,<br/>         Duae patronae caelitus<br/>         Collatae sunt fidelibus.</p> <p>2. Impar ancilla dominae,<br/>         Sed pari fulgens nomine;<br/>         Haec forma paenitentiae,<br/>         At illa mater veniae.</p> <p>3. Est illa virgo virginum,<br/>         Sanctorum princeps omnium,<br/>         Haec peccatorum conscia<br/>         Et criminosis commoda.</p> <p>4. Maria pedes genuit,<br/>         Quos illa plorans tenuit,<br/>         Quia dilexit nimium,<br/>         Purgatur labe criminum.</p> | <p>5. Haerens humi miserrima<br/>         Complectitur vetigia,<br/>         Undas, quas fudit oculis.<br/>         Pius desiccans osculis.</p> <p>6. Accessit eius merito<br/>         Mirabilis dignatio.<br/>         Unguento nardi pistici<br/>         Perfudit caput Domini.</p> <p>7. Aequalis mundi terminis<br/>         Laus huius vivet operis,<br/>         Concurrens evangelio<br/>         Ipso testante Domino.</p> <p>8. Huic se resurgens Dominus<br/>         Manifestavit primitus,<br/>         Infamem quondam feminam<br/>         Constituens apostolam.</p> |
|--|---|
9. Sit patri laus ingenito  
 Et eius unigenito  
 Cum spiritu paraclito  
 Nec nato nec ingenito.

Brev. ms. S. Albini Andegaven. saec. 15. Cod. Andegaven. 108. A. —  
 Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani prope Turones saec. 15. Cod. Turonen.  
 152. B. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. C. —  
 Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106. D. — Breviarium  
 Lochense imp. Turonibus 1536. E. — Breviarium S. Albini Andegaven. imp.  
 Andegavi 1531. F. — Brev. S. Melanii Redonen. imp. Redonis 1522. G. —  
 Beaugendre l. c. col. 1555. sq. H.

Str. 3 fehlt F. — 5, 4 desiccat G. — Str. 7 nur in H. — 8, 1 Huic se  
 surgens E. — Vgl. Anal. XII, 167 sq. sowie das zu Nr. 10 Bemerkte.

309. (12.) **De sancta Maria Magdalena.**

Ad Laudes.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Omnes immundi, currite,<br/>         Fons patet indulgentiae,<br/>         Nullus desperet veniam,<br/>         Qui servat paenitentiam.</p> <p>2. Exemplum Dei filius<br/>         Ostendit peccatoribus,<br/>         Mariam, vas spurcitiae,<br/>         Septeno plenam daemone.</p> | <p>3. Qua quondam nulla turpior,<br/>         Qua nunc vix ulla sanctior.<br/>         Quae Christi pedes abluit.<br/>         Sed mox et caput imbuit.</p> <p>4. Abhorret Christus neminem,<br/>         Deus non spernit hominem,<br/>         Agamus illi gratias<br/>         Pias fundendo lacrimas.</p> |
|--|---|

- |  |   |
|--|---|
| <p>5. Pedes, quos nudat Dominus,<br/>Tergamus nostris crinibus,<br/>Superfluis ex opibus<br/>Ministremus pauperibus.</p> | <p>7. Peccatrix haec sanctissima<br/>Nostra propulset crimina,<br/>Eius nobis oratio<br/>Sit virtutum largitio.</p> |
| <p>6. Augebit nobis gratiam.<br/>Qui praestat indulgentiam.<br/>Ut nostra ex fragrantia<br/>Redoleat ecclesia.</p>       | <p>8. Sit laus patri ingenito<br/>Et eius unigenito<br/>Cum spiritu paraclito<br/>Nec nato nec ingenito.</p>        |

Brev. ms. Redonense saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 543. A. — Brev. ms. S. Albini Andegaven. saec. 15. Cod. Andegaven. 108. B. — Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani prope Turones saec. 15. Cod. Turonen. 152. C. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. D. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106. E. — Breviarium Lochense imp. Turonibus 1536. F. — Breviarium S. Albini Andegaven. imp. Andegavis 1531. G. — Breviarium S. Melanii Redonen. imp. Redonis 1522. H. — Beaugendre l. c. col. 1557. I.

2, 4 plenam dedecore I. — 3, 4 caput inunxit I. — Vgl. Anal. XII, 168 und das zu Nr. 10 Bemerkte.

Anerkennt man diese drei Magdalenenhymnen als das Produkt Marbods, so entsteht die Frage, ob ihm nicht auch die drei Hymnen auf den hl. Albinus, Anal. XII, Nr. 125—127 zuzuweisen sind, von denen die beiden ersten den Magdalenenhymnen nicht unähnlich, der letztere der folgenden Nr. 13 verwandt erscheinen.

### 310. (13.) Hymnus de Sacerdotibus.

Ad Laudes.

1. Dum sacerdotum celebrant fideles  
Festa sollemni veneranda cultu,  
In tuas laudes honor hic redundat,  
Summe sacerdos.
2. Cuius ex dono potuere sancti  
Saeculi fastus et opes caducas  
Ac voluptatum laqueos tenaces  
Ludificare.
3. Sed nec adversis poterant moveri  
A tuae certo fidei tenore.  
Quos futurorum rata praemiorum  
Spes animabat.
4. Unde post vitae fragiles labores  
Rite decursos patrias adepti  
Caelitus sedes solida beati  
Pace fruuntur.

5. Gloriam summam decus atque laudis  
 Rex tibi regum, deitas perennis,  
 Quidquid est rerum, celebret per omne  
 Tempus et aevum.

Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106. A. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. B. — Breviarium Andegavense imp. Andegavis 1541. C. — Beaugendre l. c. col. 1560. D.

3, 1 adversus B. — 3, 2 Adrie certi B. — 4, 2 patriae AB. — 4, 3 Caelicas sedes AB; Aetheris sedes C. — Str. 5 fehlt G. — Vgl. Anal. XIX, 29 sq.

Zugunsten der Annahme, daß dieser Hymnus, den ihm die Editio princeps zuschreibt, von Marbod verfaßt sei, spricht der Umstand, daß er in angevinischen, und nur in angevinischen Quellen vorkommt. Ist dieser Hymnus von Marbod verfaßt, dann sind es aber auch die beiden folgenden, die ich deshalb hier aus Anal. XIX, 28 sq. wiederhole.

### 311. (14.) Hymnus de Sacerdotibus.

Ad Vesperas.

1. Hi sacerdotes Domini sacri  
 Consecratores Domini fideles  
 Atque prudentes famuli fuere  
 Ecclesiarum.
2. Namque susceptae benedictionis  
 Dona servantes studuere, lumbos  
 Fortiter cincti, manibus coruscas  
 Ferre lucernas.
3. Dum clientelae Domini fatentur  
 Esse se factos humiles ministros,  
 Debitum cunctae meminere victus  
 Solvere sumptus.
4. Sicque suspensi vigilesque, quando  
 Ianuam pulsans Dominus veniret,  
 Obviaverunt cito properanti  
 Pandere limen.
5. Gloriam summam decus atque laudis  
 Rex tibi regum, deitas perennis,  
 Quidquid est rerum, celebret per omne  
 Tempus et aevum.

Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106. A. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. B. — Str. 1—3 incl. ausradiert. B. — 3, 1 fatentes A. — Mel: *Iste confessor*.

312. (15.) **De Sacerdotibus.**

Ad Matutinum.

1. Talis ac tanti meriti laborem  
Regis aeterni pietas benigna  
Munerans larga retributione  
Dulciter inquit:
2. Euge, dilecti mihi, sempiterni  
Gaudii mecum bona iam tenete,  
Rebus in paucis quia vos fideles  
Esse probavi.
3. Iam in Abrahae sinibus recepti,  
Iam suae certi solidae salutis,  
Nos adhuc carnis laqueis ligatos  
Solvere curent.
4. Gloriam summum decus atque laudis  
Rex tibi regum, deitas perennis,  
Quidquid est rerum, celebret per omne  
Tempus et aevum.

Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 106 A. — Hymn. ms. Andegavense saec. 14. Cod. Andegaven. 105. B. — 3, 1 Nam in AB. — Der Hymnus ist wohl nur ein Teil (divisio) des vorigen. Mel: *Iste confessor*.

313. (16.) **Oratio ad Deum.**

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Cum recordor, quanta cura<br/>Sum sectatus peritura<br/>Et quam dura sub censura<br/>Mors exercet sua iura.</li> <li>2. In interiori meo,<br/>Quod est parens soli Deo,<br/>Dans rugitum sicut leo,<br/>Pro peccatis meis fleo.</li> <li>3. Cum recordor transiturum<br/>Me per mortis iter durum<br/>Et, quid de me sit futurum<br/>Post examen illud purum,</li> <li>4. Mentis anxius tumultu,<br/>Quae virtutum caret cultu,<br/>Tristi corde, tristi vultu,<br/>Preces fundo cum singultu.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>5. Cum singultu preces fundo,<br/>Flecto genu, pectus tundo,<br/>Ore loquens tremebundo<br/>Ad te clamans de profundo:</li> <li>6. Iesu Christe, fili Dei,<br/>Consubstantialis ei,<sup>3</sup><br/>Factor noctis et diei,<br/>Quaeso, miserere mei.</li> <li>7. Per parentis primae morsum<br/>Lapsi sumus huc deorsum,<br/>Gravant nobis culpae dorsum,<br/>Quas commisimus seorsum.</li> <li>8. Per secundam genetricem,<br/>Saeculi reparatricem,<br/>Veterem converte vicem<br/>Corpus lavans atque psychen.</li> <li>9. Sit laus Christo, nostro patri,<br/>Sit laus suae sanctae matri,<br/>Qui nos tueantur atri<br/>A suppliciis barathri.</li> </ol> |
|---|---|

Collect. ms. S. Gatiani Turonen. saec. 12. Cod. Turonen. 890. A. — Beaugendre col. 1558 sq. B; ein zweites Mal col. 1619 sq. C. — 3, 1 Dum AC. — 5, 2 Fleso genu C. — 7, 2 Lapsus sum et hinc retrorsum B. — 7, 4 comittimus B. — 8, 4 psychen fehlt B; Sichern C. — 9, 1 Christo sit, laus patri B. — 9, 2 Sit laus et aeternae B; matri fehlt B. —

Dieses Lied, das die Editio princeps Marbod zuschreibt, wäre nach Inhalt und Form Marbods nicht unwert; es findet sich auch in einer Handschrift, die nachweislich viele Gedichte Hildeberts und Marbods enthält. Seine wohlbesagte Form steht aber in einem auffallenden Gegensatze zu der vernachlässigten von Nr. (6) und (7), so daß es schwer fällt, beide ein und demselben Autor zuzuweisen. Da aber Hildeberts Hymnus auf die Dreifaltigkeit: *Alpha et O, magne Deus* ebenso wohl besorgte Formen zeigt, wird man auch mit der Möglichkeit rechnen müssen, daß Marbod, der überhaupt in einer Zeit des Überganges lebt, die sich allmählich zu reineren rhythmischen Formen durchringt, im hohen Alter dem Fortschritte der Zeit gefolgt sei, den er in seiner Jugend nicht kannte. Es wird also seine Autorschaft nur mit Mißtrauen anzunehmen sein, um so mehr als dies Lied eine auffallende Verwandtschaft zu anderen, jüngeren Dichtungen, so zu dem Liede *Hen, ha, mala mundi vita* (Mone I, 411 ff.) und *Um revolvo toto corde* (Mone I, 413 ff.) aufweist.

## Goffridus Vindocinensis.

Abbas SS. Trinitatis et Cardinalis S. Priscae,  
† 1132.

Gottfried von Vendôme war zu Angers als Sprosse einer vornehmen Familie geboren, nennt er doch Moritz und Rainald von Craon seine Verwandten. Vermutlich war auch der Erzdiakon von Angers, Haimericus, der den Knaben aufzog, ein solcher. Noch in kindlichem Alter trat dieser in das Benediktinerkloster der heiligen Dreifaltigkeit in Vendôme, zu dessen Abte er, ungeachtet seiner Jugend, nach dem Rücktritte Bernos gewählt ward (21. Aug. 1093). Yvo von Chartres erteilte ihm die Benediktion. Schon im folgenden Jahre eilte er nach Rom, wo er dem von den Wibertisten bedrängten Papste Urban II. zu dem Besitze des Laterans und der Engelsburg zu verhelfen wußte, indem er die nötigen Summen vorschofs, die der Befehlshaber Terrucio für Übergabe derselben forderte. Der Papst bewies ihm seine Dankbarkeit dadurch, daß er dem Stifte die ihm entrissene Kirche der heiligen Prisca am Aventin und dem Abte den mit ihr verbundenen Kardinalstitel verlieh. Nach dem berühmten Konzile von Clermont, dem auch Gottfried beiwohnte, besuchte der Papst diesen in seiner Abtei (1095). Auch mit den folgenden Päpsten von Paschalis II. bis Innocenz II. blieb Gottfried in ununterbrochenem Verkehr, überstieg er doch nicht weniger als zwölfmal die Alpen, wobei er mehrfach in Gefangenschaft geriet. Im übrigen erwies er sich als ein unerschrockener und nimmermüder Vorkämpfer für die Rechte seines Klosters und mischte sich nicht selten auch in die Händel seiner geistlichen Nachbarn, so u. a. 1101 in die strittige Bischofswahl zu Angers, in der er gegen Reinald von Martigné und dessen Beschützer, Marbod von Rennes, Partei ergriff. Nachdem er noch 1131 dem Konzil von Reims beigewohnt, starb er den 26. März des folgenden Jahres zu Angers. Vgl. Gallia Christiana VIII, 1368; Compain, Etude zur Geoffroi de Vendôme, Paris 1891.

Die literarische Bedeutung Gottfrieds liegt in seinen Streitschriften (Vgl. Neues Archiv XVII, 327 ff) und seinen Briefen (Vgl. Hist. Litér. XI, 180 ff; Neues Archiv XVIII, 666 ff.) Hymnen besitzen wir von ihm nur wenige und wenig hervorragende, die aber insofern von literar-historischem Werte sind, als sie auf die Umbildung der rhythmischen Formen im ausgehenden elften und angehenden zwölften Jahrhundert Licht verbreiten. Sie sind hier nach der Ausgabe Simonds (Paris 1610) unter Angabe seiner Quellen wiederholt.



314. (1.) *Oratio ad Matrem Domini.*

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. O Maria gloriosa,<br/>Iesse proles generosa,<br/>Per quem fuit mors damnata<br/>Atque vita reparata.</p>              | <p>9. Hic, cuius est semper esse,<br/>Scit, quid mihi sit necesse;<br/>Meam scit infirmitatem,<br/>Quam sanet per pietatem.</p> |
| <p>2. Virgo semper pretiosa,<br/>Super omnes speciosa,<br/>Stella maris, caeli porta,<br/>Ex qua mundo lux est orta.</p>    | <p>10. Est haec mea infirmitas<br/>Peccatum et iniquitas,<br/>Cicatrix mei vulneris<br/>Obduratio sceleris.</p>                 |
| <p>3. Templum sacrum salvatoris,<br/>Refugium peccatoris,<br/>Mundi salus, mors peccati,<br/>Summi facta parens nati.</p>   | <p>11. Morbo peccati langueo,<br/>Qui me curet, non habeo.<br/>Sola misereri mei<br/>Potest medicina Dei.</p>                   |
| <p>4. Quae filium habes regem,<br/>Qui divinam dedit legem.<br/>Tu mater, tu sponsa Dei,<br/>Mei miserere rei.</p>          | <p>12. Peccans corde, peccans ore<br/>Recessi a creatore,<br/>Sed succurre mihi reo,<br/>Mater eius, sancta virgo.</p>          |
| <p>5. De convalle lacrimarum,<br/>Pressus mole peccatorum.<br/>Ad te clamo, virgo pia,<br/>Sis mihi dux atque via.</p>      | <p>13. Fac mihi [hunc] propitium,<br/>Quem genuisti filium,<br/>Pro me apud Iesum ora<br/>Et succurre sine mora.</p>            |
| <p>6. Quem tu, benedicta, regis,<br/>Observat praecepta legis,<br/>Deum amat, Deum credit,<br/>Numquam ab illo recedit.</p> | <p>14. Qui assumpsit ex te carnem,<br/>Exaudiet tuam precem;<br/>Nihil tibi denegabit,<br/>Quem mamilla tua pavit</p>           |
| <p>7. Rege, quaeso, me miserum,<br/>Sanctissima mulierum,<br/>Ut divinae memor legis<br/>Sim ad velle magni regis.</p>      | <p>15. Et cui inter cunabula<br/>Cara dedisti oscula:<br/>Quidquid illum petieris,<br/>Impetrare [tu] poteris.</p>              |
| <p>8. Qui per suam caritatem<br/>Praestet mihi castitatem,<br/>Ut mundus ab omni sorde<br/>Hunc diligam puro corde.</p>     | <p>16. Deus puer ex te natus<br/>Et filius nobis datus<br/>Mundet sua pietate<br/>Me omni iniquitate.</p>                       |

315. (2) **De sancta Maria Magdalena.**

Ad Vesperas.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Maria paenitentiae,<br/>         Forma lapsis, spes veniae,<br/>         Ut nos auctor bonitatis<br/>         Iam sepultos in peccatis<br/>         Resuscitet, obtine.</p> | <p>4. Haec infirma ad medicum<br/>         Venit quaerens remedium,<br/>         Prosternitur, non loquitur,<br/>         Sed lacrimis confitetur;<br/>         Sic agit negotium.</p> |
| <p>2. Ora pro peccatis nostris,<br/>         Iustificata peccatrix,<br/>         Eo mentis studio,<br/>         Quo aeterno. vivo, vero<br/>         Supplicasti Domino.</p>      | <p>5. Plenus misericordia<br/>         Dat medicus remedia,<br/>         Nulla respuit vulnera<br/>         Omnipotens medicina,<br/>         At vult cordis intima.</p>               |
| <p>3. Irrigavit te, Maria,<br/>         Christi pietatis uncta;<br/>         Qui te lavit et mundavit,<br/>         Nos abluat a peccatis<br/>         Caritatis gratia.</p>      | <p>6. Offert haec paenitentiam,<br/>         Hic confert indulgentiam,<br/>         Fugat septem daemonia<br/>         Septiformis clementia<br/>         A conversa femina.</p>       |
7. Paenitentis devotio  
 Peccatorum remissio  
 Fiat nobis; summo Deo,  
 Qui est nostra redemptio,  
 Laus, honor et gloria.

Opera ms. Goffridi Vindocinen. saec. 12. Cod. Vindocinen. 193. —  
 Sirmond l. c. p. 318 sp. — 1, 2 Formula. — 2, 3 fehlt eine Silbe. —

316. (3) **De sancta Maria Magdalena.**

Ad Nocturnum.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Maria quaedam nomine,<br/>         Magdalena cognomine.<br/>         Arte seducta daemonum<br/>         Peccatrix fuit nimium.</p>              | <p>4. Quaerit ancilla dominum,<br/>         Optat infirma medicum;<br/>         Obtulit haec obsequium,<br/>         Hic contulit remedium.</p> |
| <p>2. Quae specie intumuit<br/>         Et turpiter succubuit.<br/>         Superbae mentis vitio<br/>         Venit carnis corruptio.</p>            | <p>5. Mirifica potentia<br/>         Et pietatis gratia,<br/>         Quae in ista peccatrice<br/>         Vulnus sanavit vulnere.</p>          |
| <p>3. Crimen quidem est gravius<br/>         Mentis, sed carnis turpius;<br/>         Dum turpius erubuit,<br/>         Quod est gravius, timuit.</p> | <p>6. Gloria sit patri summo,<br/>         Laus eius unigenito,<br/>         Honor spiritui sancto,<br/>         Trinitati uni Deo.</p>         |

Opera ms. Goffridi Vindocinen. saec. 12. Cod. Vindocinen. 193. —  
 Sirmond l. c. p. 320.

317. (4.) De sancta Maria Magdalena.

In Laudibus.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Et miseras et miseros<br>Vocat Deus misericors<br>Omnes ad paenitentiam<br>Et pollicetur veniam.            | 4. Haec subdita daemoniis<br>Atque dedita vitiis<br>A te prius obtinuit,<br>Quidquid tibi exhibuit.            |
| 2. Contemptor paenitentiae<br>Solutus est expers veniae,<br>Factor misericordiae,<br>Christe, nostri miserere. | 5. A te cordis compunctio<br>Et capillorum tersio<br>Et pedum osculatio<br>Et unguenti effusio.                |
| 3. Immensa tua bonitas<br>Mariae dedit lacrimas,<br>Per lacrimarum fluvium<br>Fluxum restrinxit criminum.      | 6. Totum tuae pietatis,<br>Quod fecit haec pro peccatis,<br>Quod pro nostris faciamus,<br>Da pie, ne pereamus. |

7. Deo patri et filio.  
Spiritus paraclito  
Honor, virtus et gloria  
In sempiterna saecula.

Opera ms. Goffridi Vindocinen. saec. 12. Cod. Vindocinen. 193. —  
Simond l. c. 320 sq

## Hilbertus de Lavartino,

Archiepiscopus Turonensis,

† 1133.

Hilbert, einer der distinguiertesten lateinischen Dichter des gesamten Mittelalters, erblickte 1056 auf dem Kastell von Lavardin bei Montoire-sur-Loire das Licht der Welt. Sein Vater, ebenfalls Hilbert genannt, war Dienstmann des Salomon von Lavardin, seine Mutter trug den Namen Beresindis. Man hat Hilbert zu einem Schüler Berengars von Tours gemacht, dem er ein Epitaphium gedichtet; es ist uns indes über Hilberts literarischen Werdegang nichts berichtet. Er tritt uns zuerst (nach 1085) als Scholaster der Domschulen von Le Mans entgegen; 1091 wird er vom Bischofe Hoël zum Archidiaconus befördert und nach dessen Tode (Juli 1096) in zwiespältiger Wahl zum Bischofe von Le Mans gekürt. Der Herr von Le Mans, Elié de la Flèche, stimmte der Wahl zu, der Lehnherr, Wilhelm der Rote von England, lehnte sie ab; erst zu Weihnachten konnte die Konsekration erfolgen. Als drei Jahre später, nach der zweiten Fehde gegen Elié de la Flèche der König nach Le Mans kam, führte er Hilbert in einer Art Gefangenschaft mit sich nach England, weil der Bischof sich weigerte, die Türme seiner Kathedrale niederzulegen, von denen aus, wie der König behauptete, seine Truppen beschossen worden seien. Erst der Tod Wilhelms (2. Aug. 1100) gab Hilbert die Freiheit wieder. Er benutzte sie zu einer Romreise, erbat von Paschal II. seine Enthebung, kehrte aber, als diese verweigert wurde, mit reichen Mitteln für den Ausbau seiner Kathedrale nach Hause zurück (Pfingsten 1101). Im Jahre 1112 ward Hilbert hinterlistiger Weise von Hubert, Truchseß des Grafen Rotrou du Perche, in Nogentle-Rotrou gefangen gesetzt und bis März 1112 in Haft gehalten. Im Jahre 1116 erschien in Le Mans, eben als Hilbert seine zweite Romreise antrat, Heinrich von Lausanne, erbat und erhielt die Erlaubnis, in der Diözese zu predigen und benutzte die Gelegenheit, diese gegen den abwesenden Bischof aufzuwiegen. Als Hilbert um Pfingsten zurückkehrte, entwich der fanatische Sektierer aus der Stadt nach Saint-Calais, und bald auch aus dem Sprengel, doch hatte der Prälat noch lange zu tun, bis sich die Wogen wieder glätteten, die jener erregt hatte. Am 25. April 1120 erlebte Hilbert die Freude, die im wesentlichen vollendete Kathedrale zu konsekrieren; 1123 reiste er ein drittesmal nach Rom zu Kalixt II und wohnte aller Wahrscheinlichkeit nach dem Laterankonzil dieses Jahres bei; sicher ist seine Anwesenheit auf dem Konzil von Chartres 1124. Nach dem Tode Gisleberts von Tours ward er von Klerus und Volk des Erzbistums einstimmig zum Nachfolger erwählt; lange schwankte er, ob er die Wahl annehmen sollte; ein Befehl des Papstes und die Bestätigung des Königs machten seinem Schwanken ein Ende. Auch diese letzten Jahre Hilberts verliefen nicht ohne Störungen; sie brachten ihm in Gegensatz zum Könige, der das Recht beanspruchte, die Domsignitäten zu vergeben, mit dem Bischof von Dol, der die Metropolitanwürde über die bretonischen Bistümer beanspruchte. In dem römischen Schisma von

1130 nahm Hildebert eine zuwartende Stellung ein; noch im Februar weihte er eine Kapelle des Klosters Redon; den 18. Dezember desselben Jahres entschlief er zu Tours, siebenundsiebzig Jahre alt. Vgl. über Hildeberts Leben Dieudonné Hildebert de Lavardin, évêque du Mans, archévêque de Tours (1056—1133). Sa vie, ses lettres. Paris 1898.

Wir besitzen von Hildeberts poetischen Werken nur eine vollständige (leider zu vollständige) Ausgabe, die von Beaugendre (1708), die 1854 von Bourassé neu herausgegeben und noch weiter „vervollständigt“ wurde (Migne PP. LL 171); beide Herausgeber haben nämlich ohne Berechtigung und Beweis, ja vielfach ohne den Versuch eines solchen, Hildebert Dinge zugelegt, die dieser nicht geschrieben. Dies veranlafste Hauréau zu seinen vorbildlichen Untersuchungen: Les Mélanges Poétiques d' Hildebert de Lavardin (Paris 1882.) Nur verschwindend wenige unter Hildeberts lyrischen Gedichten lassen sich den Hymnen (im weiteren Sinne) zuzählen. Dies Wenige ist im folgenden zusammengestellt. Nicht aufgenommen habe ich die zuerst von Bourassé veröffentlichte, von Hauréau nicht behandelte „Lamentatio peccatricis animae“, Migne l. c. 1339 spp. Sie steht in der Hs. von Tours 1040 (13. Jahrh.), aus der sie Bourassé herausgab, ohne Namen des Verfassers. In der Behandlung erinnert sie lebhaft an das bekannte *Dulcis Iesu memoria* und dürfte wie dieses dem 13., höchstens dem ausgehenden 12. Jahrh. zuzuweisen sein. Der männliche Reim ist hier niemals stumpf, sondern stets zweisilbig:

Cum dies mortis venerit,	Unde nunc miser rideo,
Cum mors urgere coeperit,	Unde sic modo gaudeo?
Tunc mihi risus deerit,	Quare non semper lugeo,
Tunc sero luctus aderit.	Cur peccata non defleo.

Ist der Reim besser, als Hildebert ihn gebraucht hätte, so ist die Betonung schlechter. Aber auch inhaltlich lassen sich solche breitspurigen Geistlosigkeiten dem immer geistreichen Hildebert nicht zuweisen.

### 318. (1.) De sanctissima Trinitate.

Alpha et O, magne Deus,	Mundum movens non moveris,
Heli, Heli, Deus meus,	Locum tenens non teneris.
Cuius virtus totum posse,	Tempus mutans non mutaris,
Cuius sensus totum nosse,	Vaga firmans von vagaris,
5 Cuius esse summum bonum,	25 Vis externa vel necesse
Cuius opus, quidquid bonum.	Non alternant tuum esse.
Super cuncta, subter cuncta,	Heri nostrum cras et pridem
Extra cuncta, intra cuncta :	Semper tibi nunc et idem;
Intra cuncta non inclusus.	Tuum. Deus, hodiernum
10 Extra cuncta non exclusus,	30 Indivisum, sempiternum.
Super cuncta nec elatus,	In hoc totum praevidisti,
Subter cuncta nec substratus ;	Totum simul perfecisti
Super totus praesidendo,	Ad exemplar summae mentis
Subter totus sustinendo.	Formam praestans elementis,
15 Extra totus complectendo,	35 Nate patri coequalis,
Intra totus es implendo.	Patri consubstantialis,
Intra nusquam coartaris,	Patris splendor et figura,
Extra nusquam dilataris.	Factor factus creatura,
Super nullo sustentaris.	Carnem nostram induisti,
20 Subter nullo fatigaris.	40 Causam nostram suscepisti,

- Sempiternus temporalis,  
 Moriturus immortalis,  
 Verus homo, verus Deus,  
 Impermixtus homo-deus.
- 45 Non conversus hic in carnem  
 Nec minutus propter carnem,  
 Hic assumptus est in Deum  
 Non consumptus propter Deum,
- 50 Patri compar deitate,  
 Minor carnis veritate.  
 Deus pater tantum Dei.  
 Virgo mater sed et Dei.  
 In tam nova ligatura  
 Sic utraque stat natura,
- 55 Ut conservet, quidquid erat,  
 Facta quiddam, quod non erat.  
 Noster iste mediator,  
 Iste noster legislator,
- 60 Circumcisis, baptizatus,  
 Crucifixus, tumulatus,  
 Obdormivit et descendit,  
 Resurrexit et ascendit,  
 Sic ad caelos elevatus  
 Iudicabit iudicatus.
- 65 Paraclitus increatus,  
 Neque factus neque natus,  
 Patri consors genitoque  
 Sic procedit ab utroque,  
 Ne sit minor potestate
- 70 Vel discretus qualitate.  
 Quanti illi, tantus iste,  
 Quales illi, talis iste.  
 Ex quo illi, ex tunc iste.  
 Pater alter, sed gignendo,
- 75 Natus alter, sed nascendo,  
 Flamen ab his procedendo,  
 Tres sunt unum subsistendo.  
 Quisque trium plenus Deus,  
 Nos tres tamen di, sed Deus.
- 80 In hoc Deo, Deo vero,  
 Tres et unum assevero,  
 Dans usiae unitatem  
 Et personis trinitatem.  
 In personis nulla prior,
- 85 Nulla minor, nulla maior,  
 Unaquaeque semper ipsa  
 Sic est constans atque fixa,
- Ut nec in se varietur  
 Nec in ullam transmutetur.
- 90 Hacc est fides orthodoxa,  
 Non hic error sive noxa,  
 Sicut dico, sic et credo  
 Nec in partem pravam cedo.  
 Inde venit, bone Deus,
- 95 Ne desperem quamvis reus.  
 Reus mortis non despero,  
 Sed in morte vitam quaero.  
 Quo te placem nil praetendo  
 Nisi fidem, quam defendo.
- 100 Fidem vides; hac imploro,  
 Leva fascem, qua laboro,  
 Per hoc sacrum cataplasma  
 Convalescat aegrum plasma.  
 Extra portum iam delatum.
- 105 Iam foetentem, tumulatum  
 Vitta ligat, lapis urget,  
 Sed, si iubes, hic resurget.  
 Iube, lapis revolvetur,  
 Iube, vitta dirumpetur,
- 110 Exiturus nescit moras,  
 Postquam elamas: Exi foras!  
 In hoc salo mea ratis  
 Infestatur a piratis,  
 Hinc assultus, inde fluctus,
- 115 Hinc et inde mors et luctus.  
 Sed tu, bone nauta, veni,  
 Pro me ventos, mare leni,  
 Fac, abscedant hi piratae,  
 Duc ad portum salva rate.
- 120 Infecunda mea ficus,  
 Cuius ramus ramus siccus,  
 Incidetur, incendetur,  
 Si promulgas, quae meretur.  
 Sed hoc anno dimittatur,
- 125 Stercoretur, fodiatur,  
 Quodsi necdum respondebit,  
 Flens hoc loquor, tunc ar-  
 debit.
- Vetus hostis in me furit,  
 Aquis mersat, flammis urit,
- 130 Inde languens et afflictus  
 Tibi soli sum relictus.  
 Ut hic hostis evanescat,  
 Ut infirmus convalescat,

- Tu virtutem ieiunandi  
 135 Des infirmo, des orandi,  
 Per haec duo Christo teste  
 Liberabor ab hac peste.  
 Ab hac peste solve mentem,  
 Fac devotum paenitentem,  
 140 Da timorem, quo prioiecto  
 De salute nil coniecto.  
 Da spem, fidem, caritatem,  
 Da discretam pietatem.  
 Da contemptum terrenorum,  
 145 Appetitum supernorum.  
 Totum, Deus, in te spero,  
 Deus, ex te totum quaero,  
 Tu laus mea, meum bonum,  
 Mea cuncta tuum donum.  
 150 Tu solamen in labore,  
 Medicamen in languore,  
 Tu in luctu mea lyra,  
 Tu lenimen es in ira,  
 Tu in arto liberator.  
 155 Tu in lapsu relevator,  
 Metum praestans in propectu,  
 Spem conservans in defectu.  
 Si quis laedit, tu rependis,  
 Si minatur, tu defendis,  
 160 Quod est anceps, tu dissolvis,  
 Quod tegendum, tu involvis.  
 Tu intrare me non sinas  
 Infernales officinas,  
 Ubi maeror, ubi metus,  
 165 Ubi foetor, ubi fletus,  
 Ubi probra deteguntur,  
 Ubi rei confunduntur,  
 Ubi tortor semper caedens,  
 Ubi vermis semper edens,  
 170 Ubi totum hoc perenne,
- Quia perpes mors gehennae.  
 Me receptet Sion illa,  
 Sion. David urbs tranquilla,  
 Cuius faber auctor lucis,  
 175 Cuius portae lignum crucis,  
 Cuius claves lingua Petri,  
 Cuius cives semper laeti,  
 Cuius muri lapis vivus,  
 Cuius custos rex festivus.  
 180 In hac urbe lux sollemnis,  
 Ver aeternum, pax perennis,  
 In hac odor implens caelos,  
 In hac festum semper melos.  
 Non est ibi corruptela,  
 185 Non defectus nec querela.  
 Non minuti, non deformes.  
 Omnes Christo sunt con-  
 formes.  
 Urbs caelestis, urbs beata,  
 Super petram collocata,  
 190 Urbs in portu satis tuto,  
 De longinquo te saluto,  
 Te saluto, te suspiro,  
 Te affecto, te requiro.  
 Quantum tui gratulentur,  
 195 Quam festive conviventur,  
 Quis affectus eos stringat  
 Aut quae gemma muros pin-  
 gat,  
 Quis chalcedon, quis iacin-  
 thus,  
 Norunt illi, qui sunt intus.  
 200 In plateis huius urbis  
 Sociatus piis turbis  
 Cum Moyse et Elia  
 Pium cantem Alleluia.

Collect. ms. S. Nicolai Patavien. saec. 12. Clm. Monacen. 16073 A. —  
 Collect. ms. Victorinum saec. 12. Cod. Parisin. 14867. B. — Collect. ms.  
 Cirencestre saec. 13. Cod. Parisin. 11867. C. — Collect. ms. Carthusiae  
 Montis S. Beati prope Confluentiam saec. 13. [14. 15.] Cod. Vindobonen. 898.  
 D. — Collect. ms. Voraviense saec. 12. 13. Cod. Voravien. 33. (111). E. —  
 Collect. ms. Pruvningense saec. 15. Clm. Monacen. 12007. F. — Speculum  
 historiale Vincentii Bellovaen. saec. 14. Clm. Monacen. 17132 G.

1 AO Deus meus ABD. — 2 meus Deus B. — 9 nec inclusus D. — 9 und  
 10 hinter 12 AF; — 10 und 9 hinter 12 G. 10 nec exclusus F. — 11 und 12  
 umgestellt BCG, — 12 nec subtractus A. — 13 Supra totus C: possidendo B.  
 — 14 subsistendo AB. — 16 Intra totus in complendo FG. — 17 nunquam B.

— 17 und 18 umgestellt und hinter 20 A. — 19 und 20 umgestellt BDG.; 19 und 20 hinter 24 F. — 25 Vis alterna B; Vel externa D; Vel alternum A; vel necesse ABDF. — 26 Non alternat BG; non alterna F. — 31 Iam hoc totum D; praevidisti F. — 35 pater G. — 36 substantialis F. — 41 Sempiternus immortalis AD. — 42 Moriturus temporalis AD. — 46 Nec initus propter D; Nec consumptus propter B. — 47 Haec assumptus F; assumptus es BD. — 50 Minor patris veritate D. — 52 mater sedque Dei C. — 53 Iam tam nova F. — 56 Facta quidem quod F. — 58 Iste noster E. — 62 fehlt B. — 63 Hic ad caelos D. — 65 Paraclytus A. — 69 Nec sit F; Nec est B. — 70 Nec discretus B; Vel districtus F. — Hinter 73: Quantum illi, tantum iste BG. — 74 Pater alter non nascendo D. — 76 Flamma ab his D. — 79 sed fehlt F; sed unus Deus D. — 89 Nulla BCD. — Vers 1—89 incl. fehlen E; statt dessen:

Tres personae principales,  
Coaeternae, coaequales,  
Deus unus, Deus trinus,  
Nihil maius, nihil minus  
In hac trina unitate,  
In hac una trinitate;  
Patris manus atque munus  
Est cum patre Deus unus.

91 error sine noxa ABCDFG; error, non est noxa E. — 93 Non in pravam B; Nex in ullam AF. — 94 bis Schlufs fehlen F. — 94 Inde veni B; Assis ergo bone E. — 95 Ne disperem C. — 96. Deus mortis D. — 99 quam ostendo B. — 100 hanc imploro CDG; hac implora A. — 101 facem AD; qua B; quam E. — 106 Victa ligat G; Vinculum ligat E. — 107 fehlt G; Si tu inbes E. — 108 lapis revertetur D. — 109 victa CG; vinculum E; dissolvetur E. — 110 und 111 fehlen E; dafür Per te verum salvatorem etc. Vgl. Nr. 1b XVI, 7—16. — 112 In hoc solo G. — 114 et inde E. — 115 Et inde mors et inde luctus E. — 113 abscedat D. — 122 Incendetur, incidetur E. — 123 Sed promulgas A; quae meretur B. — 124 Hoc et anno E. — 126 Quodsi nondum B. — 127 Flens hoc dico E; dann Hoc averte etc. Vgl. Nr. 1b, XVI, 33—36. — 130 Unde C. — 131 Soli tibi E. — 135 et orandi E. — 141 nil congesto B. — Nach 145 in E: Seda lites etc. Vgl. Nr. 1b, XVII, 19 bis XIX, 5. — 147 Totum Deus ex te AD. — 148 Tu lux mea A. — 149 Cuncta mea E. — 151 in dolore EG. — 153 Tu solamen es AD. — 156 praestas B; in profectu E. — 157 conservas G. — 158 tu defendis A. — 158 und 159 fehlen C. — 159 minetur B. — 160 tu involvis E. — 161 tu dissolvis. — Nach 161 in E: Tu aspiras etc. Vgl. Nr. 1b, XIX, 21 bis XX, 2. — 164 ubi fletus E. — 165 uti metus E. — 167 deteguntur A. — 168 Ubi terror semper E. — 171 Quasi perpes B. vis gehemae D. — Nach 171 schiebt E ein:

Sed cum caris meis cunctis,  
Sive vivis sive defunctis,

173 Urbs Davidis, urbs E. — 175 porta E; signum crucis B. — 176 signum Petri C. — 182 und 83 fehlen D. — 183 semper festum BDE. — 185 nec querela E. — 188 und 89 fehlen D. — 191 Ex hoc mari te saluto C. — Nach 191 in E: De longinqua regione etc. Vgl. Nr. 1b XXI, 21—24. — 192 Iam saluto, iam suspiro E. — 193 Iam affecto, iam requiro E. — 194 Quantum in te A; gratulantur B. — 195 convivantur B. — 197 quae muros gemma AD; quae murum gemma E. — Nach 201 schließt E wie Nr. 1b XXI, 35 ff. — 201 Sociatus felicibus turbis D. — 103 cantum Alleluia C, cantem laetanter Alleluia C.

„Hildeberty archiepiscopi de s. Trinitate“ A. — Über andere Quellen mit Hildeberty Namen sowie über seine Autorschaft vgl. Hauréau a. a. O.



72 Nr. XXXVIII; doch ist zu bemerken, daß die Münchener Hs. 8304 nicht Hildebert als Verfasser nennt, sondern anonym ist, auch nicht das Gedicht Hildeberts, sondern eine weitgehende Bearbeitung desselben bietet. Dieselbe zeigt, was ein lyrischer Dichter zu gewärtigen hat, wenn er einem Theologen in die Hände fällt, und wie sehr sich ein Gedicht durch bloße Zusätze, die nicht einmal schlechte sein müssen, verderben läßt. Diese Bearbeitung ist im folgenden unter Nr. 1b mitgeteilt:

(1b) **Confessio fidei catholicae de s. Trinitate.**

I. De Patre.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Adonai, magne Deus,<br/>         Heli, heli Deus meus,<br/>         Cuius virtus totum posse,<br/>         Cuius sensus totum nosse,<br/>         5 Cuius esse summum bonum,<br/>         Cuius opus omne bonum.<br/>         Super cuncta, subter cuncta,<br/>         Extra cuncta, intra cuncta,<br/>         Intra cuncta nec inclusus,<br/>         10 Extra cuncta nec exclusus,<br/>         Subter cuncta nec substratus,<br/>         Super cuncta nec elatus,<br/>         Super totum praesidendo,<br/>         Subter totum sustinendo,<br/>         15 Extra totum complectendo,<br/>         Intra totum es implendo.<br/>         Intra nusquam coartaris,<br/>         Extra nusquam dilataris,<br/>         Subter nullo fatigaris,<br/>         20 Super nullo sustentaris,<br/>         Mundum movens non moveris,<br/>         Locum tenens non teneris,<br/>         Tempus mutans non mutaris,<br/>         Vaga firmans non vagaris,<br/>         25 Vis externa vel necesse</p> | <p>Non alternant tuum esse.<br/>         Heri nostrum, cras et pridem<br/>         Semper tibi nunc et idem.<br/>         Tuum, Deus, hodiernum<br/>         30 Indivisum, sempiternum;<br/>         In hoc totum praevidisti,<br/>         Totum simul perfecisti<br/>         Ad exemplar artis purae<br/>         Formam praestans creaturae.<br/>         35 Haec ars lumen, virtus, vita<br/>         In facturis viget ita,<br/>         Ut lux lucis inaccessae<br/>         Cunctis rebus praestet esse<br/>         Et lux lucens in obscuris<br/>         40 Formam donet creaturis.<br/>         Lumen verum lucet clarum<br/>         In obscuro tenebrarum;<br/>         Lucem tenebrae perpendunt,<br/>         Sed non eam comprehendunt.<br/>         45 Quotquot eam receperunt,<br/>         Lux in luce semper erunt.<br/>         Haec lux vita, verbum, causa<br/>         Apud patrem fuit clausa,<br/>         Sed per verbum eructatum,<br/>         50 Quidquid exstat, est creatum.</p> |
|--|---|

II. De Incarnatione Verbi.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Verbum altum et profundum,<br/>         Per quod fecit Deus mundum,<br/>         Est in mundo factum caro,<br/>         Gaudet mundus facto raro.<br/>         5 Verbum magnum et immensum,<br/>         Quod excedit omnem sensum,<br/>         Quod excellit intellectum,<br/>         Virgo capit, vas electum.<br/>         Verbum patris, verbum bonum,<br/>         10 Per amborum sacrum donum<br/>         In cor matris eructatum<br/>         Virgo parit incarnatum.<br/>         Eructavit verbum pater,<br/>         Quod concepit virgo mater;<br/>         15 Ventrem virginis intactum<br/>         Implet verbum caro factum.<br/>         Verbum pater eructavit,</p> | <p>Quo virginem fecundavit;<br/>         Virgo mater, sponsa Dei,<br/>         20 Parturivit natum ei.<br/>         Splendor patris et figura,<br/>         Verus Deus in natura,<br/>         Verus homo fit ex matre<br/>         Nullo nisi Deo patre.<br/>         25 Vultus patris et imago,<br/>         Pater matris et propago,<br/>         Portus virginis mirandus,<br/>         Homo Deus adorandus,<br/>         Verbum patris et sophia<br/>         30 Carnem sumpsit de Maria.<br/>         Verbum caro de Maria,<br/>         Deus homo, tu Messia,<br/>         Deus solus et supernus,<br/>         Quem nec polus nec infernus,</p> |
|--|---|

35 Quem non capit terra, mare  
Corpus intrat puellare.  
Deus loquens in prophetis:  
O pastores, ut videtis,  
In praesaepi quasi mutus

40 Vagit pannis involutus.  
Virgo virum sine viro  
Parit mirum partu miro:  
Partu novo, partu raro,  
Deus homo, verbum caro.

### III. De laude Virginis matris.

Solem stella matutina,  
Regem regum tu, regina,  
Verbo casta concepisti,  
Virgo clausa genuisti.  
5 Virgo mater felix nimis,  
Fide pulchra, spe sublimis,  
Desponsata caritate,  
Fecundata deitate.  
Sola mater impolluta,  
10 Virgo partum consecuta.  
Sola nato digna Deo,  
Virgo permanens cum eo.  
Virgo flore fructuosa,  
Virgo prole gratiosa,

15 Virga fructu pretiosa,  
Virgo partu gloriosa,  
Inter matres nominanda,  
Super matres honoranda,  
Vultu quasi sol et luna  
20 Partu vincis omnes una.  
Porta, virgo, partum tuum,  
Qui te portat opus suum,  
Pascere panem angelorum,  
Lacta regem saeculorum.  
25 Sic descendit huc de caelis  
Semen Abrahæ fidelis.  
Semen, quod in se credentes  
Benedicit omnes gentes.

### IV. Item de Verbi Incarnatione.

Verbum patri coequale,  
Patri consubstantiale,  
Splendor patris et figura,  
Factor factus creatura.  
5 Carnem nostram induisti,  
Causam nostram suscepisti,  
Verus homo, verus Deus,  
Impermixtus homo Deus.  
Virgo partu virginali  
10 Et conceptu spiritali  
Procreavit increatum  
Verbum patris incarnatum.  
Non est versus hic in carnem  
Nec minutus propter carnem,

15 Hic assumptus est in Deum  
Nec consumptus propter Deum.  
Patri compar deitate,  
Minor carnis veritate,  
Verus Deus, verus homo,  
20 Homo Deus, Deus homo.  
In tam nova ligatura  
Sic utraque stat natura.  
Ut conservet, quidquid erat,  
Facta quiddam, quod non erat.  
25 O humanae linguae plectrum  
Lauda mirum hoc electrum,  
Quo divina et humana  
Uniantur fide sana.

### V. De Passione, Resurrectione et Ascensione.

Christe, noster mediator,  
Christe, novae legis lator,  
Circumcisis, baptizatus,  
Crucifixus, tumulatus,  
5 Obdormivit et descendit,  
Resurrexit et ascendit,  
Sic ad caelos elevatus  
Regnat rex inthronizatus.  
Cuius sedes est a dextris  
10 Summi regis, Dei patris,  
Cui conregnat sumptus homo  
De David regali domo,  
Ut sit salus inde reo,  
Quod conregnat homo Deo.  
15 Hic in throno pietatis  
Dans virtutum dona gratis,  
Post in throno acquiritatis  
Reddens iusta pro patris,

Tandem index revelatus  
20 Indicabit iudicatus.  
Prae immensitate cuius  
Deficit locus mundi huius,  
Sempiternitate cuius  
Cedet tempus mundi huius.  
25 Specialitati cuius  
Cedet forma mundi huius,  
Praeteribit nam figura  
Mundi huius, non natura,  
Quando solus apparebit,  
30 Sub quo mundus disperebit,  
Sicut apparente sole  
Nunc disparent luna, stellae.  
In splendore tanti solis  
Lumen dulce fiet solis.  
35 Quibus opus tenebrarum  
In hac vita non est carum.

VI. De Spiritu Sancto.

Paracletus increatus,	Qualis pater, talis natus,
Neque factus neque natus,	10 Talis utriusque flatus.
Patri consors genitoque	Pater alter, sed gignendo,
Sic procedit ab utroque,	Natus alter, sed nascendo,
5 Ne sit minor protestate	Flamen ab his procedendo,
Vel discretus maiestate.	Tres sunt unum subsistendo:
Quantus pater, tantus natus,	15 Quisque trium plenus Deus,
Tantus utriusque flatus;	Non tres di, sed unus Deus.

VII. De Deo trino et uno.

In hoc uno Deo vero	Unus trium verbum patris
Sic tres unum assevero,	20 Fit per flatum caro matris.
Ut usiae unitatem	Pater, filius ac munus,
Et personis trinitatem	Tres personae Deus unus:
5 Assignare non formidem,	Unde Deus tres personae
Cum sit trinus unus idem.	Vera sunt confessione.
In personis nulla prior,	25 Tres hi tribus in personis
Nulla minor, nulla maior,	Unum fide rationis,
Unaquaeque semper ipsa,	Una trium est usia.
10 Sic est constans atque fixa,	Unus trium de Maria.
Ut nec in se varietur	Una trium non persona.
Nec in ullam transmutetur.	30 Sed natura valde bona,
Summus pater, summus natus,	Summe bona, summum bonum,
Summus utriusque flatus,	In quo nihil passionum.
15 Hi tres unus summus Deus,	Una trium est natura,
Unus trium homo-Deus.	Nullus trium creatura,
Pater, verbum, sacer flatus,	35 Licet unus trium natus
Tres sunt unus potentatus;	Sit ex matre procreatus.

VIII. Quod Christus sit tertia in trinitate  
persona, non quarta.

Christus, clausae matris partus,	Homo verbi unitate
Non cum tribus est ut quartus,	Unus est de trinitate.
Sed ex tribus trium unus.	Tres personae principales,
Tres hi pater, natus, munus.	Coaeternae, coaequales,
5 Tres sunt pater, natus, munus,	15 Deus unus, Deus trinus,
Homo Deus trium unus,	Nihil maius, nihil minus.
Divae matris divus partus,	In hac trina unitate,
Unus trium, nullus quartus.	In hac una trinitate
Una trium personarum	Patris manus atque munus
10 Homo compar est duarum,	20 Est cum patre Deus unus.

IX. Quod Christus in naturis duabus una sit persona.

Verbum caro sunt unita	5 Haec et haec est ex duobus
Sicut auro margarita,	Et permanet in ambobus,
Una fit ex his corona,	Una tamen est utraque
Una sic ex his persona.	Vera fide usquequaque.

X. De personali et naturali unione.

Una magis haec persona	Adunatus in persona,
Quam sit una haec corona,	Non compactus ut corona.
Una haec est unione,	Unio haec personalis
Una haec conexione.	10 Et omnino naturalis,
5 Factor factus est factura	Illa neque naturalis
Geminatus in natura,	Nec omnino personalis.

XI. Ostensio personalis unionis per simile.

- |   |  |
|---|--|
| <p>Duae Christi sunt naturae,<br/>         Creatoris, creaturae,<br/>         Una, non duae personae<br/>         Naturarum unione,<br/>         5 Sicut caro corporalis<br/>         Animaque spiritalis</p> | <p>Unus homo, una vita,<br/>         Duo simul sunt unita.<br/>         Hoc Iudaeus, hoc paganus,<br/>         10 Hoc et pseudochristianus,<br/>         Si non credat in scripturis,<br/>         Saltem cernat in naturis.</p> |
|---|--|

XII. Ostensio naturalis unionis per simile.

- |   |  |
|---|--|
| <p>Sunt naturae dissidentes,<br/>         Nunquam sese capientes,<br/>         Ut lux solis circumfundi<br/>         Terrae potest, non infundi.<br/>         5 Sunt et aliae naturae.<br/>         Quae servato suo iure<br/>         Per naturam uniuntur<br/>         Nec unitae permutantur[.].<br/>         Aurum igne inflammatur,<br/>         10 Aer luce illustratur,<br/>         Sed nec aer lumen erit,<br/>         Neque aurum igne perit.<br/>         Sola solis lux apparet,<br/>         Sed lux aere non caret,<br/>         15 Ut nec aer caret luce.<br/>         Quam capit natura duce.<br/>         Sic et ignis solus elaret,<br/>         Cum et aurum vix apparet;</p> | <p>Sed hoc aurum magis purum,<br/>         20 Quod in igne fit obscurum.<br/>         Sic utraque uniuntur<br/>         Nec utraque confunduntur,<br/>         Ne utrius sit defectus,<br/>         Sed alterius profectus.<br/>         25 Ignis auro adunatur,<br/>         Non in aurum permutatur,<br/>         Naturaliter concreta<br/>         In natura sunt discreta.<br/>         Auri massa cum igitur,<br/>         30 Ignem passa comitur,<br/>         Totum aurum, totum ignis;<br/>         Sic in ferro, sic in lignis.<br/>         Totum toti adunatur,<br/>         Totum hoc et hoc vocatur,<br/>         35 Non hoc vel hoc ut ex parte,<br/>         Sed hoc et hoc sine parte.</p> |
|---|--|

VIII. Confirmatio de unione duarum naturarum  
 salva utriusque proprietate.

- |   |   |
|---|---|
| <p>Sic nimirum fide sana<br/>         Lux divina, lex humana,<br/>         Unus Christus, homo-Deus,<br/>         Totus homo, totus Deus.<br/>         5 Duae Christi sunt naturae,<br/>         Quaeque salvo suo iure,<br/>         Utriusque nihil perit.<br/>         Sed. quod fuit, est et erit.<br/>         Eadem sunt adunata,<br/>         10 Non in altera mutata.</p> | <p>Nihil hic divisionis,<br/>         Nihil est confusionis.<br/>         Non est ergo Iesus meus<br/>         Semihomo, semideus,<br/>         15 Sed unitus ex duobus<br/>         Et perfectus in ambobus.<br/>         Sic assumens est assumptus,<br/>         Non absumens et absumptus,<br/>         Deus-homo, unus Christus,<br/>         20 Indivisus, incommistus.</p> |
|---|---|

XIV. Quod domus creatoris sit creatura nationalis.

- |   |   |
|---|---|
| <p>Domus huius maiestatis,<br/>         Creatricis trinitatis,<br/>         Est creatus intellectus<br/>         Ita sanus et perfectus,<br/>         5 Ita purus et quietus,<br/>         Ut est angelorum coetus,<br/>         Cui homo sociatur,<br/>         Dum peccatis expurgatur,</p> | <p>Ut amborum coniunctura<br/>         10 Domus nunquam ruitura<br/>         Ipso stet inhabitante,<br/>         Quo fundata est creante.<br/>         Haec est fides orthodoxa,<br/>         Non hic error, non est noxa,<br/>         15 Sicut dico, sic et credo<br/>         Nec in partem pravam cedo.</p> |
|---|---|

XV. Oratio ad totam trinitatem.

Assis ergo. bone Deus, Ne desperem, quamvis reus, Reus mortis non despero. Sed in morte vitam quaero. 5 Quo te placem, nil praetendo	Nisi fidem, quam defendo; Fide vivens hac imploro. Leva fascem, qua laboro. Per hoc sacrum cataplasma 10 Convalescat aegrum plasma.
--	---

XVI. Oratio contra carnem.

Extra portam iam delatum Iam foentem tumulatum Vinculum ligat, lapis urget; Si tu iubes, hic resurget. 5 Iube, lapis revolvetur, Iube, vinculum dissolvetur, Per te verum Salvatorem Foetor meus in odorem, Mors in vitam convertetur, 10 Si a te praecipitur; Exiturus nescit moras, Postquam clamas: Veni foras. Ergo clama voce forti, Violentus esto morti 15 Captivans captivitatem, Dans captivo libertatem. In hoc salo mea ratis Infestatur a piratis,	Hinc assultus, inde fluctus, 20 Hinc et inde mors et luctus. Sed tu, bone nauta, veni. Preme ventos, mare leni, Fac, abscedant hi piratae, Duc ad portum salva rate. 25 Infecunda mea ficus, Cuius ramus pene siccus, Incidetur, incendetur, Si promulgas, quod meretur. Sed hoc anno dimittatur, 30 Stercoretur, fodiatur: Quodsi necdum respondebit. Fleus hoc dico, tunc ardebit. Hoc averte, clemens Deus, Ne succendar, quanvis reus; 35 Tu in risum verte luctum, Infecundo praestans fructum.
---	---

XVII. Oratio contra hostem.

Vetus hostis in me furit, Aquis mersit, flammis urit, Inde languens et adflictus Tibi soli sum relictus. 5 Ut hic hostis evanescat, Ut infirmus convalescat, Tu virtutem ieiunandi Des infirmo et orandi. Per haec duo Christo teste 10 Liberabor ab hac peste.	Ab hac peste solve mentem, Fac devotum paenitentem, Da timorem, quo proiecto De salute nil coniecto. 15 Da spem, fidem, caritatem, Da discretam pietatem. Da contemptum terrenorum, Appetitum supernorum, Seda lites, fac nos mites, 20 Quos in omni bona dites.
--	---

XIX. Contra mundum.

Iesu Christe, fili Dei, In te fidem cordis mei, In te iacto cogitatum, Tibi subdo me prostratum. 5 Totum, Deus, in te spero, Deus, ex te totum quaero, Tu laus mea, meum bonum, Cuncta mea tuum donum. Tu solamen in dolore, 10 Medicamen in languore, Tu in luctu mea lyra, Tu lenimen es in ira,	Tu in arto liberator, Tu in lapsu relevator, 15 Metum praestas in profectu, Spem conservas in defectu. Si quis laedit, tu rependis, Si minatur, tu defendis. Quod est anceps, tu dissolvis, 20 Quod tegendum, tu involvis. Tu aspiras velle rectum, Velle transfers in effectum, Ut non in se glorietur. Quisquis verum intuetur.
---	--

25 Sed in te auctore boni,  
Dante vires ratione,  
Quibus premat carnis motum,  
Habens a te posse totum.

Tu serenas nebulosa,  
30 Tu exornas maculosa,  
Inbonesta tu honestas,  
Indecoris decus praestas,

XX. De Inferno.

Fili David, manu fortis,  
Qui fregisti portas mortis,  
Tu intrare me non sinas,  
Infernales officinas,  
5 Ubi maeror, ubi metus,  
Ubi factor, ubi fletus,

Ubi probra deteguntur,  
Ubi rei confunduntur,  
Ubi tortor semper caedens,  
10 Ubi vermis semper edens,  
Ubi totum hoc perenne,  
Quia perpes mors gehennae.

XXI. De Ierusalem caelesti.

Sed cum caris meis cunctis  
Sive vivis seu defunctis  
Me receiptet Sion illa,  
Urbs Davidis, urbs tranquilla,  
5 Cuius faber auctor lucis,  
Cuius porta lignum crucis,  
Cuius muri lapis vivus,  
Cuius custos rex festivus.  
In hac urbe lux sollempnis,  
10 Ver aeternum, pax perennis,  
In hac odor implens caelos,  
In hac semper festum melos.  
Non est ibi corruptela,  
Non defectus, non quaerela,  
15 Non minuti, non deformes,  
Omnes Christo sunt conformes.  
Urbs caelestis, urbs beata,  
Supra petram collocata,  
Urbs in portu satis tuto  
20 De longinquo te saluto.  
De longinqua regione,  
De hostili legione  
Te peccatam civitatem  
Tuamque incunditatem  
25 Iam saluto, iam suspiro,  
Iam affecto, iam requiro.  
Quantum tui gratulentur,  
Quam festive conviventur,  
Quis te murus circumcingat,

30 Aut quae murum gemma pingat,  
Quis chaledon, quis iacinthus,  
Norunt illi, qui sunt intus.  
Ad asylum huius urbis  
Sociandum piis turbis  
35 Trahe me post te, Messia.  
Trahi fac nos, o Maria.  
Quo tu, virgo, mater Christi,  
Nos post ipsum praecessisti,  
Ubi fructus ventris tui,  
40 Ipse Christus atque sui,  
Ubi soli simul cuncti  
Deo suo sunt coniuncti,  
Ubi mala iam non erunt,  
Quae priora transierunt.  
45 Ubi sine nocte dies,  
Ubi sine fine quies.  
Ubi pax firmatis portis,  
Ubi nulla poena mortis,  
Ubi nullus finis vitae,  
50 Ubi laudes infinitae.  
Cunctis sanctis unus cantus  
Semper sanctus, sanctus, sanctus.  
Sanctus pater, sanctus natus,  
Sanctus utriusque flatus,  
55 Cuncti conciuunt creati  
Increatae trinitati,  
Uni, soli, vero Deo  
In aeterno iubilaio.

Collect. ms. Augustin. Monacen. saec. 12. Clm. Monacen. 8304. — XIV, 16 in parvam partem. — XVI, 7 verum Salomonem. — 10 praecipitur. — XVII, 5 hi hostis. —

Eine kürzere Bearbeitung, die mit vorstehender das Meiste gemeinsam hat, steht in einem Collect. ms. Haslacense anni 1240. Clm. Monacen. 12513; es ist deshalb nicht notwendig, dieselbe hier mitzuteilen. Ebenso halte ich für unangezeigt, die Bearbeitung des Prior Konrad von Ganing hier wieder abdruckend. Auch sie stützt sich auf die vorstehende, umfaßt aber nur die erste Hälfte des Hildebert'schen Gedichtes. Wer sich für dieselbe interessiert, sei verwiesen auf Mone I, 14, wo dieselbe aus Clm. Monacen. 3012 (Collect. Andecense saec. 15) mitgeteilt ist.

319. (2) In Nativitate Domini.

- Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,  
Qua Deus illuxit, lux et imago Dei.  
Ecce, novae lucis oriuntur gaudia nobis,  
Nox abit, orbis aet, mors peritura pavet.
- 5 Iam repetit sursum solaris lampada cursum,  
Pax redit et requies; hoc docet aucta dies.  
Saecula iucundo redeunt Saturnia mundo,  
Aurea regna vigent; desine, ferrea gens!  
Omnia mirentur, stupeant, timeant, venerentur!
- 10 Qui regit omne, quod est, fit caro, sed Deus est.  
Quod patriarcharum typicaverat umbra piorum,  
Quod lex et vates clauserat, ecce, patet.  
Spina rosam, Iudaea Deum, nubecula solem  
Et genuit iugem stella Maria diem.
- 15 Virga ferens florem cum fructu spirat odorem,  
Flos Christus, caro nux, nucleus est deitas.  
Cui sine matre pater, cui patre manet sine mater,  
Dixerat ut Gabriel, nascitur Emmanuel.  
Salve, porta Dei, via, virgo Maria, diei.
- 20 Per quam lux orbis fulsit ab arce patris.

Collect. ms. S. Nicolai Patavien. saec. 12. Clm. Monacen. 16073. — Da das Lied in dieser Handschrift zwischen Gedichten Hildeberts steht — es folgt unmittelbar: *Tollimur e medio fatis argentibus omnes, sodam: In natale sacro novae sollemnia missae* mit der Aufschrift „Eiusdem Cur in natale Dei tres celebrentur missae“ —, zweifle ich nicht, daß es von Hildebert sei, dessen Geist es unverkennbar atmet. Vgl. Anal. XLIII, 18.

320. (3) De Virginitate beatæ Mariæ.

Prorsus sancta pectore;
19. Primis annis plena magnis  
Thesauris scientiae,  
Deo cara et ignara  
Totius malitiae;
20. Vincens sexum et complexum  
Carnalem despiciens,  
Deo placens sive tacens  
Sive os aperiens;
21. Corde prudens, semper studens  
Legis observantiae,  
Ex hoc sane non humanae  
Laudem quaerens gloriae;
22. Actione et sermone  
Irreprehensibilis  
Et cunctarum gratiarum  
Fulgore mirabilis.
23. Divinorum secretorum  
Lator ad te properat,  
Fert arcanum, quod humanum  
Genus fide liberat.
24. Nec silendum, quod stupendum  
Honorem exhibuit  
Te mirante, nam hoc ante  
Nulla nec post meruit.
25. Hic legatus est testatus  
Cunctis te praecellere,  
Plane quando te mirando  
Salutavit genere.
26. Pandit ore cum honore.  
Quod futurum noverat,  
Et declarat, quod rex parat,  
Qui te consecraverat.
27. Salutavit, nuntiavit  
Dei beneficium  
Ore blando declarando,  
Quod haberes filium.
28. Primum Ave, post suave  
Depromit mysterium,  
Quod est ingens et pertingens  
Ad salutem omnium.

29. O Maria, Deo digna,  
Plena, inquit, gratia,  
Benedicta et beata  
Saecula per omnia.
30. Amans Deum apud eum  
Invenisti gratiam.  
Qua repleta eris laeta  
Prolem gignens regiam.
31. Ne formides, sola fides  
Tibi dabit filium.  
Contra morem salvatorem  
Generabis omnium.
32. Mater eris et diceris  
Omnis orbis domina.  
Eris parens, sed non carens  
Castitate pristina.
33. Ne turberis, ne miseris  
Audiens, quod paries;  
Gignes quidem, sed ut pridem  
Virginem te senties.
34. Appetitus et pruritus  
Carnis ignorabitur,  
Partum tamen in te flamen  
Sanctum operabitur.
35. Summa virtus atque sanctus  
Te replebit spiritus,  
Ut cunctorum saeculorum  
Rex sit tuus genitus.
36. Eris praegnans, namque regnans  
In aeternum Dominus  
Sumet corpus, per quod opus  
Mundi tollet facinus.
37. Is salvabit, quem purgabit  
A peccatis, populum,  
Regnaturus et daturus  
Regnum his in saeculum.
38. Exsultabunt et laudabunt  
Te fideles feminae,  
Erunt omnes nationes  
Tuo salvae germine.
39. Credidisti, quod audisti  
Mente devotissima,  
Ante partum et post partum  
Manens integerrima.
40. Ut scripturae praedixere,  
Facta es puerpera,  
Iam cum nato coronato  
Regnas super aethera.
41. Universae iam conversae  
Gentes te magnificent,  
Te precantur, te mirantur  
Ac devote praedicant.
42. Sunt caelestes chori testes,  
Quibus es praeposita.  
Te cunctorum electorum  
Transscendisse merita.
43. Totus orbis te pro morbis  
Et necessitatibus  
Deprecatur, ut fruatur  
Optatis successibus.
44. Te laudamus et rogamus,  
Feminarum gloria,  
Tuam prolem, verum solem,  
Nobis reconcilia.
45. Nos conserva, ne caterva  
Laedat adversantium.  
Atque caecis tuae precis  
Porrigere subsidium.
46. Preces fande, ne immundae  
Succumbam libidini,  
Ut mens mea non sit rea  
In conspectu Domini.
47. Stella maris, quae ignaris  
Subvenis et perditis,  
In hoc salo nos a malo  
Tuis salva meritis.
48. Ne amaris patiaris  
Absorberi fluctibus,  
Qui extollunt atque colunt  
Te devotis mentibus.

49. Virgo mitis, ab ignitis  
Iaculis me libera,  
Quibus cadunt, qui non vadunt  
Tua per itinera.
50. Gemebundus fero pondus  
Culparum ingentium,  
His solutum ad virtutum  
Trahe me fastigium.
51. Alma virgo, supplex rogo  
Tuam excellentiam,  
Ut aeternam per te cernam  
Tui nati gloriam.
52. O Messia, de Maria  
Nate semper virgine,  
Qui purgasti et salvasti  
Mundum tuo sanguine.
53. Auctor vitae, nobis mitte  
Veritatis spiritum,  
Ut sciamus et agamus.  
Quod est tibi placitum.
54. Da virtutem, ut immutem  
Usu pravi operis,  
Dona, inquam, ut relinquam  
Cursum vitae veteris.
55. Rex immense, me recense  
In terra viventium,  
Ne sis memor, quibus premor.  
Peccatorum omnium.
56. Culpas lava, quibus prava  
Sordet conscientia,  
Ut sincera mente pura  
Comprehendam gaudia.
57. Nec in lacum me opacum  
Permittas descendere,  
Quo mittuntur, qui premuntur  
Peccatorum pondere.
58. Lux aeterna, sic gubernata,  
Quos vocasti, filios,  
Ut incestus atque quaestus  
Devitemus noxios.
59. Iudex iuste, rogamus te.  
Ut des cunctis veniam,  
Qui Mariae, matris tuae,  
Diligunt memoriam.
60. Sit divinae sine fine  
Decus atque gloria  
Maiestati, qua creati  
Sumus nos et omnia.

Rhythmus XII.

1. Virgo splendens, quae trans-  
scendens  
Electorum ordines  
Magistratum et primatum  
Sanctitatis obtines;
2. Quae enixa non amissa  
Castitate Dominum  
Via pacis ire facis  
Nos ad patrem luminum;
3. Stella maris, quae testaris  
Erroris itinera  
Relinquenda et agenda  
Novae lucis opera;
4. Fons virtutum, sic pollutum  
Meum os purifices.  
Ut favore digna fore  
Mea verba iudices.
5. Importunus et indignus  
Tuis sum praeconiis,  
Cum obsessus et oppressus  
Multis sim flagitiis.
6. Tamen spero, quod non ero  
Expers voti penitus,  
Si te colam, per quam solam  
Est ad vitam reditus.

7. Benedicta, cuius vita  
Summo regi placita  
Hostem stravit, culpam lavit,  
Restauravit perditam.
8. Mater Dei, preces ei  
Funde, quae nos muniant,  
Preces funde, ut secundae  
Quaeque res eveniant.
9. Tuas preces efficaces  
Esse nunquam ambigit,  
Quisquis illum, quem pusillum  
Lactavisti, diligit.
10. Virgo lenis a venenis  
Me draconis libera,  
Cuius doli celsa poli  
Labefactant sidera.
11. Pensa, pensa, quam immensa  
Carnis sit fragilitas,  
Quam iniquum inimicum  
Nostra fert humanitas!
12. Dei aula, circumvalla  
Tuo nos munimine.  
Reos solve, iustos fove,  
Imbecilles sustine.
13. Mediatrix et salvatrix  
Infirmarum mentium,  
Fave votis, dans aegrotis  
Optatum remedium.
14. Caecis lumen et acumen  
Caligosis repara,  
Leva pressos, iuva fessos,  
Maerentes exhilara.
15. Egenorum et victorum  
Consolare gemitum,  
Peregrinis et captivis  
Gratum posce reditum.
16. Ut laetantes navigantes  
Veniant ad littora,  
Violentos claude ventos  
Mota sedans aequora.
17. Inimicos fac amicos  
Et benignos invicem,  
Ut non gravem, sed suavem  
Sentiamus iudicem.
18. Pro Iudaeis, licet reis,  
Tuum roga filium,  
Ut agnoscant hunc et poscant  
Eius adiutorium.
19. O magistra et ministra  
Verae sapientiae,  
Fac me rectum et perfectum  
In via iustitiae.
20. Posce natum, ut reatum  
Meum ipse deleat,  
Et implora, ut in hora  
Mortis nil me terreat.
21. Ora regem, ut sic legem  
Ipsius custodiam,  
Ut ex mundo transeundo  
Lactus hunc aspiciam.
22. O beata, sic peccata  
Tuis dele precibus,  
Quae commisi, paradisi  
Ut quiescam sedibus.
23. Te colentes fac gaudentes,  
Cuncta pellens noxia  
Et procura, ut mansura  
Perfruamur gloria.
24. Maris stella, sic compella  
Aures summi iudicis,  
Ut nos festis rex caelestis  
Societ angelicis.
25. Ut in sorte et cohorte  
Supernorum civium  
Numeremur et laetemur  
In terra viventium.
26. Vitae dator et plasmator  
Ac redemptor hominis,  
Clavis David, quem portavit  
Venter almae virginis.

- |   |   |
|---|---|
| <p>27. Benedicite rex, dimitte<br/>Cuncta mihi debita,<br/>Quae contraxi, nam haec auxi<br/>Semper agens vetita.</p> <p>28. Heu, quam male spiritale<br/>Baptismi mysterium<br/>Violavi! nam foedavi<br/>Me per omne vitium.</p> <p>29. Male feci, quod subieci<br/>Pravis me spiritibus<br/>Serviando et favendo<br/>Sceleratis actibus.</p> <p>30. Fili Dei, cordis mei<br/>Dissipa caliginem,<br/>Ne descendam in horrendam<br/>Inferni voraginem.</p> <p>31. Interventu et obtentu<br/>Matris tuae virginis<br/>Me timore et amore<br/>Reple tui nominis.</p> <p>32. Pius esto et memento,<br/>Quid pro nobis feceris,<br/>Pro indignis et malignis<br/>Quanta sustinueris.</p> <p>33. Preces audi et custodi<br/>Nos a cunctis hostibus,<br/>Exoratus et placatus<br/>Matris tuae precibus</p> | <p>34. Intercedat haec et reddat<br/>Nobis te placabilem,<br/>Quem portavit atque pavit<br/>Lacte factum humilem.</p> <p>35. Propter eam, quaeso, meam<br/>Munda conscientiam,<br/>Ne offendam reverendam<br/>Vultus tui gloriam.</p> <p>36. O beate, pietate<br/>Tua me iustifica,<br/>Quid gerendum, quid dicen-<br/>dum,<br/>Mihi semper indica.</p> <p>37. Deus homo, fac de domo<br/>Nos exire carceris,<br/>Ut iam dones mansiones,<br/>Quibus ipse cerneris.</p> <p>38. Tuum vultum nunc occultum<br/>Tuis iam fidelibus<br/>Manifesta atque praesta<br/>Pacem te colentibus.</p> <p>39. Fac intrare nos praeclarae<br/>Tuae domus atria<br/>Atque bonis mansionis<br/>Nos supernae satia.</p> <p>40. Tibi nato cum beato<br/>Patre laus et gloria<br/>Flaminique, qui utrique<br/>Compar est per omnia.</p> |
|---|---|

Rhythmus XIII.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Laus fidelis Israelis,<br/>Virgo plena gratia,<br/>Quae, dum paris, non privaris<br/>Virginali gloria,</p> <p>2. Quam praescitam et electam<br/>Deus ante saecula<br/>Benedixit et promisit<br/>Per vatam oracula,</p> | <p>3. Iesse virga, sic nos purga<br/>Vitiorum sordibus,<br/>Ut remotis his devotis<br/>Te laudemus mentibus.</p> <p>4. Insensatos et ingratos<br/>Esse Dei gratiae<br/>Se ostendunt, qui non reddunt<br/>Laudem tuae gloriae.</p> |
|--|---|

5. Sese fraudat, qui non laudat  
Genetricem Domini,  
Qui non orat hanc, ignorat,  
Quid sit datum homini.
6. Precor ergo, sacra virgo,  
Ut meum obsequium  
Sit acceptum nec ineptum  
Sit laudantis studium.
7. Benedictus sit beatus  
Tui fructus uteri,  
Cuius dono pax humano  
Restauratur generi.
8. Quam iucundum lux in mundum  
Venit indeficiens,  
Carne sumpta ex innupta  
Matre nobis oriens.
9. Res novella, quod puella  
Regem nostrum genuit,  
Regem magnum nec sic damnum  
Pudoris sustinuit.
10. Quam sacrata et beata  
Genetricis ubera,  
Ex qua natus et lactatus  
Est, qui regit sidera.
11. O mamillae, quibus ille  
Parvulus nutritus est,  
Iussu cuius mundi huius  
Ornatus perfectus est.
12. Protoplasti culpa cuncti  
Gloriam amisimus,  
Per consortem eius mortem  
Geminam incurrimus.
13. Per Mariam, dum Messiam,  
Eius natum, sequimur,  
Immortales et aequales  
Angelis efficimur.
14. Dei mater, fac gratanter  
Tua nos sollempnia  
Celebrare et vitare  
Carnis desideria.
15. Virgo mitis, impeditis  
Libertatem postula,  
Pelle falsa et relaxa  
Delictorum vincula.
16. Maris stella, seda bella,  
Seda malos homines,  
Ne nos mergant aut dispergant  
Mundi huius turbines.
17. In hoc mari dominari  
Non permittas spiritus,  
Quibus mentes imprudentes  
Subruuntur funditus.
18. Ex hoc freto tuo peto  
Eruī praesidio  
Et postremo in supremo  
Collocari gaudio.
19. Iter tutum per virtutum  
Gradus mihi praepara,  
Gressum leva, ne in saeva  
Miser ruam tartara.
20. Magnum onus gesto pronus  
Culparum congerie,  
Onus grave, quod est pravae  
Poena conscientiae.
21. Audiendo et videndo,  
Verbis et operibus  
Me destruxi et seduxi  
Variis erroribus.
22. Virgo clemens, tuam gemens  
Precor excellentiam.  
Ut cunctorum delictorum  
Mihī poscas veniam.
23. Mater bona, mente prona  
Deprecor ac supplico,  
Da virtutem, ut non nutem  
Impetu daemónico.
24. Te requiro, ut a diro  
Hoste me custodias  
Et coronam sempiternam  
Mihī dari facias.

25. Sit voluntas, nam facultas  
Tuum velle sequitur,  
Quidquid voles, tua proles  
Dare non morabitur.
26. Virgo pulchra fulgens ultra  
Cuncta caeli sidera,  
Postulamus, ut sumamus  
Per te vitae munera.
27. Curam gere, ut videre  
Mereamur filium.  
Quaere pacem, ne minacem  
Vibret in nos gladium.
28. Meam vitam fac munitam  
Fide et operibus,  
Ut ad cenam intrem plenam  
Bonis immortalibus.
29. Dei verbum, qui superbum  
Cruce vincens zabulum  
Expiasti protoplasti  
Noxa tuum populum.
30. A malignis pro indignis  
Patiens crudelia,  
Ut terrenos et egenos  
Sublimares gloria.
31. Rex caelestis, sic modestis  
Me perorna moribus,  
Ut bonorum aeternorum  
Dignus sim muneribus.
32. Munimentum sit credentum  
Eius intercessio,  
Quae te pavit et gestavit  
Sacrosancto gremio.
33. Reis parce, qui ab arce  
Missus es aetherea  
Carne sumpta, ut corrupta  
Restaurares terrea.
34. Tua mundet et fecundet  
Corda nostra gratia,  
Ut virtutum ferant fructum  
Expellendo vitia.
35. Innocenter et prudenter  
Fac nos cuncta gerere,  
Ne phantasma tuum plasma  
Possit ullum fallere.
36. Fac me cautum atque promptum  
In hoc vitae stadio.  
Ut per fletus fruar laetus  
Summae pacis bravio.

Rhythmus XIV.

1. Stella maris, singularis  
Mater excellentiae,  
Quae post natum principatum  
Tenes sanctimoniae
2. Mediatrix, summi patris  
Ex qua nasci genitus  
Est dignatus, per quem datus  
Est ad vitam reditus.
3. Roga Christum, ut auditum  
Praebens te colentibus  
Nos gubernet et exornet  
Gratiae muneribus.
4. Salve virgo, quae nos iugo  
Absolvisti criminis,  
Quo ligavit nos et stravit  
Primi lapsus hominis.
5. Iesse virga, omnis lingua  
Debet te percolere,  
Tibi gentes debent grates  
Atque laudes reddere.
6. Nam dum verbum sempiternum  
Summi patris generas.  
Tuo partu a reatu  
Nos antiquo liberas.

7. Reges multi atque iusti,  
Per divinam gratiam  
Inspirati, tui nati  
Posebant praesentiam.
8. O beata, revelata  
Per te nunc prophetica  
Sunt secreta et completa  
Legis priscae mystica.
9. Virgo florem contra morem  
Atque fructum arida  
Germinavit, quae signavit,  
Quod tu fores gravida.
10. Tu nimirum nunquam virum  
Passa prolem regiam  
Edidisti nec sensisti  
Pariens tristitiam.
11. Stella maris, quae, dum paris,  
Non perdis signaculum  
Castitatis, a peccatis  
Tuum solve servulum.
12. Virgo splendens, quae ascendens  
Sicut fumi virgula  
Procedentis ex pigmentis  
Omni cares macula,
13. Sit salutis causa cunctis,  
Quod te Deum credimus  
Genuisse et mansisse  
Virginem asserimus.
14. O Maria, prece pia  
Nobis fer auxilium,  
Cuius nomen dat solamen  
Miseris ad gaudium.
15. Nomen sanctum, per quod  
planctum  
Aeternum evasimus,  
Nomen bonum, per quod donum  
Salutis accepimus.
16. Iesse virga, tuum roga  
Benedictum filium,  
Ut nos servet et enervet  
Fraudes adversantium.
17. O beata, postulata  
Nobis clemens obtine,  
Redde tutos et exutos  
Nos ab omni crimine.
18. Dei mater, incessanter  
Nobis posce veniam  
Et cunctorum commodorum  
Confer affluentiam.
19. Aufer bella et flagella  
Famem, pestem, gladium,  
Tribulatis pietatis  
Impende solacium.
20. Pax et quies nostros dies  
Faciunt laetissimos,  
Ne languores aut maerores  
Nostros gravent animos.
21. Mater bona, nobis dona  
Tuum patrociniū,  
Ut regnemus et laudemus  
Tuum semper filium.
22. Factor orbis, qui pro nobis  
Natus es ex femina,  
Crucis poena aliena  
Qui purgasti crimina,
23. Ad te clamo, ut ex hamo  
Me peccati liberes  
Et coronae sempiternae  
Donativo muneres.
24. Matris prece me de nece,  
Quam formido, libera  
Pelle metum, fac me laetum  
Cuncta sanans vulnera.



25. Rex virtutem fac devotum  
Me in tuae laudibus  
Genetricis, quae pudicis  
Gessit te visceribus,
26. Eius laudes contra fraudes  
Inimici faciant  
Nos invictos et adflictos  
A malis eripiant.
27. Rex perennis, fac me regnis  
Gaudere caelestibus  
Cum amicis genetricis  
Tuae sanctae precibus.
28. Inter oves, quas tu foves  
Pietatis gratia.  
Me recense atque mensae  
Tuae bonis satia.
29. Illibatae matris nate,  
Christe, spes fidelium,  
Da cum sanctis ignorantis  
Finem regni gaudium.
30. Tibi nato cum beato  
Patre laus et gloria  
Flaminique, qui utrique  
Compar est per omnia.

Rhythmus XV.

1. Mater Dei, per quam rei  
Consequuntur veniam,  
Quae vicisti maledicti  
Serpentis astutiam,
2. Benedicta, fac nos ita  
Tua festa colere,  
Ut venturam per te iram  
Possimus evadere.
3. O insignis, ut te dignis  
Valeamus laudibus  
Venerari, fac mundari  
Nos a culpis omnibus.
4. Te laudare, praedicare  
Atque benedicere  
Delectantur, qui conantur  
Ad summa pertingere.
5. Nam et ipsi quondam missi  
Caeli cives incliti  
Congaudebant nec tacebant,  
Quanti esses meriti.
6. Virgo felix, per quam caelis  
Atque terris gaudium  
Est tributum, quae virtutum  
Gemmis fulges omnium,
7. Deprecare, ut vitare  
Nos peccata faciat  
Rex aeternus, ne infernus  
Post mortem deglutiat,
8. Virgo sancta, cerne, quanta,  
Perferanus iugiter  
Temptamenta, et sustenta  
Nos, ut stemus fortiter.
9. Heu, quid feci, cum me neci  
Tradidi perpetuae,  
Vanitate captus vitae  
Brevis et exiguae.
10. Quantis visus sum elisus  
Et auditus lapsibus,  
Gustus, tactus et olfactus  
Vulneratus sensibus!
11. Virgo mitis, ad te tristis  
Et maerens confugio.  
Meliorem ad languorem  
Curam non invenio.
12. Te rogare singulare  
Lapsis est remedium.  
Sanitatis vulneratis  
Per quam datur gaudium.

13. Te requirat. qui suspirat  
Pressus mole criminum,  
Habens ratum, quod placatum  
Reddes ei Dominum.
14. Deo iuncta potes cuncta  
Dare te rogantibus,  
Cum benignis et malignis  
Imperes spiritibus.
15. Quae seductis spes salutis  
Esset aut solacium,  
Si non nobis factor orbis  
Daret hoc remedium?
16. Si divina medicina  
Defuisset vulneri,  
Quid facturi, quo ituri  
Nos eramus miseri?
17. Mater prima nos ad ima  
Suo traxit crimine,  
Nunc reatus est ablatum  
Tuae prolis sanguine.
18. Nunc regressus est concessus  
Ad superna gaudia  
His, qui vincunt et relinquunt  
Mundi desideria.
19. Cunctis sanctis es pro tantis  
Grata beneficiis,  
Cunctis cara et praeclara  
Magnis privilegiis.
20. Virgo mitis, a delictis  
Nos emunda precibus,  
Ut purgati simus apti  
Iungi caeli civibus.
21. Lumen verum, factor rerum,  
Mundi rector fabricae,  
Tot procellis, tot flagellis  
Nos adfictos respice.
22. In diebus nostris rebus  
Nos secundis sustine  
Et custodi nos ab omni  
Incorruptos crimine.
23. Fide muni nos et uni  
Caritatis munere,  
Nullus terror, nullus error  
Possit nos subvertere.
24. Rex aeternae, a gehennae  
Salva nos supplicio,  
Quos peccato solvis dato  
Mortis tuae pretio.
25. Prece matris nos ab atris  
Libera spiritibus,  
Ne cum ipsis pro commissis  
Damnemur reatibus.
26. Iesu bone, visione  
Tua nos laetifica,  
Sic gubernata nos, ut regna  
Consequamur caelica.
27. Tibi noto cum beato  
Patre laus et gloria  
Flaminique, qui utrique  
Compar est per omnia.

### Epilogus.

1. O salutaris, virgo, stella maris,  
Generans prolem, aequitatis solem,  
Lucis auctorem, retinens pudorem,  
Suscipe laudem.

2. Caeli regina, per quam medicina  
Datur aegrotis. gratia devotis,  
Gaudium maestis, mundo lux caelestis  
Spesque salutis.
3. Aula regalis, virgo specialis,  
Posce medelam nobis et tutelam,  
Suscipe vota precibusque cuncta  
Pelle molesta.
4. Virtutum chori, summo qui rectori  
Semper astatis atque iubilatis,  
Ovis remotae memores estote  
Nosque iuvate.
5. Felicis estis patriae caelestis  
Cives, cunctorum nescii malorum,  
Quae nos infestant miseramque praestant  
Undique vitam.
6. Unde rogamus atque supplicamus,  
Ut foveatis atque muniatis  
Vestros conservos, quorum rex super vos  
Cum patre regnat.
7. Patriarcharum atque prophetarum  
Pollens senatus diluat reatus.  
Sedens in thronis, renitens coronis,  
Vestibus albis.
8. Ordo sanctorum nos apostolorum  
Regat docendo. foveat regendo.  
Votis intendant, supplices defendant,  
Vincula solvant.
9. Pacis augmentum poscat innocentum  
Grege candidatus, quos rex perturbatus  
Iussit necari, metuens privari  
Culmine regni.
10. Triumphatores, mundi qui rectores  
Fide vicerunt, gloriam spreverunt,  
Nobis suorum praestent triumphorum  
Gaudia secum.
11. Impetret votum chorus sacerdotum  
Necnon cunctorum coetus confessorum.  
Omnes qui gratum Deo famulatum  
Exhibuerunt.

12. Grex virginalis oret, ut de malis  
Saecli praesentis sicut et sequentis  
Eripiamur et, quod postulamus,  
Accipiamus.
13. Universorum cunei sanctorum  
Caelo regnantes audiant rogantes,  
Quibus adiuti mereantur uti  
Luce perenni.
14. Omnes electi, compotes effecti  
Vitae beatae, Dominum rogate,  
Nobis ut laetam donet et quietam  
Ducere vitam.
15. Praestet levamen nobis et iuvamen,  
Quo mundi fluctus gehennaeque luctus  
Sic evadamus, ut, quod peroptamus,  
Obtineamus.
16. Lux sempiterna, pie nos gubernata,  
Pater ac nate parque deitate  
Spiritus sancte, Deus unus ante  
Saecula trinus.

**I Lesarten.** Prologus AB; ferner Collect. ms. Trebonense anni 1331. Cod. Pragen. XIII B 5. P. — 1 lumen rerum B. — 5 te supplices A. — 10 Ut non laeescam A; Ut ne laeescam BP. — 13 Tu superexcellis A. — 14 oculos P. — 18 habendus P. — 21 Fructibus et spiritus B. — 22 et cito cadit B. — 24 Utque cedrus A. — 32 ut vires A. — 40 Tu facis BP. — 44 bis 49 fehlen A. — 45 pius, pudicus P.

Rhythmus I. — 1, 1 iueundus (später korr.) A. — 1, 3 Sic ad divum N; fontem verum M. — 2, 2 praebet A. — 2, 3 se ierenti F. — 2, 4 Est Deus K. — 3, 1 Tantis bonis L; Multis bonis E. — 3, 2 Servis tuis O. — 4, 2 requirit B; invenit EL. — 5, 2 Hos qui M. — 5, 3 Cuncta bona L. — 6, 3 Cum te EN; te crucis F. — 6, 4 Impudenter FKO; nescienter E; ingeris B. — 7, 1 Tu non E; Dum non B. — 7, 2 Quos nunc suadet M; suadet (später korr.) B. — 7, 3 Non affectas G. — 8, 1 Respice I. — 8, 3 Cuius regis, cuius legis EM; Cuius degis, cuius egis L; Cuius legis cuive degis N; Ubi legis, cuius legis BG. — 8, 4 Cuius sis et originis B. — 9, 1 Nec F. — 9, 3 te attende E. — 10, 1 quid et quare BDGIL; quod et quare MN. — 10, 3 Huius A; Cui L. — 11, 1 Immortalis LN. — 11, 3 Cum FNO; actori I; Creatori et auctori BGM. — 12, 1 Sed peiores D; sunt tortores L. — 12, 3 Quo torquendus et mittendus GM. — 13, 1 fit iocundus I. — 13, 3 Pro re brevi atque levi BGO. — 14, 2 iugum perdas EL. — 14, 3 Ne abiecta D; Ne subiecta M; Et abiecta FK. — 14, 4 excluderis F. — 15, 1 sint N. — 15, 2 Ut curantur L; Ut sanentur E. — 15, 3 crescant, inputrescant B. — 15, 4 Pergant I; Pereas velocius L. — 16, 1 Non desperes EO; iam coheres A. — 16, 2 Esse Christi L. — 16, 3 sq. fehlen B. — 17, 3 plangens, corpus angens E. — 17, 4 Diluens E. — 18, 1 Si vivorum defunctorum M. — 18, 4 Non vult suum BLO; Suum fehlt E. — 19, 1 Pectus tunde, preece funde G. — 20, 4 Cuncta haec facinora DEIN;

Haec cuncta facinora O. — 21, 3 ne cunctaris O. — 21, 4 posse F; Roga mente subdita E. — 22, 2 daemociis B; daemoniaciis KM; Affligi E. — 23, 2 Malus serpens E; Dirus draco O. — 23, 3 Superanti L. — 24, 1 Sed si forte E. — 24, 4 Per illam M; recipias DI; suscipias O. — 26, 2 Nunc habere O. — 26, 4 oraveris E. — 27, 2 sis F; Cunctis sanctis viventibus O. — 27, 4 Cunctis his DI. — 28, 1 linire BF. — 28, 2 Corda solet D. — 28,4 rogantium O. — 29, 2 Facit et resurgere N; Faciet resurgere IO. — Str. 30 fehlt B. — 30, 3 aversos DIKL; et submersos DEIKLMNO. — 31, 1 et haec clama L. — 32, 1 Veri solis, si hanc solis DIEMO. — Str. 33 fehlt N.

Rhythmus II. — 1, 2 Laudes mea anima O. — 1, 3 Eius gesta, eius festa BFKO; Eius bona semper sona M. — 1, 4 splendidissime B; Semper illam praedica M. — 2, 2 Suam celsitudinem E; Eius pulchritudinem L. — 4, 1 He persona nobis dona I. — 4, 3 sq. nebem obigem Text: Haec regina de ruina | Faciet te surgere B. — 5, 2 virgini BL. — 5, 3 Quae iunctum G. — 5, 4 Miro mutat munere C. — 6, 2 Mea laudes anima M. — 6, 3 Eius bono F; Huius bona L; Eius festa, eius gesta M. — 6, 4 illa B; Cole splendidissima M. — 7, 1 Neue Initiale G; Omnes ei sensus mei L. — 8, 1 Nemo certe GO. — 9, 2 Dei matrem M. — 9, 3 fingit korr. in fingat C; Nullus dicat quod G; ut attingat A. — 9, 4 Huius CDI. — Str. 10 fehlt N. — 10, 1 quantum decet L. — 10, 2 Eius laudans M. — 10, 3 Eius cuncta C; Quae praecunctis Dei sanctis L. — 10, 4 Erit semper praelecta L. — Str. 11 fehlt N. — 11, 2 Piis constat mentibus EG, Piis distat mentibus F. — 11, 3 Ut intendam me impendam G. — 12, 2 Nullus, digne G. — 12, 3 Vanus tamen G; vel insanus E. — 12, 4 Est qui eam M; eam reticet D. — 14, 2 Illustrant FK. — 14, 4 Miram dant fragrantiam C. — Str. 15 hinter 19. C. — 15, 1 nobis lumen B. — 15, 4 claustrum C. — Str. 16 fehlt C. — 16, 1 homo tristem I. — 16, 2 Audivit sententiam E. — Str. 17 fehlt N. — 17, 2 Nobis specialiter C. — 17, 4 Decet eam LO. — 18, 2 depellat K. — 18, 3 et depellat F. — 18, 4 Sunt quaecumque ACDEGL. — 19, 2 Natus eius CDFIKL. — 19, 3 Et finita G; carnis lucta L. — CDIN ziehen die Str. 1 und 2 des folgenden noch zu diesem Hymnus. Dann schiebt N ein:

- |  |   |
|--|---|
| 1. Speciosa plus quam rosa<br>Magis candens lilio,<br>Carens pari, singulari<br>Sola digna filio;      | 7. Inquinavi sorde gravi<br>Mentem, linguam, opera,<br>Ad delendas omnes mendas,<br>Quae me laedunt, propera. |
| 2. Plus decora quam aurora,<br>Luna praecellentior<br>Et solaris luminaris<br>Radio intensior;         | 8. Casta parens labe carens,<br>Salutis puerpera,<br>Stella maris, ab amaris<br>Casibus me libera.            |
| 3. Flos regalis, virginalis<br>Chori lux egregia,<br>Quam de Iesse ortam esse<br>Stirpe constat regia; | 9. Sacra vitis, uva mitis,<br>Da potum, quem sitio,<br>Ut affectum geram rectum<br>Purgatus a vitio.          |
| 4. Dans odorem meliorem<br>Murra et aromate,<br>Odoratum magis gratum<br>Omni thymiamate;              | 10. Fluat stilla de mamilla<br>Gloriosae virginis,<br>Fundat rorem, qui ardorem<br>Extinguat libidinis.       |
| 5. Purga mentem iam foentem<br>Et corruptam graviter,<br>Resipiscat et iam discat<br>Fragrare suaviter | 11. O puella, interpella<br>Tuum pro me filium<br>Et dignare meo dare<br>Dolori consilium.                    |
| 6. Foetor gravis, qui de pravis<br>Procedit radicibus,<br>In odorem meliorem<br>Versis cedat vicibus.  | 12. Roga Deum, ne me reum<br>Damnet propter crimina,<br>Sed afflicto pro delicto<br>Vitae pandat limina.      |

- |   |  |
|---|--|
| <p>13. Delictorum iunestorum<br/>In profundum corruï,<br/>Virens male criminale<br/>Vix quidquam abhorruï.</p> <p>14. Sum periurus nec sum purus<br/>A reatu sanguinis,<br/>Involutus et pollutus<br/>Foetore libidinis.</p> <p>15. Sum profanus, mendax, vanus,<br/>Sum tenax et stupidus,<br/>Sum dolosus et gulosus,<br/>Detractor et invidus.</p> <p>16. Sum superbus et acerbus,<br/>Carens patientia,<br/>Quasi demens ira fremens,<br/>Pacatus ad vitia.</p> | <p>17. Plenus vanis ac profanis<br/>Cogitationibus,<br/>Dolo plenis et obsecaenis<br/>Effluo sermonibus.</p> <p>18. Sic malorum qui tantorum<br/>Mole pressus iaceo,<br/>Huius rei causa Dei<br/>Nomen sanctum taceo.</p> <p>19. Pro peccatis perpetratis<br/>Vehementer doleo<br/>Et ad Deum vultum meum<br/>Levare non audeo.</p> <p>20. Mater Dei, cordis mei<br/>Dolorem considera,<br/>Preces meas, quaeso, vehas<br/>Ad regentem sidera.</p> <p>21. O benigna, laude digna<br/>Gloriosa domina,<br/>Quae divina medicina<br/>Mundi purgas crimina.</p> |
|---|--|

Hierauf folgen Rhythmus IX, 16—27: dann

- |  |   |
|--|---|
| <p>22. Illa, inquam, ne delinquam<br/>Me conservet gratia,<br/>Qua replevit te, qui flevit<br/>Inter tua brachia.</p> <p>23. Mater casta, semper asta,<br/>David proles inclita.<br/>Pia prece me de facce<br/>Vitiis suscita.</p> | <p>24. Te honoro, te adoro,<br/>Mater, flexis genibus,<br/>Tu eunctorum delictorum<br/>Absolve me nexibus.</p> <p>25. Mei patris atque matris<br/>Memorare, domina,<br/>Hos conserva et enerva<br/>Eorum peccamina.</p> |
|--|---|

Dann Rhythmus VIII Str. 45, worauf weiter:

- |  |   |
|--|---|
| <p>26. Serva cunctos mihi iunctos<br/>Amoris solacio,<br/>Orbem totum fac devotum<br/>In tuo servitio.</p> <p>27. Nostrum regem, iustam legem<br/>Fae, quaeso, componere<br/>Et post mortem fac consortium<br/>Requiei superae.</p> <p>30. Auge fructus, pelle luctus,<br/>Fluctus tolle noxios<br/>Et imbelles et rebelles<br/>Tibi fac obnoxios.</p> | <p>28. Rege clerum, auge verum,<br/>Rectores ecclesiae<br/>Fae ferventes, non tepentes<br/>In zelo iustitiae.</p> <p>29. Tam absentes quam praesentes<br/>Fratres nostros refove<br/>Et ab illis, quidquid illis<br/>Est nocivum, remove.</p> |
|--|---|

Dann folgen der Reihe nach XII Str. 17, 18, 14, 15, 16; XV, 1; XIV, 19, 20; XII, 23. Vor letzterer Strophe aber noch:

31. Pro defunctis Deum cunctis  
Exora fidelibus,  
Ut gaudentes resurgentes  
Perfruemur gloria.

Rhythmus III. — 1, 3 Et transvectam E. — 2, 2 infantes L; aspicias GM. — 2, 3 sq. nachgetragen C. — 2, 4 Dignos bonis O. — 3, 4 refugium L. — 4, 1 Vitae norma, morum forma BG. — 5, 3 Quod non K. — 6, 1 fructuosa M. — 6, 3 elegit, qui nos regit O. — 7, 3 et polorum O. — 7, 4 Qui F. — 9, 1 opta I. — 9, 3 Ut decenter et frequenter B. — 9, 4 Laudem tuam gloriam O. — 10, 2 Meam scia F. — 10, 3 nec silendum A; vel silendum F. — 10, 4 gratia B. — 11, 3 liberatis K; (später korr.) B; ubertatis L. — 11, 4 es KI. — 12, 2 Virgo es EFK; Es virgo D. — 12, 4 et fehlt G. — 13, 1 et odore K; vel colore B; Cuius flore velut rore M. — 14, 3 Fac me mundum et iucundum O. — Str. 15 und 16 umgestellt A. — 15, 1 quam fehlt B. — 16, 1 Per te mundus MO; O quam mundus L; mundus est iucundus B. — 16, 2 Vero fulgens lumine B. — 16, 4 Exitus O. — 17, 1 Tunc A. — 17, 3 sicut pleni E. — 17, 4 Sicut prophetaveras O. — 18, 1 morum perversorum MO; morum pessimorum E. — 18, 2 Relicta sunt M. — 18, 4 vestia (später korr.) B; praestigia AFKLMO. — Str. 19 bis 22 verstellt N. — 19, 1 sq. und 3 sq. umgestellt DI. — 19, 1 Mundi fluxus atque luxus LO. — 20, 3 Carnem frangi motus angi DI; Corpus frangi, motus angi B. — 20, 4 caelesti studio L. — 21, 2 Ventris claustra GM. — 21, 3 Creatorem ad O; ad amorem K. — 21, 4 Nos fehlt O. — 22, 3 Deum verum M. — 23, 3 Destitutis BEKLMN. — 24, 4 Solvit nostri A. — 25, 1 et salvatrix O. — 25, 2 animis F. — Str. 26 bis 33 verstellt B; statt dessen hier:

Da virtutem et salutem Corporis et animae,  
Ut saluti restituti Te laudemus. Domine,  
Qui salvasti, quos creasti Natus alma virgine.

26, 3 tormentis obruentis DIN. — 26, 4 Stauni G; eruar O. — 27, 1 sq. und 3 sq. umgestellt E. — 27, 1 Quot B; Hoc requiro, hoc O. — 28, 1 castus spernens fastus N. — 28, 2 clemens, sobrius O. — 28, 3 Ut resurgam et non tangam E. — 28, 4 Simulatus FO; Simulatis B; Perversa ulterius E. — 29, 2 Diversis eloquiis L. — 29, 4 Sacris aedificiis L. — 30, 1 ac FK; Nulli gravis sed suavis O. — Str. 32 fehlt E. — 32, 4 conturbent DKIL; comburent N. — 33, 3 sine gesta K; tua gesta B. — Str. 34 fehlt EN. — 34, 4 Deus alme spiritus L; Saecula divinitus F.

Rhythmus IV. — 1, 1 Singularis M. — 2, 2 Supplica et refove A. — 2, 3 aut depravat O. — 2, 4 refove (später korr.) B. — 3, 1 Virgo quae de fraude gaude B. — 3, 2 Daemonum FKLMO. — 3, 3 Cum DF; Dum tu vera A. — 3, 4 Carne Deum BEL. — 4, 1 dita (später korr.) B; dicata L. — 5, 3 tractas atque lactas E. — 6, 1 Mihi quaeso nunc BG. — 6, 2 fehlt B. — 6, 3 Dona quaeso fehlt B; mihi laeso E. — 7, 2 Iesu tuo O. — 8, 1 me fehlt L; pellens B. — 8, 2 Compelle AEN; Depelle D; Compelle korr. in Depelle I. — 8, 4 mente custodiam BG; Et vincitis constantiam F. — 9, 1 ne fatiget EL. — 9, 3 et obdurat F; indurat et obscurat O. — 10, 1 ira neque devia O. — 11, 4 Inserat cicania M. — 12, 3 Fidem iustam N; spem perfectam O; spem erectam EK; perfectam (korr. saec. 15.) B. — 13, 1 Da tumoris et furoris GMO. — 13, 3 lignum F. — 14, 2 in utero O. — 14, 4 Cursu queam prospero L. — 15, 1 Da timorem DIL. — 15, 3 Dones L. — 15, 4 Extingue L. — 16, 4 Nec me unquam DG; Ne me unquam BFIKLO; Unquam me ne N; Qui me nunquam E. — 17, 2 Ad caelestem BFK. — 18, 3 Cuius missa F. — 18, 4 Modis manent BG. — 19, 4 Votis K. — Str. 20 und 21 umgestellt M. — 20, 1 Me egenum LMO. — 20, 4 Possim tuum L. — Str. 21 fehlt O. — 21, 2 semper affectibus B; Caritatis actibus G. — 21, 4 instet B. — Nach Str. 21 in M:

Fons amoris, cunctis horis  
Nobis posce veniam  
Et cunctorum commodorum  
Confer affluentiam.

22, 2 Bestiales et O. — 22, 4 Compelle DFIN. — 23, 1 de catenis O. — 23, 2 Daemonum nos B. — 24, 1 et nutricem BEFGIKLM. — 24, 2 sentiat K. — 24, 3 Qui gaudent et frequenter M. — 24, 4 Te Dei N; Tuas laudes nuntiant M. — Str. 26 und 27 umgestellt DIN. — 26, 2 vera gloria F. — 26, 4 Tua dignus DK; Dignus tua B. — 27, 3 Nos a malis tuearis B. — 27, 4 Semper elementissime B. — Str. 28 verstellt B. — 28, 3 Quos salvasti LN. — 28, 4 alme O. — Str. 29 fehlt EL. — 29, 4 Saecula divinitus O. — Statt Str. 29 in N:

Iesu bone. sic dispone  
Horam mei transitus,  
Ut ad chorum electorum  
Meus pergat spiritus.

Rhythmus V. — 1, 1 Pater (später korr.) F. — 2, 1 Huc affectum, huc aspectum F; Hunc affectu, hunc prospectu K. — 2, 2 dirie B; propitius M. — 2, 3 Condescendens B; Non descendens K; et appendens I. — 4, 2 destrue B. — 4, 3 hic saggittis M; his saggitis ELN. — 4, 4 Possit nos hic laedere I; fehlt B. — 5, 1 Iueundare, quae portare B. — 5, 3 mundi ducem L. — 6, 1 et innupta DFKN. — 6, 2 filium O. — 6, 3 huic K. — 6, 4 Tuum sensit uterum B. — 7, 1 Altet I. — 7, 3 Huius fructus L. — S. 2 Geminarum F. — 8, 3 nil sit triste I; nil dat triste M; nihil triste LO. — Str. 9 und 10 umgestellt BEFGKLMO. — 10, 2 Vitae carnis L; Nostreae carnis N. — 10, 3 et provexit DIN; et revexit MO. — 11, 1 et prophetis D. — 11, 3 quod completum DGI; impletum B. — 11, 4 In te est BEFGIKO. — 12, 3 Dum NO. — 12, 4 apparuit L. — 13, 3 et honorat M; Quem honorat et adorat N. — 13, 4 Trina mundi DEFIKLN; Tota mundi GB. — 14, 4 fundens O. — 15, 2 Quem fovebas K; Cum fovebas F. — 15, 3 Tu servile, tu arcili D; Tu servile, tu ancillae I; Servit ille, tu ancillae EG, Maeret ille, tu ancillae M; Lactens ille, sed ancillae N. — 16, 1 Tu nascentis et docentis N. — 16, 3 et praesente EF. — 17, 1 Te vidente et F; Te monente et praesente K. — 18, 1 Cum divinae BEFIKM. — 8, 3 Cum signorum G; De verborum et factorum L. — 19, 1 tot dolores B; et dolores E; Quot languores, quot dolores IK; Quot dolores, quot angores FL. — 19, 3 Dum in LO; ducem fehlt B. — 19, 4 impia E. — 20, 1 Quot tormenta, quot lamenta FK. — 20, 3 Dum rex M. — 21, 3 Dum BGL. — 21, 4 cernens M; Tuum vides E. — 22, 1 Hic rex magnus sicut O. — 23, 1 Cuius DEFGKMO; nobis regna L; nos ad regna O; ad amoena N. — 23, 2 Nos vexit N; Vere duxit gaudia O. — 23, 4 fudutia B. — 24, 3 Ut per normam vitae formae E. — 24, 4 dares F; Servi daret E. — 25, 1 est extensus G. — 25, 2 In crucis E. — 25, 3 De poenarum L. — 25, 4 Salvat E. — 26, 1 Diris Iesus LMO. — 26, 3 Verberatus et per N; et prelatus L; et velatus O. — 26, 4 Transfixus est B; Et transfixus N; Ac transfixus O. — Str. 27 ff. fehlen L. — 27, 1 Confringens BM; efringens A. — 27, 4 fecit BDEIKN. — 28, 1 es completa N; et repleta O. — 28, 2 Die, virgo, tertia N; Facta die tertia O. — 28, 3 Dum MO; Qua rex N; dirae mortis E. — 28, 4 Pertulit EFO; iudicia AE. — 29, 2 Duris E. — 29, 3 Dum tangendum se videndum O. — 30, 1 Quis pensare, quis narrare F; Hinc narrare, quis pensare O. — 30, 3 Unde maestis O; Quoniam maestis B. — 31, 1 Inde tibi NO. — 32, 1 Post haec signa GB. — 32, 2 Ad patrom N; vides regnum B. — 32, 4 conscendere FG; contendere K. — 33, 1 semper K; mater cuncta B. — 33, 3 Omnis poli, omnis soli E; Omnes soli, omnes poli GMNO. — 34, 1 adelina E. — 34, 4 Famulorum B. — 35, 1 Nam DIMO; suellmis I. — 35, 2 Iuxta mane filium B. — 35, 4 hominum F. — 36, 1 Nunc DI. — 36, 3 Et reformes DIN. — 37, 1 Tuis caris O. — 37, 1 sq. iam defunctis largiaris E. — 37, 3 Et bonorum meritum MO. — 38, 3 vel aeterna D. — 38, 4 Perfrnamur gloria O. — Str. 39 und 40 fehlen N. — 39, 1 Raum für neue Initiale B. — Str. 39 lautet in C:



Sustentare me dignare,  
 Benedicta domina,  
 Ne dimissum in abyssum  
 Gravis trahat sarcina.

Str. 41 fehlt EO.

Rhythmus VI. — Str. 1 bis 25 fehlen N. — 1, 2 laetitia I. — 1, 3 sq. hinter 3, 2 F. — 1, 3 actorem I. — 1, 4 gratiae K; gloria I. — 2, 1 Ave, mater L; per quam pater K. — 4, 1 Gemens F. — 4, 4 lucis aethere O. — 5, 1 das fehlt (später ergänzt) B. — 5, 3 quod rogo L. — 6, 1 Tu mansuetum M. — 6, 2 Meum redde M. — 6, 3 nec in meum O; atque meum E. — 6, 4 Non fehlt O. — 7, 1 Margita (später korr.) B. — 7, 4 Exornata B; stemate BDGIK. — 8, 2 Virtutumque M; Tu virtutis speculum O. — 9, 2 Amovere noxiis LMO. — 9, 3 Excolendo, exercendo LO. — 9, 4 Eam sacris D. — 10, 1 convincam D. — 10, 3 Nec D. — 11, 1 Ac decora L; decora mater, ora E. — 11, 3 Et sit DI; Esto custos GO; ut robustos L. — 11, 4 Hostes meos FGIK. — 12, 3 Et in finem LO. — 13, 3 Dum EGLO; nocturnas pellis LO. — 14, 1 Curae habe L; et a labo O. — 14, 3 Ut quo K; Esca dites tuos nites E. — 14, 4 Castitatis E; simplices O. — 16, 2 eloquiis B. — 16, 3 perituras ABGIKMO. — 16, 4 liget vinculis O. — 17, 1 Et ut LO. — 17, 3 Ac ipsius O; prius B. — 18, 2 Nos tuo O. — 19, 3 Quam clemente et potente I; Dux clementem F. — 19, 4 Super cuncta G. — 20, 1 Iam praedives A; intra cives F. — 20, 2 Es supernae patriae G; Es caelestis gloriae B. — 20, 3 sq. fehlen AB. — 20, 3 Ex quo L. — 20, 4 Sol caelestis G. — 21, 1 quem B. — 21, 2 incarnatum B. — 22, 2 Laudis A. — 22, 3 Nam saluti restituti Sumus hoc mysterio ABEFGIKLMO. — 23, 2 Nemo potest BG. — 23, 4 dicta (später korr.) B; Dita lucis GL. — 24, 1 atque munus DI; En, ieiunus posco munus BFM; Hoc ieiunus posco LO. — 24, 2 A te, ne BFM. — 24, 3 Et F; Ac O; sanctarum BI. — 24, 4 Ut quod L. — 25, 2 Mihi dari BEFKM. — 25, 3 Et, quod spero, tuo quaero DI. — 26, 2 Matrem tuam G. — 27, 4 Crimen et B; et invidiam E. — 28, 1 sq. und 3 sq. umgestellt N. — 28, 2 Praesta BDEFGIKO. — 28, 3 vite solum B. — 28, 4 sentiam LMO. — 29, 2 mei exitus M. — 4 purgat F. — Str. 29 fehlt E. — Str. 30 fehlt BENO.

Rhythmus VII. — Str. 1 bis 15 fehlen N. — 1, 1 Dux ABEGO; spes maestorum DI. — 1, 4 Peremis est BFGKL. — 2, 1 Tremebundo L. — 2, 2 Preces ad te domina BEFGI. — 2, 3 Quia gravi O; Nam quem gravi, quem speravi B; qua peccavi LM. — 3, 3 excussa L. — 4, 4 Fortiter dilaniat E. — 5, 3 Cur futura permansura O. — 5, 4 Homines non eligunt O. — 5, 3 sq. fehlen L. — 6, 1 velut pecus O; Vere est caecus ut pecus B. — 6, 2 es A. — 6, 3 Quem delcetat BDIKMO; hoc quod sperat B; quod expectat M. — 7, 1 Nam quem luctum nisi lutum K; Nullum fructum O. — 7, 2 Praebet I. — 7, 4 suspiria M. — 8, 1 Ergo flenti O. — 8, 2 Parce, rerum arbiter O. — 8, 3 a te data G. — Nach Str. 8 eingeschoben in M:

Pro peccatis perpetratis  
 Paenitere renni.  
 Paenitere vel dolere  
 Pro peccatis nolui.

9, 1 et tremesco M. — 9, 3 Cum KM. — 9, 4 caliginem O. — 10, 1 fetus atque metus BG. — 10, 2 turbat DEFIK. — 10, 4 Horam timet BDGI. — Horam penso L. — Str. 11–32 fehlen E. — 11, 1 Qui D. — 12, 1 Quo maerore, quo dolore O. — 12, 2 Depriventur B; Deprimuntur F. — 12, 3 Cum abyssis M. — 12, 4 Submerguntur FI; Demergentur B. — 13, 1 prostatus F. — 13, 2 dabant I; miseri L. — 13, 3 Dum O; semeligni DFI. — 13, 4 Simul erunt M; Saevo erunt F; Servo erunt DI. — 14, 3 quae seducunt O; Quos deducunt, quos B. — 15, 1 Ad quid ADHK; Nam quo tendam G. — 15, 1 sq. ut evadam tremendam B. — 15, 3 sq. Qui neglexi et despexi | Divinam praesentiam O. — 16, 1 quam KO. — Str. 17 fehlt N. — 18, 1 Felix scala LO. — 19, 1 me in spinas B. — 19, 3 Quae ad

luctum, non ad fructum N; Sed ad fructum me virtutum O. — 19, 4 Doce F; Doce nos ascendere B; Cogunt semper tendere N. — 20, 3 Et sis AKLO. — 20, 4 perrexero L; processio F; Iudicem processero B. — 21, 1 Confidendo me N. — 21, 4 Me tradat B. — 23, 2 Mea solum L; tantum crimina B. — 23, 3 Ni audissem A; Nec audissem, nec sensissem M; et sensissem K. — 23, 4 Te salvantem N. — 24, 1 Caeli valva N. — 24, 2 me miserum O. — 24, 4 Moles magna BF; criminum BO. — 25, 1 A culparum vel poenarum ABFGKLMO; O beata non post fata N. — 25, 2 Me salva propositis ABLM; Salva me propositis GO; Me sinas cum perditis N. — 25, 3 Me poscentem et O. — Nach Str. 26 schiebt M ein:

Nos divinae medicinae,  
Virgo sine macula,  
Munda reos et fac eos,  
Regnare per saecula.

27, 1 quem amisi N. — 27, 2 Morsu patris aditum N. — 27, 3 quae ob M; Mihi pande quod per grande N. — 28, 2 meam fehlt B. — 29, 1 Regi O. — 30, 1 viam para BFGHIKLNO. — 30, 2 Nobis ad BFGHIKLNO. — 31, 2 Ventri tuo H; Tuo venire voluit B. — 31, 2 Tuo alvo O. — 31, 3 Te amare DFHIO. — 31, 4 quod voluit K. — Str. 32 fehlt L; Vor Str. 32: Regi magno laus et agno etc. K; Statt Str. 32: Regi magno laus et agno etc. DIN; statt Str. 32 in M.

Quod optamus et rogamus,  
Donet almus spiritus.  
Qui te lavit, qui vallavit,  
Qui sacravit caelitus.

Rhythmus VIII. — 1, 3 deducis B. — 2, 3 Meruisti esse mater B. — 2, 4 Dei Christi filii B. — 3, 3 Gestans N; perductum F. — 4, 3 Hue intendente BFGHK. — 5, 1 Multe O. — 5, 4 Te ditam gratia B; Te ditatam G. — 6, 3 De scripturis B; Nec figuris nec scripturis I. — 6, 4 Laudes tuas II. — 7, 1 sq. und 7, 3 sq. ungestellt DIN. — 7, 3 Dum DIK. — 8, 1 Causa sane O. — 8, 3 Tui causa ABH; Cuius Causa MO. — 8, 4 Caeli patet BGM. — 11, 2 Geris BGM. — 11, 3 choros FGHK; Casti regis choros gregis B; Casti regis ehorum gregis O. — 12, 2 Spernens tui DIN; Tui spernis BG. — 12, 4 Cohibere BGM; Cohibendo HK. — 15, 2 Prolem suum B; Suam prolem IK; prodidit E. — 15, 3 renites BDGILM. — 15, 3 sq. lauten in N; Fides tua mundum sua | Mundum culpa reddidit. — 15, 4 Vitam nobis FHK. — 16, 1 sq. lauten in N; Super aurum te thesaurum | Sentimus charismatum. — 17, 1 redundans et abundans L. — 17, 3 Hunc K; Hinc qui non peribunt bibunt A. — 17, 4 De terra viventium O. — 18, 3 Non conclusus sed confusus (später korr. in perfusus) B; Non conclusus sed conclusus L. — 19, 1 Exquisitas margaritas O. — 19, 2 ornant K. — 19, 4 Maior exstat BDGHIKL; gloria B. — 20, 1 mire redimire N. — 20, 3 Plus quam grata O; versant F. — Str. 20 und 21 fehlen I. — 21, 3 Mentis nostras tu delectas O. — 22, 2 praeferunt DFGHIKLM. — 22, 3 madescent L. — 23, 1 quod plus BHK; quo plus LMO; quam plus N. — 23, 3 Non marcescit BHFNO; Non madescit, non decrescit L; nec durescit (über Rasur) K. — 24, 3 Cum FL; flagrascit B, über Rasur K; flagrescit A; fragrascit IKM; mentem FH. — 25, 1 elati nunc prostrati A. — 25, 2 doceo BHK. — 26, 3 patre sine matre B. — 26, 3 Qui de matre L; patre sine matre B; Qui te patre sine G. — 27, 2 Laudes tuas G. — 27, 3 Lingua mente iam intentae LO, iam fehlt indes O; Longe gentes, Korrekt. saec. 15. B. — 27, 4 Tibi recte L. — Str. 28 fehlt I. — 29, 1 In decoram F; et auroram BO. — 29, 2 Universi ALMN; proferunt F. — 30, 1 Neue Initiale vorgesehen B; tam sumista O. — 30, 2 et coronis O. — Str. 30 und 31 lauten in N:

30. Quae est ista sancti cista  
Et utri sacrarium?  
Miror matrem Deum patrem  
Habentem et filium.

31. Mater Dei, habe mei  
In morte memoriam,  
Iube nato, ne renato  
Mihi neget veniam.

Str. 31 und 32 fehlen B. — 31, 1 habens AGHIKO. — 31, 3 Eius gesta L. — 32, 1 Tua vita N. — 32, 2 sq. fehlen A. — 32, 3 Tua gesta N. — 32, 4 Cunctis admirantibus LO. — 33, 2 est BGHIK. — 33, 3 cunctis rosis O; rosis fehlt L. — 35, 1 Felix lectus A; Sanctus pectus O. — 35, 2 Rex virtutum ABCDHKMO; tacuit A. — 35, 3 Felix mater L: quae K. — Str. 35 und 36 umgestellt M. — 36, 1 Almus sinus O; Felix venter, quo clementer M. — 36, 2 qua I; Christus est absconditus M. — 37, 1 thorus atque chorus B. — 37, 3 Quam ABCDGIL. — Nach Str. 37 schiebt C ein:

O sacratae et beatae  
Manus atque brachia,  
Quae paverunt et vexerunt,  
Per quam vigent omnia.

38, 3 Qui dat G; fructum DFIK. — 38, 4 Pascens O. — 39, 1 Fac in D; In hac O. — 39, 3 Sic DO. — 40, 1 Hic BCFHIKL: Hinc natura GM: Haec natura O; vinci iam K. — 40, 3 Cuius usus est A; exusus B. — Nach Str. 40 schiebt M ein:

Felix sinus, quo divinus  
Requievit spiritus,  
Felix ulna sub mamilla  
Christus iacet inictus.

42, 1 Meque caecum M; Istum coetum DK. — 42, 2 praesidio BG. — 42, 4 Gratam tuo G; Gesta tuo L; Gestam tuo B. — 43, 2 spiritalibus A. — 43, 3 Dona pignus LMO. — 45, 1 Ae meorum O. — 45, 3 Ut lactentur et solvantur B. — 45, 4 Ab omni BMN. — 46, 2 Preces nostras BDGHKM. 46, 3 Et de malis, specialis N. — 46, 4 Clementer nos B; Virgo servum eripe N. — Str. 47 fehlt LN. — 47, 2 alme spiritus BFGO. — 47, 3 Ad te mane nec non sane O. — 47, 4 Deus unus saecula BF; Meus pergat exitus O. — Nach Str. 47 schiebt B ein:

1. O Maria, stella maris,  
Naviganti salutaris,  
O Maria, caeli porta,  
Per quam mundo lux est orta:

4. Sed qui matrem deprecatur,  
Christus cum miseratur,  
Splendor patris coequalis  
Homo factus est mortalis.

2. O Maria, virga Iesse,  
Digna Dei mater esse,  
Quae tulisti germen iustum  
Rubum servans incombustum;

5. Sumpta carne verae matris  
Ex amore Dei patris,  
Ut deleret nostram sordem  
Tradens se misericordem.

3. Ut ab isto tam benignus  
Invocetur, non est dignus,  
Semper egit malam vitam,  
Vitam malam malis tritam.

6. Ora, mater, pro me natum,  
Poenam tollat et reatum,  
Quia dixit: Mortem nolo,  
Peccatoris vitam volo.

In virtute sanctae crucis  
Sequitur stella tantae lucis.

Rhythmus IX. — 1, 1 Feminarum spes L. — 1, 3 gignes B. — 1, 4 Servat mundi BG. — 2, 1 Porta lucis FHIK: quae H. — 2, 2 Salvus I. — 3, 1 laudes tu quae gaudes O. — 3, 2 O beata nobis grata O; O beata atque dicta B. — 4, 4 purgans B; Purgas mundi F. — 6, 1 Quam sacratae, quam beatae DGHIKLO. — 6, 3 et gesserunt O. — 6, 4 vient (später korrig.)

B. — 7, 2 Nos fecit HK. — 8, 3 Tu afflictis FGHK. — 9, 1 Quae es tota redundata B. — 9, 4 morbum H. — 11, 2 und 11, 4 vertauscht O. — 11, 4 Ut tot laudes BL. — 12, 1 Nullum venum F; Nullum novum DI; nihil senum F; nullum sevum M. — 12, 1 sq. fehlen B. — 12, 2 laedit A; Non, quod laedat continens M; retines LO. — 13, 1 sq. und 3 sq. umgestellt D. — 13, 3 Quamvis plene, nullus bene AN. — 13, 4 narrent L. — 14, 2 Nemo laudet BGO. — 14, 3 est hoc iuvamen B. — 15, 1 Raum für neue Initiale belassen B. — 15, 2 emines K. — 15, 3 praedita (später korr.) B. — 18, 1 Spem labentis F; Spem habentes I; Spe gaudentes B; Sepe labentes M; firma mentis FH. — 18, 4 Exclude N. — 19, 3 veracem AHMO; feracem korr. in veracem I. — 20, 1 Fraudulentus et M. — 20, 4 Per carnis me HN. — 21, 1 Nunc patenter, nunc latenter IML; Nunc patenter nunc silenter O; Nunc patent, nunc latent B. — 21, 2 irrumpere N. — 21, 3 partem fehlt B; Quaerens partem atque artem L. — 21, 4 subrepere HIK. — 22, 2 O benigna domina N. — 22, 4 molimina N. — 23, 1 atque insanus B. — 23, 2 Non mihi BFHK. — 23, 3 non pruritus A; et pruritus I; vel pruritus N. — 23, 4 deiciat O. — 24, 1 sq. und 3 sq. umgestellt L. — 24, 1 Non auditus aut I; et olfactus O; vel olfactus N. — 24, 2 excitet A. — 24, 3 risus sive visus BG; risus, non me visus A; visus neque risus O. — 24, 4 Aut iocus N. — 25, 3 Et I; Ut restringat et B; Ut quiscant et frigescant M. — 25, 4 Motus pravi N. — 26, 1 cerena I; mens impleta B. — 26, 2 Salutari gaudio LN. — 28, 1 vitae pia D. — 28, 3 et me reum KMO. — 29, 1 ne in necem DHIK. — 30, 1 et inductor O. — 31, 4 Intra GM. — 32, 3 Nos revise M; ut illisae F; ut allisae O. — 34, 1 sq. und 3 sq. umgestellt M. — 34, 3 sq. Fac videre et gaudere | De Mariae gloria FHK. — 36, 1 Te rogamus et laudamus AFL; Te rogamus et oramus O. — 36, 3 Ut perenni nobis M; Ut aeterni clemens regni H. — 36, 4 Nobis pandas H; pandas L. — Str. 37 fehlt L. — 37, 2 alme spiritus FO; alme trinitas B. — 37, 4 Saecula I; Deus unus saecula O.

Rhythmus X. — 1, 2 Praelegit elementia L. — 1, 3 Cui partus B; Cuius natus mire datus N. — 1, 4 Restauravit FIN. — 2, 3 Que exclusus L. — 2, 4 e thalamo HO. — 3, 1 Pater regis B; per quam FHKLO. — 4, 1 Mons B. — 4, 3 nisum atque visum DIN. — 5, 1 Infundas korr. in infundo II; ut retardas B. — 5, 3 fine plena F. — 5, 4 penitus FHK; despiciam B. — 7, 1 peccatis expiatis vel purgatis D; expugnatis M. — 7, 4 Tuas laudes M. — 8, 1 Raum für Initiale belassen B. — 8, 2 Possit laude BG. — 9, 1 Dum aurora sic L; Tunc aurora fit BG. — 10, 2 Nulla I. — 10, 3 tunc fulgorem B. — 11, 1 sq. und 11, 3 sq. umgestellt HK. — 11, 2 clarificat HK. — 11, 3 Nam vix luna noctem una O. — 11, 4 terrat O. — 12, 1 sq. und 3 sq. umgestellt M. — 12, 2 Novi dux N. — 12, 4 Nusquam stare BFG; cernitur HK. — 13, 1 nusquam K. — 14, 1 Tu es vera BFGHKM. — 14, 3 Spera tamen BGHK; obvelamen M; et velamen BG; per velamen HK. — 14, 4 Nobis es BM; Nunquam es GHK. — 15, 1 praeclara namque rara A; praeclara Deo cara FL. — 15, 4 Nec occasum HK. — 16, 2 Tota et I. — 16, 3 Tua vita K; Tue vita H; Tibi nulla nec M. — 17, 2 canunt O. — 18, 3 potestatus M; potestates DI. — 19, 3 Actionesque F. — 20, 3 qui KL. — 20, 4 Vitali O; flagrantia B; fraglantia G. — 21, 1 Gratulantur et conantur BG. — 21, 2 Tuas laudes BO. — 21, 3 Te quaerat exprimere B. — 22, 2 Tuae laudis BFHK. — 22, 4 succumbunt I. — 23, 1 Nemo potest L; quantum BFG. — 23, 3 represcit I. — 25, 1 qui adfixus M; rex adfectus B. — 25, 3 Qui sanavit B. — 25, 4 suam D. — Str. 26 hier und nach Str. 22 ein zweitesmal B. — 27, 1 profectum N. — 27, 4 Haec quae sunt A; Quaecumque utilia O. — 28, 2 valeam M. — 28, 3 Ut GM. — Str. 29 fehlt N; Str. 29—43 fehlen L. — 29, 1 Mater magni M; Mater Dei BG. — 29, 4 Caruimus B. — 31, 1 sq. in N: Virgo facta, ut intacta | Mater sis et inclita N. — 32, 2 roborantur DIMNO. — 32, 3 nos sortes B; me fortem et cohortem O. — 32, 4 reprime I. — 33, 1 tuum O. — 33, 2 Supplicem O; eripere B. — 33, 3 quisquis velit M. — 34, 3 me inferni O. — 35, 2 me semper O. — 35, 4 Gaudeam de munere O. — Nach

Str. 35 schiebt I Str. 6 des Rhythmus XI. ein. — 36, 3 Ut divinae G. — 36, 4 Lucis dono G. — Str. 36 bis Schlufs als selbständigen Teil N. — 37, 2 primum BFDHIK. — 39, 1 Et N; restauret H; hic HK. — 39, 3 Et sustentat N; praesentat et sustentat O. — 39, 4 Nos tuis. — 40, 3 Creator da nostra corda N. — 40, 4 Firma sancto spiritu N. — 42, 2 Tuos F; Oves tuas O. — 42, 3 quae in FI; Liberatae, collocatae N. — 42, 4 Laentur in dextera N. — Nach Str. 43 schiebt N ein:

Ad sanctissimam Dei genetricem.

I.

1. O Maria, vitae via,  
Vitis vitam germinans,  
Primae sortis damna mortis  
Nostrae vita terminans.
2. Templum Dei, salus rei,  
Mater regis gloriae,  
Caeli porta, qua lux orta,  
Nostrae spes victoriae.
3. Gignens natum nec creatum  
Sine maris semine  
Partu miro, carens viro  
Contra morem feminae.

4. Me tuere, stratum fere  
Vitiorum pondere,  
Quae fovere mors est vere,  
Prorsus mors recondere.

II.

1. O Maria, mater pia,  
Gabrielis fame  
Fide grata, spe beata  
Sacro plena flamine.
2. Mater prolis, carens dolis,  
Speciosa facie,  
Stella solis, vernans polis,  
Vas caelestis gratiae.
3. Vas electum, vas dilectum  
Dei providentiae,  
Vas provisum, post excisum  
Manu sapientiae.

4. Me tuere, quamvis serae  
Datum paenitentiae,  
Scit prodesse, non obesse  
Tuae vis potentiae.

III.

1. O Maria, vitae via,  
Christi sponsa Domini,  
Ventris fructu dempto luctu  
Vitam reddens homini.

2. Stella poli, maris, soli,  
Sola potentissima,  
Plena luce, Christo duce  
Vitae spes certissima.

3. Mater facta, sed intacta  
Blandientis nexibus,  
Mater facta, sed intacta  
Carnis a complexibus.

4. Castrum cordis plenum sordis  
Deprime radicitus,  
Ut perversus mox subversus  
Motus sit illicitus.

IV.

1. O Maria, mater pia,  
Castitatis lilium,  
Carne munda, qua fecunda  
Dei gignis filium.

2. Mundi lumen, caeli numen,  
Ex te rex egreditur,  
Sic natura carnis iura  
Superans transgreditur.

3. Flos honoris, flos decoris,  
Flos spineti gloria,  
Ex te ductus nobis fructus  
Pax est et victoria.

4. Fac me servum non protervum,  
Tuae laudi deditum,  
Spe salutis et virtutis,  
Ope summa praeditum.

V.

1. O Maria, vitae via,  
Virga florens aurea  
Et regina iam divina  
Sublimata laurea.

2. Dei thronus, noster bonus  
Cibus et mirabilis,  
Vivis cunctis et defunctis  
Placens et amabilis.

3. Super caelos tibi melos  
 Sonat vox angelica.  
 Vox in polo, vox in solo  
 Tibi plaudit caelica.

4. Me devotum tibi totum  
 Servum fac existere  
 Et de corde mundo sorde  
 Laudibus insistere.

VI.

1. O Maria, mater pia.  
 Stirpe nascens regia.  
 Virginalis flos, regalis  
 Proles et egregia.

2. Ex te nasci, lacte pasci  
 Rex caelorum voluit.  
 Sola digna, sis benigna.  
 Cum mens iuxta coluit.

3. Tu lucerna, qua superna  
 Lux Christus exoritur.  
 Nobis salus, qui, ne malus  
 Moriatur, moritur.

4. Cuius morte mortis sorte  
 Muni me, piissima,  
 Et hac laude, virgo, gaude  
 Recoli, dignissima.

VII.

1. O Maria, vitae via.  
 Mundi salus praevia,  
 Iter caeli, lux fideli,  
 Dux ignorans devia.

2. Labe carens, sola parens  
 Tanti digna filii.  
 Singularis ex te parisi  
 Angelum consilii.

3. Virga Iesse, non subesse  
 Carnis nosti vitiis.  
 Carne, corde carens sorde,  
 Patet res indicis.

4. Terge dono tibi prono  
 Meae mentis crimina.  
 Clausa rite malis vitae  
 Mihi paunde limina.

VIII.

1. O Maria, mater pia.  
 Spiritus sacrarium.  
 Prece pura foedum cura  
 Pectoris armarium.

2. Mala deme, hostem preme  
 Tua vi nefarium,  
 Paunde gratis pietatis  
 Tuae promptuarium.

3. Nobis verum patrem rerum  
 Dans consiliarium

4. Da caeleste tuis peste  
 Liberis donarium.  
 Nostri cordis, pleni sordis,  
 Morbum curans varium.

IX.

1. O Maria, vitae via.  
 Fidei spectaculum.  
 Castitatis, honestatis,  
 Gratiae signaculum.

2. Prophetarum fide clarum,  
 Et legis oraculum.  
 Incarnati Christi nati  
 Corporis umbraculum.

3. Veri cibi iugis tibi  
 Sub fide signaculum,  
 Mater vitae, nostri mitte  
 Criminis piaculum.

4. Matris fide natos vide  
 Mortis vincens iaculum.  
 Mater, ave, natis fave  
 Vitae dans spectaculum.

III 4. 1 Castum. — VII 3. 2 Carni. — Rhythmus XI—XV fehlen N.

Rhythmus XI. — 3. 1 sq. und 3. 3 sq. ungestellt FHK. — 3, 3 Me emunda O; quo AI. — 4, 2 Visu I. — 4. 3 votum meum B. — Str. 6 fehlt I. — 6, 2 Tibi nostra B; Tibi mea O; Mea tibi M. — 6. 3 Ne sit MO; hic K; hoc (später korr.) B. — 7, 4 Nos malis B. — 8, 2 Vitae nostrae BFHK. — 8, 3 Infinitae nobis vitae BFHK. — 8, 4 Per te datur BFHK. — 9, 2 Opus tam piissimum O. — 9. 3 adipisci B. — 10, 3 ac B. — 11, 1 ac B. — 11, 4 Cunctis debent H. — 12, 3 hostis B. — 12, 4 da I. — 13. 1 O praeclara O; Christus clara H. — 13, 2 Caelestique FHK. — 13, 3 Fer O. — 14, 1 Hic legatus FGHKMO; Hic ligatus (später korr.) B. — 14, 3

Metit DI: ut aeternas O. — 15. 2 Elapsus de aethere B. — 15, 4 Curat tibi BFHK. — 16, 2 Eius stirpe M. — 16, 3 cara et praeclara K. — 17, 2 Virtutumque praedita O. — 18. 1 Nam adulta O: sed inculta FH: hic inculta K. — 18. 3 Sancta vultu, sancta cultu HKO. — 18, 4 Sancta prorsus BGHKMO. — Str. 20 fehlt I. — 21. 1 Corde pudens virgo prudens O. — 21, 2 Legis studens observantiae O. — 23, 3 Et arcanum O. — 24, 1 quam I. — 24, 3 non hoc ante I. — 24, 4 Nec post ulla DI: Ulla non promeruit M. — 25, 1 Sic legatus IO. — 27, 4 habens B. — 28, 1 quam suave F. — 28, 2 miraculum B. — 29, 1 O benigna Deo O. — 29, 3 Semper grata et O. — 30, 2 Meruisti K. — 30, 3 Quae repleta A. — 31, 2 Dabit tibi B. — 32, 2 Terrae caeli domina O. — 32, 3 et non DI. — 33, 1 Non turberis DI: Nec turberis O: nec mireris IO. — 33, 3 Digna quidem sed O. — 35, 1 Summi virtus patris sanctus M. — 35, 3 Et DI. — 35, 4 tuus sit BG. — 36, 1 atque regnans K: ipse regnans O. — 36, 4 Tollet mundi FHKO. — 37, 1 Hic salvabit BDGIO: Sic salvabit A; Is salvabit H. — 37, 4 Regnum is O. — Nach Str. 37 Regi magno etc. O. — 38, 2 fideles animae BGO. — 38, 4 Salvae tu FHK. — 40, 2 Nam cum nato O. — 40, 4 Regnans B. — 41, 3 et precantur I; et mirantur M: Te mirantur, te precantur BGO: Te mirantur ac precantur FHK. — 41, 4 Te devote GHK. — 43, 3 Te precatur IO. — 44, 3 Tuum B. — 45, 4 Porridge solatium G. — 46, 2 Subcubant B; cupidini AB. — 47, 3 sq. fehlen A. — 48. 1 Nec amaris GKM. — 49, 2 Me iaculis A. — 49, 4 Per tua I. — 50, 2 ingentia A: prementium H. — 50, 3 His ablatum D: is ablatum I. — 50, 4 flagitium B. — 51, 1 virgo tuam rogo KO. — 51, 2 Tua excellentia I: Supplex excellentiam O. — 51, 3 aeternam vite cernam O. — 51, 4 gloria I. — 52, 1 in AB neuer Abschnitt. — 52, 2 Natus M. — 52, 3 salvasti et purgasti BHK. — 53, 4 sit tibi M. — 55, 3 Nec sis BGM. — 55, 4 Peccatorum pondere B. — 56, 3 mente vera BFHKMO. — 57, 1 Ne in lacum G. — 58, 4 Per te vitem noxios D. — 59, 3 matris pia O. — 60, 4 Nos sumus H. — Nach Str. 60 Regi magno etc. und Pater Deus etc. O.

Rhythmus XII. — 1, 2 quantus eedens F. — 1, 3 Magistratus et primatus FK: Magistratum et primatum III: Magistratum qui primatum D. — 2, 1 enixa virga fixa O. — 2, 2 Sanctitate B. — 2, 3 Viam BHK: iter facis I. — 3, 2 itinere O. — 3, 3 Delinquenda DI. — 3, 4 novae legis O. — 4, 2 Os meum H. — 4, 4 Verba mea H. — 5, 3 Dum DI. — 5, 4 sim fallatis B. — 7, 1 Benedicta digne dicta O. — 7, 2 placuit M: Cuncta Deo placita O. — 7, 4 Reparavit BFGHKO: Perdita restituit M. — 8, 2 qui I. — 8, 3 sq. fehlen B. — 9, 2 nullus FHK. — 9, 4 Tu lactasti O. — 11, 1 Ergo pensa, quam O. — 11, 2 sit fehlt D. — 12, 4 Imbellices B. — 13, 4 Optimum remedium O. — 14, 1 sq. und 3 sq. umgestellt O. — 14, 1 Mentis lumen FHK. — 15, 3 Iuva pressos, leva fessos M. — 15, 1 et victorum D: et cunctorum KO — 15, 4 posce DMG; meritum BDFHMO. — 16, 1 Ut ovantes G. — 16, 2 Redcant ad G. — 16, 3 tunde ventos N. — 16, 4 Mea sedans M; Meta B: sedens B. — 17, 2 Et concordēs N; ad invicem B. — 18, 3 Ut cognaseant hunc G; hic et poscant N. — 18, 4 Optatum remedium N: Suum adiutorium O. — 19, 1 Raum für neue Initiale B. — 21, 1 et sic D. — 21, 3 Et de mundo M. — 22, 3 Dele tuis HK. — 23, 1 Te credentes B. — 23, 2 pelle ANO. — 23, 3 ut futura N. — Nach 25, 4 Amen O: neuen Abschnitt markieren ABFO. — 26, 2 Et redemptor G. — 26, 4 Alvus almae MO; Alvus sacrae FHK. — 27, 3 nam vel auxi B. — 27, 4 agens debita D; augens debita I: Agens semper BK. — 28, 2 Baptismi sacramentum G, später korrig. in sacrificium B. — 29, 2 Me pravis FHKO: me fehlt B. — 29, 3 fovendo O. — 31, 3 Te timore B. — 31, 4 Tui reple DHIK. — 32, 1 esto, memor esto M. — 32, 2 Qui (m<sup>2</sup> que) proficeis K: Quid nobis pro feeceris H: profeceris O. — 33, 4 Tuae matris FKO. — 34, 1 et haec O. — 34, 3 Quae portavit G: Linguam frenet, cor serenet M. — 34, 4 Carnem stringat fragilem M. — 35, 4 gratiam B. — 36, 1 Iesu nate pietate O. — 36, 3 Quid dicendum, quid gerendum FHK. — 36, 4 Semper mihi M. — 37, 3 Et iam AHF: Atque dones O — 38, 1 non occultum B.

— 39, 1 praedare nos intrare DI. — 39, 4 supernis K; socia FM. — 40, 3 quod utrique M. — Nach Str. 40 Pater Deus etc. O.

Rhythmus XIII. — 1, 1 Lux fidelis H. — 1, 3 non gravaris O. — 2, 3 et praemisit F; et praedixit B; Nobis fecit et praefecit M. — 2, 4 Omni sine macula M. — 3, 4 laudemus O. — 4, 4 laudes FGHK. — 6, 1 O honesta virgo praesta M. — 6, 4 gaudium F. — 7, 1 O quam gratus et beatus M. — 7, 4 Restaurantur K. — 8, 1 Quod iucundum O; immundum D. — 8, 2 Nec non indeficiens I. — 9, 2 Nostrum regem BKM. — 9, 4 Pudens sustinuit B. — 10, 1 quam beata BHK. — 10, 2 Quam F; genitrix D. — 10, 4 regit omnia (später korrig.) B. — 12, 4 Gemitum amisimus I. — 13, 2 Natum eius BGHKMO; Natus eius F. — 14, 1 Dei mater nobis grata B; Fac gratanter et constanter M. — 14, 2 Tua fac sollemnia B. — 15, 3 Falsa pelle et evelle M. — 15, 4 Peccatorum M. — 16, 1 feda bella B. — 16, 3 disperdant O. — 16, 4 Huius mundi BEKM. — 17, 4 BEHKO: penitus O. — 19, 1 Intertuum B. — 19, 3 Pressum leva ABGKMO. — 19, 4 Ego ruam O. — Str. 20 und 21 hinter 24 B. — 20, 1 Magnus O. — 20, 3 Cuius F; grave et perprave M. — 20, 4 Poenam M. — 21, 3 me seduxi K; detruxi B; et tellit B. — 21, 1 Ergo elemens O. — 22, 4 Poscas mihi FHK. — 23, 3 Des M; et non FHK. — 23, 4 daemoniaco K. — 24, 2 Me hoste B; 24, 3 Ut coronam O; Atque cernam sempiternam M. — 24, 4 dare I; Vitam, in qua radias M. — 25, 2 Velle tuum H. — 27, 2 Tuum possim filium FHK. — 27, 3 Tuere pacem B. — 28, 2 Vite et D; Verbis et I. — 29, 1 Iesu verbum O. — 30, 3 Ut extremos M. — 31, 4 honoribus B. — 32, 1 Sic I; cernendum B. — 32, 3 Quae portavit et gestavit M. — 32, 4 Te sancto suo gremio M. — 33, 1 Mihi parce FH. — 33, 2 Missus est K; Missus sum F. — 34, 3 Et virtutum H; ferant frustrum D. — 34, 4 Expellenda B. — 35, 1 Prudenter et pudenter O. — 35, 2 agere B. — 35, 4 laedere BM. — 36, 1 nec non eastum O; promptum atque cautum M. — 36, 2 Ut post DFGHIKM: fruat K; — 36, 4 Summae lucis radio F. — Nach Str. 36 hat M zwei Doxologien: Pater Deus, filii Deus etc. und vor dieser;

Tibi nato cum beato  
Patre laus et gloria  
Flaminique, quod utrique  
Compar est per omnia

Rhythmus XIV. — 1, 4 Tenens D. — 2, 1 Mater nati summi A; summe I; Mediatrix et salvatrix O. — Nach Str. 3 schiebt O ein:

In aeternum per supernum  
Regnum suae gloriae  
Victoria et gloria  
Mariae, matri piaae.

Darauf: Eius nato cum beato etc.: Pater Deus, filii Deus etc. — 4, 2 Oblivisci criminis M. — 4, 3 Quos B. — 5, 1 virgo, omnis ordo K. — 5, 2 colere B. — 5, 3 Omnes gentes complaudentes M; Tibi gentes atque grates O. — 5, 4 solvere B; Debent grates reddere M; Debent laudes O. — 6, 3 Illo partu M. — 8, 2 Per te sunt HKO. — 8, 3 Nunc secreta FHKO. — 8, 4 Sacrae legis FHK; Priscae legis O. — 9, 2 fructu B. — 9, 3 sq. fehlen F. — 9, 3 quem I. — 9, 4 flores O; Quod tu ferres gaudia B. — 10, 2 Fassa A. — 11, 4 salva FHKO; populum FH. — 12, 2 Velut fumi O. — 12, 3 pimentis D; praecedentis I. — 12, 4 carens BGD I; Carens omni FHKMO. — 13, 1 Fit salutis AO. — 13, 2 Qui te M; crederis O. — 13, 3 Temuisse et B. — 13, 4 Virginem te asseris O. — 14, 1 Raum für neue Initiale B. — 15, 2 evadimus B. — 15, 4 accipimus I. — 16, 1 Tu aurora solis ora M. — 16, 3 nos salvet B. — 16, 4 Fraudem O. — 17, 3 tuos K. — 20, 3 ac maerores D; et maerores I; vel maerores B. — 21, 1 bona sis patrona M. — 21, 2 Nobis in auxilium M. — 22, 1 Auctor orbis K; qui iam nobis



B; qui et nobis G. — 22, 2 Factus es H. — 23, 2 Peccati me BH. — 23, 4 numeres BO. — 24, 1 a nece O. — 24, 2 Quem B. — 25, 1 Fac me totum nunc devotum M. — 25, 2 tui D; tuis BI; In ipsius laudibus M. — 26, 1 Tuae laudes O. — 26, 3 Nos munitos et invictos M. — 26, 4 A malo A. — 27, 4 sanctis HIKM. — 28, 4 Bonis saucias O. — 29, 2 Iesu, spes O. — 29, 3 Da eum bonis pacem malis M; Sic purgatos fac beatos O. — 29, 4 In terra viventium O. — Str. 30 fehlt O.

Rhythmus XV. — 1, 3 Da eunctorum commodorum N. — 1, 4 Nobis affluentiam N. — 2, 2 Festa tua FHK. — 3, 1 Cunctis signis O. — 3, 2 Mereamur laudibus G. — 4, 1 laudare, venerari M. — 4, 4 Ad summum O. — 5, 1 olim missi O. — 5, 4 Cuius esses FH; Cuius essent K. — 6, 2 terrae DI. — 6, 4 fulgens F. — 7, 4 Nos post mortem glutiat HKO; Post mortem absorbeat G. — 8, 2 Perferamur B. — 8, 4 Nos fehlt B. — 9, 1 cur me D; quod me I. — 10, 1 sq. visus et auditus sum elisus HK. — 10, 2 lapidibus B. — 11, 1 Virgo clemens ad te maerens M. — 11, 2 Ae tristis M. — 12, 3 Vanitatis K. — 13, 1 qui respirat I. — 13, 2 Mole pressus FHO. — 13, 3 Habens carum B. — 13, 4 Reddet B; eis H. — 14, 1 potens FH. — 14, 2 te colentibus B; te petentibus FMO. — 15, 2 aut auxilium FGKO. — 15, 3 Si non bonis DI. — 17, 3 Hic reatus DI. — 18, 1 sq. und 3 sq. umgestellt O. — 18, 1 Hinc B; Hunc D; ingressus est DI; est confessus B. — 18, 3 His convineunt et B. — 18, 4 Munda B; Carnis desideria FHKO. — 19, 1 est pro H. — 19, 3 Cunctis clara B; clara atque cara O. — 20, 1 Ergo mitis O. — 21, 2 factor fabricae BM. — 22, 2 Nos terrenis sustine O. — 22, 3 Et ab omni nos custodi M. — 23, 1 muni atque uni M. — 24, 1 et gehennae I; Rex caelorum a malorum M. — 24, 3 Tot flagellis, tot procellis F. — 25, 3 Ne abyssis pro commissis M. — 25, 4 Mergamur reatibus M. — 26 nos et regna B; ut nos regna O. — 27, 3 quod utriusque M. — Nach Strophe 27 in H folgende unzugehörige Strophen:

1. Mater patris et filia,  
Mulierum laetitia.  
Stella maris eximia.  
Audi nostra suspiria.

2. Regina poli curiae,  
Mater misericordiae,  
In hac valle miseriae  
Sis reis porta veniae.

3. Maria, propter filium  
Confer nobis remedium,  
Bone filii, prece matris  
Dona tuis regna patris.

In F schließt sich an gleicher Stelle das Lied *Virgo, gaude, digna laude* (Mone II, 373) an, das wohl gleiches Versmaß mit dem Mariale hat, indes ein selbständiges Lied zu sein scheint.

Epilogus. — Aufser A auch in Cod. Vatican. 311. add. saec. 15. V. — 10, 1 Mundique rectores V. — 10, 3 donent triumphorum V. — 13, 2 Caelo gaudentes nobis sint elementes V. — 15, 3 ut quae nunc speramus V. —

**II. Abteilung und Umstellung.** — A teilt den Hymnus ein, wie er vorstehend gedruckt ist, nur hat es neue Initialen auch bei XI, 52 und XII, 26; diese bedeuten indes nicht, daß ein neuer Rhythmus beginnt, sondern daß der Dichter sich am Schlusse des Hymnus an Gott wendet. Vgl. IV, 27; VI, 23; IX, 32; X, 37; XIII, 29; XIV, 22; XV, 21.

B stellt stark um: I: II; III 1—26; IV; V 1—34; III 27—34; VIII: IV 1—27; V 35—41; VI; VII: IX; X 1—22; 26; 23—43; XI; XII; XIII 1—13; XIV 10—30; XV 1—10; XIII 14—36; XIV 1—9; XV 11—27.

C hat nur II 1—14; 17—19; 15; III: IV 1—2 mit der Aufschrift: „Laus et oratio de sancta Maria“: V 34—41 mit der Aufschrift: „Ad eandem“; VIII 34—40 unter dem Titel: „Item de eadem“.

D setzt Initialen an folgenden Stellen: I: II; III 3; IV; V 1; V 11;

VI: IX: X; XI 1; XI 29; XI 52; XII 1; XII 26; XII 35; XIII; XIV 14; XV 1; XV 21; es setzt keine VII 1, VIII 1, XIV 1.

E enthält: I: II: III 1—10; VIII 24—32; III 11—31; 33; IV; V; VI 1—28; VIII 1—10; VI 29—30.

F markiert alle Hymnenanfänge mit Initialen, ausgenommen II und XIV, hat aber dafür Initialen bei XI 52 und XII 26 (wie A). Am Rande hat spätere Hand die einzelnen Teile mit Zahlen numeriert, die auch bei II und XIV, XI 52 und XII 26 angebracht sind und daher (wie in A) 17 statt 15 Teile ergeben.

G ordnet ähnlich wie B: I: II; III 1—26; Da virtutum etc.; Pater Deus etc.; V 1—34; III 27—34; IV 1—26; V 35—41; VI; VII; VIII: IX; X; XI; XII; XIII 1—14; XIV 11—30; XV 1—10; XIII 15—36; XIV 1—9; XV 11—15. — Es setzt folgende Nummern zu den einzelnen Abschnitten: I (I, 1); II (V, 1); III (IV, 1); IV (VI, 1); V (VII, 1); VI (VIII, 1); VII (IX, 1); VIII (X, 1); IX (XI, 1); X (XII, 1); XI (XIII, 1); XII (XV, 1). Initialen auch bei II, 7; III, 25; V, 19; V, 25; IX, 15; XI, 52; XII, 19; XII, 26; XIII, 16; XIV, 4; XIV, 22; eine solche fehlt XIV, 1.

H beginnt erst mit VII 30; HK setzen Initialen vor allen Hymnen mit Ausnahme von XII.

I setzt Initialen zu III 3; IV; V 1; V 39; VI; VII 1; VII 16; VIII; IX; X 1; X 34; XI 1; XI 29; XI 52; XII 1; XII 26; XIII; XIV 1; XIV 14; XV. Es fehlen solche bei I, II, III 1.

L geht nur bis X 29 infolge von Beschädigung der Handschrift.

N bietet: I: II; dann Interpolation mit der Aufschrift: „Ad miserorum et pauperum adiutricem“; III „Alia ad virginem“; IV; V; VII 16—32 „Ad Dei matrem“; VIII 1—46 „Ad caeli et terrae imperatricem“ VI 26—29; X 1—36 „Ad caelestis panis et poculi propinatricem“; X 36—43 „Ad matrem salvatoris“; Interpolation „Ad sanctissimam Dei genetricem“.

O macht aus dem Ganzen zwei Teile, jeden mit einer Praefatio: Praefatio: II 1; I 20—33; II 2—19; III 1—4; 29. Erster Teil: III 5—34; IV 1—19; 21; 20; 22—26; III 10 (2<sup>o</sup>); IV 27—29; V 1—8; 10; 9; 11—40; VI; VII; VIII; IX 4—6; 28—31; 1—3; 7—27; 32—37. Praefatio: I 1—19. Zweiter Teil: X; XI 1—37, Regi magno usw.: 38—60, Regi magno usw., Pater Deus usw.: XII 1—25, Doxol.: 26—40, Doxol.; XIII; XIV 1—3 Interpolation, Doxol.: XIV 4—29; XV 1—27.

Die größten Umstellungen und Interpolationen erlaubt sich M, welches andere Gedichte gleichen Vermafses, darunter eins mit dreifachem Binnenreim in das Mariale hineinarbeitet; deswegen sind oben nur die Lesarten der Hs. eingetragen, unbekümmert um die Stellung der Strophen. Die Umstellungen und Interpolationen derselben sind folgende. Auf I und II als „Pars Prima“ folgt

## Pars II.

Beginnt mit Rhythm. III, 1: 7—9; 14; dann:

- |  |  |
|--|--|
| 6. Me dignare te laudare,<br>Stella clare radians,<br>Genti sane christinae<br>Verum mane nuntians.      | 9. Da, beata, mihi rata<br>Atque recta scribere,<br>Me ditari et testari<br>Velle, fari, facere.         |
| 7. Fons divinae medicinae.<br>Virgo sine macula.<br>Munda reos et fac eos<br>Regnare per saecula.        | 10. Os fecundum, cor fecundum,<br>Dona mundum labium.<br>Rationem et sermonem,<br>Ne quid sonem impium.  |
| 8. Servum audi et exaudi<br>Tuae laudi sedulum,<br>Os distingue, cor accinge.<br>Solve linguae vinculum. | 11. Non superbis, non acerbis<br>Assit verbis gratia,<br>Intellectus regat pectus<br>Sermo rectus labia. |

- |   |   |
|---|---|
| <p>12. O beata, os dilata,<br/>Sint haec grata carmina,<br/>Sit accepta, non despecta<br/>Tibi mea pagina.</p> <p>13. Hanc dignare acceptare,<br/>Mater, aure placida.<br/>Fiant vota tibi nota,<br/>Dicta nostra lucida.</p> <p>14. Da fateri verbum veri,<br/>Dux misericordiae,<br/>Da vigorem, ne laborem,<br/>Funde rorem gratiae.</p> <p>15. Lac distilla ex mamilla<br/>Dulci illa labiis,<br/>Ut amicam te pudicam<br/>Verbis dicam sobriis.</p> <p>16. Virgo diva, tu nociva<br/>Ope Dei reprime,<br/>Eius bona, eius dona<br/>Pande, sona, exprime.</p> | <p>17. Huic servire dat redire<br/>Ipsis irae filiis,<br/>Huic substerni dat aeterni<br/>Frui regni gaudiis.</p> <p>18. Genetricem tam felicem<br/>Laudibus nunc efferam,<br/>Hanc adibo et. ut quibo,<br/>Preces ei offeram.</p> <p>19. Hanc affecto sensu recto<br/>Collaudando promere,<br/>Hanc ex voto corde toto<br/>Semper opto poscere.</p> <p>20. Surgam, quaeram matrem veram<br/>Et sinceram virginem.<br/>Quae dat mutis os virtutis,<br/>Dissolutis ordinem.</p> <p>21. Non desistam hanc magistram,<br/>Matrem istam quaerere,<br/>Quae de portis dirae mortis<br/>Potest me eripere.</p> |
|---|---|

Es folgen Rhythm. III, 12 und IV, 24. Darauf:

24. Quod rogamus. quod optamus,  
Donet almus spiritus,  
Qui te lavit, qui vallavit,  
Qui sacravit caelitus.

### Pars III.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Ave, virgo, qua<sup>1)</sup> caligo<br/>Ab hoc mundo pulsa est,<br/>Mox absorpta lux est orta,<br/>Caeli porta patens est.</p> <p>2. Virgo gaude, virgo plaude,<br/>Ave, virgo regia,<br/>Per quam saeva et primaeva<br/>Tolluntur naufragia.</p> <p>3. Mater, gaude, digna laude,<br/>Quae nos fraude eruis,<br/>Cum antiquum inimicum<br/>Vincis, victum obruis.</p> <p>4. Vas decoris, dux pudoris<br/>Cincta choris virginum,<br/>Plus decora quam aurora.<br/>Pro me ora Dominum.</p> <p>5. Gravidata nec privata<br/>Dote sacrae virginis,<br/>Placa natum sat iratum<br/>Ob reatum criminis.</p> <p>6. O dilecta et provecta,<br/>Fac nos recta agere,<br/>Culpas flere, spe gaudere,<br/>Deum vere quaerere.</p> | <p>7. Nil obliquum, nil iniquum.<br/>Nihil fictum agere,<br/>Nil avari aemulari,<br/>Nihil fari temere.</p> <p>8. Malum ferre, non referre,<br/>Terram terrae linquere,<br/>Te, lucerna sempiterna.<br/>Caeli verna cernere.</p> <p>9. Menti fessae et oppressae,<br/>Radix fesse, subveni,<br/>Quae succurris perituris<br/>Facta turris Libani.</p> <p>10. Carnis flammam, quas non amas<br/>Tu nos fac extinguere,<br/>Vita cursum tendi sursum,<br/>Mundi luxum spernere.</p> <p>11. Da, dux aequi, recta sequi,<br/>Velle. fari, facere,<br/>Me coronas, mihi dones,<br/>Haec, quae mones, agere.</p> <p>12. Caelo sita margarita,<br/>Lux et vita gentium.<br/>Fac lucernam sempiternam.<br/>Tuum cernam filium.</p> |
|--|--|

<sup>1)</sup> 1, I quam Hs. —

13. Da timere, da videre  
 Lucem verae fidei,  
 Iesum Christum, benedictum  
 Fructum ventris nivei.
14. Tuearis me praeclaris  
 Cingens charismatibus,  
 Orna donis, quae probaris  
 Dare pronis mentibus.
15. Fac me mitem, ut devitem  
 Iram, litem, odium,  
 Fac amandum, mitem, blandum,  
 Gravem, cautum, sobrium.
16. Circumspectum et perfectum,  
 Fortem, rectum, humilem,  
 Patientem et prudentem,  
 Mundum flentem flebilem.
17. Castum, purum ac maturum,  
 Mundi mundum maculis,  
 Timoratum et armatum  
 Sacris patrum regulis.
18. Clemens dele parentelae  
 Meae cuncta scelera,  
 Des cognatis pietatis  
 Tuae grata viscera.
19. Stella maris, largiaris  
 Meis caris gratiam,  
 Vivis cunctis ac defunctis  
 Mihi inunctis veniam.
20. Meum patrem, meam matrem  
 Duc in partem dexteram,  
 Meis notis dextra fortis  
 Subdat mortis<sup>1)</sup> viperam.
21. Christi praesta fortis dextra,  
 Tu, fenestra aetheris,  
 Quae te pandis et expandis  
 Liberandis miseris.
22. Me terrenum, me egenum  
 Duc ad plenum gaudium,  
 Da locari et laetari  
 In terra viventium.
23. Serpentinae in me spinas  
 Nunquam sinas crescere,  
 A pressura me ventura  
 Pia cura tegere.
24. Cum districtus et invictus  
 Iudex Christus venerit,  
 Vox terroris et horro-  
 Cives orbis frerit,
25. Tunc indigni et maligni  
 Flebunt igni subditi  
 Et internas et externas  
 Lugent poenas perditii.
26. Heu, quid feci, cur obieci  
 Mentem neci nesciam?  
 Heu, quid egi, cur perfregi  
 Normam leti sociam?
27. Quo tunc pergam, quo me vertam,  
 Quem tunc quaeram medium?  
 Quo patrono, cuius dono  
 Iungar choro ovium.
28. Quem requiram, per quem iram  
 Possim illam fugere.  
 Per quem Iesum saepe laesum  
 Queam flexum reddere?
29. O Maria, mihi pia  
 Sis in die Domini.  
 Tunc adiutrix et conductrix,  
 Modo nutrix subveni.
30. Meliorem vel maiorem,  
 Quam nunc orem, nescio  
 Nec personam, quam praeponam,  
 Aequae bonam sentio.
31. Quod sincero corde quaero,  
 Saltem sero tribue,  
 Intestinae me ruinae  
 Vel in fine erue.
32. O decora, Iesum ora,  
 Ut in hora ultima  
 Reum salvet, omne levet,  
 Quidquid pavet anima.
33. Da sim tecum, et sis mecum  
 Ante aequum iudicem,  
 Tunc absconde et reconde  
 Verbis placans vindicem.
34. Sis persona et matrona  
 Et da bona stantia,  
 Sis medela et tutela,  
 Mea vela turpia.

35. Me impendo, me commendo  
 Tibi flendo, domina,  
 Me dignare conservare  
 Caeco dare lumina.

<sup>1)</sup> 20, 4 Mortis subdat IIs. —

Es folgen Rhythm. IX, 19—22, dann:

40. Lux naturae, lux scripturae,  
Renes ure famuli,  
Ut devotus tibi totus  
Frangam motus stimuli.

Hierauf wieder aus Rhythm. IX, 23—27; dann:

- |   |  |
|---|--|
| 46. Lacrimando laudes pando<br>Tuo sancto nomini,<br>O patrona, mihi dona<br>Clemens bona Domini.             | 53. Rex aeternae, rex superne.<br>Tuos cerne supplices,<br>Nec iratus, sed placatus<br>Nostros actus iudices.    |
| 47. De culparum plurimarum<br>Leva stratum pondere,<br>His solutum ad virtutum<br>Fac me statum pergere.      | 54. Culpa vindex atque index,<br>Iuste iudex Domine,<br>Rex Messia, de Maria<br>Nate pia virgine,                |
| 48. Ora Deum, poscens eum,<br>Ut cor meum foveat,<br>Ut ipsius me unius<br>Amor pius repleat.                 | 55. Mors serpentis, spes iacentis.<br>Partus ventris nivei<br>Rex virtutum, pelle luctum<br>Daque fructum fidei. |
| 49. Me conforta et reporta,<br>Caeli porta veniam,<br>Obtineto et faveto<br>Ut, quod peto, capiam.            | 56. Sitientis et egentis<br>Audi mentis gemitum.<br>Ad internam et aeternam<br>Pande vitam aditum.               |
| 50. Imperitis et contritis,<br>Virgo mitis, subveni,<br>Pro peccatis et orbatis<br>Vultum patris praeveni.    | 57. Nobis parce stans in arce.<br>Flos immarcescibilis,<br>Nos caelesti stola vesti<br>Rex in aestimabilis.      |
| 51. Aufer maesta, vires praesta,<br>Tu fenestra siderum,<br>Mater casta, fer ad astra<br>Holocausta pauperum. | 58. Rex benigne, fac nos digne<br>Fac nos sine scelere,<br>Matrem illam, matrem piam,<br>Matrem tuam colere.     |
| 52. Tura precum defer tecum<br>Ad conspectum Domini<br>Et iratum ob peccatum<br>Placa natum homini.           | 59. Factor orbis, esto nobis<br>Turris fortitudinis,<br>Nos ab hoste trahe post te,<br>Fili matris virginis.     |

Zum Schlusse Pater Deus, fili Deus usw. — Es folgt als Pars IV das Lied *Virgo, gaude, digna laude* (Mone II, 373), doch um eine Reihe von Strophen erweitert. Sodann:

#### Pars V.

- |   |  |
|---|--|
| 1. O Maria, mater pia<br>Cunctorum fidelium,<br>Quae portasti et lactasti<br>Christum Dei filium.         | 4. Virga Iesse, velis esse<br>Mihî in auxilium,<br>Pro me Deum rogans meum,<br>Tuum dulcem filium.       |
| 2. Stella maris, singularis<br>Consolatrix omnium.<br>Vitae porta, qua est orta<br>Laus et salus gentium. | 5. O lucerna, qua superna<br>Gratia respandit,<br>Dum creator et salvator<br>Mundi carnem induit.        |
| 3. O dilecta, praelecta<br>Inter omnes feminas.<br>Quae per Christum mundum istum<br>Obscurum illuminas.  | 6. Virgo felix, quae in caelis<br>Dominaris, omnium<br>Consolatrix et salvatrix<br>Sis ad te clamantium. |

7. Da timorem et amorem  
Dei mihi, domina,  
Da honorem et decorem  
Et devinci crimina.

8. Te laudantes et amantes  
Non possunt deficere,  
Te laudare et amare  
Est cum Christo vivere.

Str. 11 und 12 sind Str. 3 und 4 aus Rhythmus III.

13. Lux caelorum, spes lapsorum,  
Virgo morum praevia,  
O lucerna sempiterna,  
Dei plena gratia.

14. O decora, doce ora,  
Doce corda nescia,  
Nec sit vilis haec textilis  
Mei oris hostia.

15. His loquelis, his querelis  
Aures velis flectere,  
Et affectum et aspectum  
Ad nos rectum ducere.

16. Columbinos et benignos  
Flectens ad nos oculos,  
Tuae laudi laetos audi,  
Nos custodi sedulos.

17. Primum quidem spem et fidem  
Des et idem sapere,  
Spe pugnare, fide stare,  
Caritate currere.

18. Ab ignitis me sagittis,  
Virgo mitis, exime,  
A catenis et venenis,  
Virgo lenis, erue.

19. Efficaci et veraci  
Cinge patientia,  
A re prava corpus lava,  
Cor ab avaritia.

20. Mater agni, regis magni,  
Templum sancti spiritus,  
Fae perire, non sentire  
In me irae fremitus.

21. Da, succingam et restringam  
Freno linguam intime,  
Impudicam et iniquam  
Carnem iungam animae.

22. A mundana vel humana  
Peste, vana gloria,  
Me defende et intende,  
Ne sit menti noxia.

9. Illum regis et protegis  
A cunctis criminibus,  
Ut in caelis per te felix  
Laetetur cum civibus.

10. Cives caeli cum fideli  
Plebe laudant Mariam,  
Matrem Christi, quae dat isti  
Mundo caeli gloriam.

23. Benedicta eius vita  
Fuit ita sobria,  
Ut virtutis et salutis  
Esset cunctis praevia.

24. Generosa et formosa  
Virgo rosa Nazareth,  
Roga natum, ut beatum  
Nobis statum reparet.

25. Nos gubernata, lux superna,  
Lampas plena Iericho,  
Impinguata, illustrata  
Lumine seraphico.

26. O Maria, prophetia  
A te dicta geritur,  
Est prostrata gens elata,  
Pauper aucta cernitur.

27. Fidem auge, hostem punge,  
Regina Ierusalem,  
David germen, Iacob semen,  
Vivens lumen Bethlehlem.

28. Sion tarris, quae occurris,  
Iuncta muris Israel,  
Cui fit dignus atque divus  
Paranympus Gabriel.

29. Nos sincere contuere,  
Virgo serenissima,  
Qui turbamur, confutatur,  
Veluti peripsima.

30. Quis narrare, quis pensare  
Posset dotum titulos,  
Quibus culta et suffulta  
Fulges ultra angelos.

31. O Maria, prece pia  
Nobis fer auxilium,  
Cuius nomen est solamen  
Miseris et gaudium.

32. Nomen sanctum, per quod plano-  
tum  
Aeternum evasimus,  
Nomen bonum, per quod donum  
Salutis accepimus.

33. O Maria, o tu pia,  
Pacis via mentibus,  
Dat solamen et levamen  
Tuum nomen omnibus.
34. Spem reportat, cor confortat,  
Dulce sonat nimium,  
Cum dulcore, cum amore  
Stat in ore omnium.
35. O Maria, mater pia.  
Dum generas filium,  
Nos de portis dirae mortis  
Perducis ad gaudium.
36. Nam dum facta et mandata  
Nati tui sequimur,  
Post hanc lucem caeli ducem  
In requie (con) sequimur.
37. Virgo munda et fecunda,  
Dulcis spes amantium,  
Quae amicta carne sita  
Caelo iuxta filium,
38. Es suprema praestans dona  
Omnibus fidelibus,  
His imprimis, qui opimis  
Tuis instant laudibus.
39. O benigna, laude digna  
Salvatrix fidelium,  
Mater Dei, cordis mei  
Munda domicilium.
40. Mater felix, quae das caelis  
Et terrae laetitiam,  
Caritatis atque pacis  
Praesta mihi gratiam.
41. O spes mea, ad me mea  
Dulci cordis tramite  
Et me nocte viae rectae  
Mandatorum semitae.
42. O iucunda, sordes munda  
Mentis meae sauciae,  
Uti laeter et iucunder  
Domo conscientiae.
43. Gaude, sancta, per quam tanta  
Deus mundo tribuit,  
Quod aeternum Dei verbum  
In te carnem induit.
44. Te laudare et amare  
Da mihi cum gaudio,  
Atque velis me in caelis  
Praesentare filio.
- Hier folgen aus Rhythmus IV Str. 26—29.

### Pars VI.

1. Virgo, gaude, digna laude,  
Porta salve caelica,  
Quae fulsisti, quae fuisti  
Mater Christi unica.
2. Fulgens una plus quam luna  
Sol et cuncta sidera,  
A caducis nos educis  
Monens lucis opera.
3. Concubinae et reginae  
Tibi digne cantitant,  
Speciosae ac formosae  
Tibi sponsae militant.
4. Cinctam florum, liliorum  
Ac rosarum specie  
Te facundae ac fecundae  
Laudant cunctae filiae.
5. Tam venusta, tam augusta  
Quae est ista, inquirunt,  
Quam caelestes et terrestres  
Ierarchiae ambiunt?
6. Cuius genae sunt serenae  
Quasi genae turturis,  
Columbinus ac benignus  
Visus expers fulguris.
7. Flore salvo huius caro  
Fervet aromatibus,  
Ipsa miram primam myrram  
Castis spirat manibus.
8. Haec unguentis, haec pigmentis  
Sacrae mentis affluit,  
Haec odorem, haec maiorem  
Caelo florem genuit.
9. O felicem genetricem,  
Per quam pacem sumpsimus,  
O felicem, quam doctricem,  
Lucis lucem hausimus.
10. O in caelis regnans felix.  
Dux fidelis gentium,  
O tu fortis victrix mortis,  
Finis mortis mentium.
11. O flos florum, doctrix morum,  
Angelorum domina,  
Nostra Eva, nostra laeva  
Nostra lava crimina.
12. O polita margarita,  
Regis sita vertice,  
O sublimis facta nimis  
Nos in imis respice.

- |   |  |
|---|--|
| <p>13. O Maria, mater pia,<br/>Dux et via praemii.<br/>Dux Hebraei, porta spei,<br/>Mater Dei filii.</p>              | <p>15. Quies fessis, portus mersi-<br/>Universis requies,<br/>Vera vita, tuos dita<br/>Benedicta milies.</p> |
| <p>14. Dux constanti, pes labenti.<br/>Princeps sanctimoniae,<br/>Auris surdo, vestis nudo<br/>Plenitudo gratiae.</p> | <p>16. O beata, qua est data<br/>Veritas et gratia,<br/>Caeli cives fac nos, dives<br/>In misericordia.</p>  |
17. Nos refflamma cordis flamma,  
O tu mamma gratiae,  
Dulci illa de mamilla  
Rorem stilla veniae.

Hier folgen aus Rhythmus IV Str. 6–16 incl.: dann aus Rhythmus XII Str. 19–25 incl.: endlich aus Rhythmus IX Str. 32–36, mit der Doxologie

Sit Messiae, sit Mariae  
Omni die gratia,  
Patri, proli et amori  
Deo soli gloria.

Es folgt Pars VII = Rhythmus XI. Pars VIII = Rhythm. III, 5 und 6; XIV, 1–17; IV, 17–26; XIV, 19–21; XII, 1–18; dann:

Quod optamus, quod rogamus,  
Donet almus spiritus,  
Qui te lavit, qui vallavit,  
Qui sacrauit caelitus.

Hierauf aus Rhythm. XV Str. 21–27.

### Pars IX.

1. Gaude, virgo, quae origo  
Nobis es lactitiae  
Redemptorem et auctorem  
Pariendo gloriae.

Es folgen aus Rhythm. IV Str. 3 und 2; VI, 3–5; VIII, 34; IX, 5; VIII, 36, 35, 39, 40.

14. Felix sinus, quo divinus  
Requieuit spiritus,  
Felix ulna(!) sub mamilla.  
Christus iacet inclitus.

Hierauf aus Rhythm. VIII Str. 36 und 35, aus XIII Str. 11 und 10.

18. Quam sacratae quam beatae  
Manus atque brachia,  
Quae paverunt et gesserunt,  
Per quem vigent omnia.
19. Pulehrae genae iunctae plene  
Genulis deificis,  
Os beatum saturatum  
Osculis mellifluis.

Sodann aus Rhythm. III Str. 11–13, 15–33 und aus VIII Str. 41.



42. Mater Dei, nostrae spei  
Causa et exordium,  
Poesce natum ut optatum  
Nobis det remedium.
43. Quo sonati sauciati  
Sine sorde vulnerum  
Transferamur et ducamur  
In sanctorum numerum.

Hierauf VIII. 42, 43: IX. 4: VIII, 45: IX. 28—31: sodann: Quod optamus usw.: endlich VI, 21—30.

Pars X besteht aus V, 1—4: VI, 4—6; V, 5—38: IX, 1—3; 8—18; V, 39—41: XIV, 22—30.

Pars XI.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O sanctarum feminarum<br/>Lumen clarum, femina,<br/>Princeps poli, maris, soli.<br/>Digna caeli domina.</p> <p>2. Iucundare et laetare,<br/>Habes, quare gaudeas,<br/>Plane geris, quo laeteris<br/>Unde felix polleas.</p> <p>3. Enutristi, portavisti<br/>Membra Christi pueri.<br/>Adorasti, quem lactasti<br/>Fructum casti uteri.</p> <p>4. Puer crescit, culpam nescit.<br/>Qui quod fecit, factus est,<br/>Felix mater, tuus pater<br/>Ipse puer tuus est.</p> <p>5. Servit tibi et tu sibi<br/>Forma servi subditur,<br/>Tu ancillae, servi ille<br/>Puer vice fungitur.</p> <p>6. Te hortante et astante<br/>Votis sancte operi<br/>Primum signum duxit dignum<br/>Aquam vinum fieri.</p> <p>7. Honoratae ac sacratae<br/>Sunt et a te nuptiae,<br/>Quando vinum ad divinum<br/>Nutum fundunt hydriae.</p> <p>8. Quam flevisi, cum vidisti<br/>Corpus Christi Domini,<br/>Per Pilatum flagellatum.<br/>Saevo datum agmini.</p> <p>9. Es maerentis ac dolentis<br/>Passa mentis gladium<br/>Sub tortore, sub angore<br/>Cernens fore filium.</p> | <p>10. Spinis laesum, flagris caesum<br/>Cernis Iesum Dominum,<br/>Tuam prolem mundi solem,<br/>Redemptorem hominum.</p> <p>11. Rex virtutis se acutis<br/>Clavis, sputis, alapis<br/>Et illatis offert gratis<br/>Palmis, flagris, colaphis.</p> <p>12. Rex damnatus, perforatus<br/>Est per latus lancea.<br/>Duriora passus lora<br/>Cum corona spinea.</p> <p>13. Rex suavis, o vox gravis!<br/>Ligno clavis tenditur,<br/>Rex immensus est suspensus<br/>Cruce, tensus figitur.</p> <p>14. O quam laeta es effecta,<br/>Quo impleta gaudio.<br/>Cum Messiae lux Mariae<br/>Fulsit die tertio!</p> <p>15. Cum finita et contrita<br/>Morte vita claruit,<br/>Cum tonantis, triumphantis<br/>Vultus sanctus paruit.</p> <p>16. Cum rex David hostem stravit,<br/>Spoliavit inferos,<br/>Nos refecit, hunc deiecit,<br/>Servos fecit liberos.</p> <p>17. Cum absorptis, vinculis mortis<br/>Fortis fortem perdidit,<br/>Qui leonis et draconis<br/>Caput nobis subdidit.</p> <p>18. Laetiora suis ora<br/>Sine mora referens,<br/>Luctu plenae Magdalenae<br/>Se Mariae offerens.</p> |
|--|---|

- |  |  |
|--|--|
| <p>19. Tu dux moris, dux pudoris,<br/>Iuncta choris gratiae,<br/>Non divisa es gavisae<br/>Iesu visa facie.</p> <p>20. Istis factis et peractis<br/>Throno patris dexteræ<br/>Exaltatum et levatum<br/>Vides natum scandere.</p> <p>21. Tuam prolem, verum solem,<br/>Praeceptorem fidei,<br/>Sempiternis et paternis<br/>Regnis cernis invelhi.</p> <p>22. Quem sincere meruere<br/>Tua ferre viscera,<br/>Stat elatis conculcatis<br/>Rex in patris dextera.</p> <p>23. Stat protector et provector,<br/>Sed et rector omnium,<br/>Rex cunctorum saeculorum<br/>Regit thronum patrium.</p> <p>24. Cui iuncta et assumpta<br/>Super cuncta tolleris,<br/>Coronaris, dux vocaris<br/>Terraë, maris, aetheris.</p> <p>25. Angelorum et sanctorum<br/>Omnem chorum transiens<br/>Es sublimis facta nimis<br/>Summa imis uniens.</p> <p>26. Principatum et primatum<br/>Iuxta natum obtines,<br/>Sicut soli, sic sunt poli<br/>Tibi proni ordines.</p> <p>27. In sollemni et perenni<br/>Summi regni gloria<br/>Imperatrix et salvatrix<br/>Regnas, radix regia.</p> <p>28. Dux venusta, dux augusta,<br/>Sedens iuxta filium<br/>Celsa sede intercede,<br/>Nunc pro grege gentium.</p> | <p>29. Ascendisti et sedisti<br/>Iuncta Christi lateri,<br/>Claritatem, venustatem<br/>Ipsa praestans aetheri.</p> <p>30. Nobis nata, nobis data,<br/>Exaltata nobis es,<br/>Et pro nobis, princeps orbis,<br/>Redemptoris mater es.</p> <p>31. Quo te rapis, vivens lapis.<br/>Quo evadis altior,<br/>Restitutis dux virtutis,<br/>Quo me fugis celsior?</p> <p>32. Huc, regina, te inclina.<br/>Caelos digna regere,<br/>Regnas caelis, dux fidelis,<br/>Ne me velis fugere.</p> <p>33. Exaltata et levata<br/>Super alta siderum.<br/>Amplexanda, veneranda,<br/>Mater blanda pauperum.</p> <p>34. Te quaerentem et currentem<br/>Post te mentem sustine,<br/>Me interne et materne<br/>Mentis cerne lumine.</p> <p>35. O sublimis facta nimis<br/>Caeli primiceria,<br/>O provecta, me exspecta<br/>Donans recta omnia.</p> <p>36. Maior caelo te anhele<br/>Culpaë telo saucius,<br/>Te requiro, te suspiro<br/>Morbo diro anxius.</p> <p>37. Sponsa Dei, placens ei<br/>Ad te mei oculi<br/>Dirigantur, si gravantur,<br/>Curam gere servuli.</p> <p>38. Surge, blanda, surge, sancta,<br/>Surge, magna domina.<br/>Surge, curre et succurre<br/>Carnis ure crimina.</p> |
|--|--|

39. Consolatrix et salvatrix,  
Iesse radix, adveni,  
Ad te tendo cor accendo,  
Manus tendo, subveni.

Es folgen schließlicb aus Rhythm. XIII Str. 23—36.

Paris XII = Rhythm. II, 1—2; VIII, 1—34; VI, 7—20 dann:

- |  |   |
|--|---|
| <p>51. Illibatae et beatae,<br/>Iesu, mate virginis,<br/>Vitae dator, mundi sator,<br/>Homo, factor hominis,</p> | <p>52. Fili Dei, compar ei,<br/>Porta spei publicae,<br/>Rex fidelis Israelis,<br/>Nos de caelis respice.</p> |
|--|---|

- |   |   |
|---|---|
| <p>53. A mundana christiana<br/>Plaga sana pectora<br/>Et sustententes te credentes,<br/>Aegras mentes roborata.</p> <p>54. Rex tremende, nos defende.<br/>Nobis tende dexteram.<br/>Inimicam et antiquam<br/>Sterne victam viperam.</p> <p>55. A leone et dracone,<br/>Iesu bone, libera,<br/>Quos de portis traxit mortis<br/>Tua fortis dextera.</p> | <p>56. Benedicite rex, emitte<br/>Lumen vitae mentibus,<br/>Regnum patris dona matri<br/>Sacrae sacris precibus.</p> <p>57. Rex virtutum, nobis tutum<br/>Praebe scutum fidei.<br/>In supernum et paternum<br/>Fac nos regnum provehi.</p> <p>58. Sit Messiae, sit Mariae<br/>Omni die gratia,<br/>Patri, proli et amori<br/>Deo soli gloria.</p> |
|---|---|

Pars XIII = Rhythmus, X, 1—30; XV, 2—20; dattu:

50. Benedictis a delictis  
Nos emunda precibus.  
Ut purgati simus apti  
Iungit caeli civibus.

Quod optamus, quod rogamus usw. — Pater Deus, fili Deus usw. — Endlich X, 37—43.

Pars XIV.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O Maria, o tu pia,<br/>Fulgens diademate.<br/>Cordis penum fac serenum.<br/>Sacri plenum pneumatate.</p> <p>2. Fons medelae, corruptelae<br/>Meae, dele facinus,<br/>Ope precum fer hunc tecum.<br/>Ut sit mecum Dominus.</p> <p>3. Opem suam atque tuam.<br/>Ut non ruam, flagito,<br/>Caeli scala pellens mala<br/>Me sub ala tegito.</p> <p>4. Flos fraglascens, flos non marcens,<br/>Fructus pascens angelos,<br/>Flos provectus, flos electe<br/>Ad me flecte oculos.</p> <p>5. In hoc freto inquieto<br/>Cursum peto liberum.<br/>Deo cara et praeclara,<br/>Portum para prosperum.</p> <p>6. Lux exortum, duc ad portum<br/>Nos per lumen gratiae,<br/>In hoc salo nos a malo<br/>Salva, virgo gloriae.</p> <p>7. Mater ducis, quae producis<br/>Germen lucis hominum.<br/>Me in grege Christi rege<br/>Et in lege Domini.</p> <p>8. Da, timorem et ardorem<br/>Carnis plorem iugiter<br/>Et ut ream vitam meam<br/>Gaudens fleam dulciter.</p> | <p>9. Puriores praesta mores.<br/>Ut, quod horres, horream,<br/>Meos renes sic refrenes<br/>Ut, quod tenes, teneam.</p> <p>10. Post tumultus, post singultus<br/>Dei vultum videam.<br/>Sempiternam et aeternam<br/>Pacem certam habeam.</p> <p>11. Non casuros, non lapsuros<br/>Cernam muros gloriae<br/>Et sonorum illum chorum<br/>Filiorum gloriae.</p> <p>12. Praesens Dei faciei<br/>Laudes ei resonem,<br/>Inbilando et cantando<br/>Ore blando intonem.</p> <p>13. David proles, sicut soles,<br/>Solve moles scelerum.<br/>Ad magistrum Iesum Christum<br/>Reduce istum miseram.</p> <p>14. Post errorem ad pastorem<br/>Reduce ovem perditam,<br/>Aspirandae et sperandae<br/>Vitae pande semitam.</p> <p>15. Ora Deum, poscens eum,<br/>Ut hunc reum liberet<br/>Ne molestus et intestus<br/>Carnis aestus superet.</p> <p>16. Carnem frena, cor serena,<br/>Virgo plena gratia,<br/>Lumbos stringe, cor accinge<br/>Mentis terge vitia.</p> |
|---|--|

- |  |   |
|--|---|
| <p>17. O patrona, mihi dona<br/>Cingi zona aurea,<br/>Da successum, fer oppressum<br/>Atque fessum recrea.</p> <p>18. Stirps Iessaea, dux astraeta,<br/>Mea terge scelera,<br/>Et mundana ac humana<br/>Clemens sana vulnera.</p> <p>19. O regina, huc festina,<br/>Plagis vina inice,<br/>De olivo compassivo,<br/>Donec vivo, refice.</p> <p>20. Cor compunge, mentem unge,<br/>Vino iunge oleum,<br/>Des amorem in auctorem<br/>Et da florem niveum.</p> <p>21. A terrenis nos venenis,<br/>Virgo lenis, libera,<br/>Medicamen et solamen<br/>Vulneratis praepara.</p> <p>22. Stirps regalis, dux vitalis<br/>Nos a malis eripe.<br/>A peccato defensato<br/>Mortis fracto principe.</p> <p>23. Radianti et flagranti<br/>Igne sancti spiritus<br/>Ruiturae et impurae<br/>Carnis ure fremitus.</p> <p>24. Reluctantis et obstantis<br/>Blanda carnis iurgia<br/>Tu compesce pia prece<br/>Mediatrix regia.</p> <p>25. Maris stella, caeli cella,<br/>Interpella filium,<br/>Ut placatus rex beatus<br/>Praestet nunc auxilium.</p> | <p>26. Speciosa caeli rosa,<br/>Gloriosa domina,<br/>Corruptelae et querelae<br/>Nostrae dele crimina.</p> <p>27. Roga gratis vultum patris<br/>Pro peccatis omnium,<br/>Et discordes fac concordem<br/>Tergens sordes mentium.</p> <p>28. Mater Dei, in qua rei<br/>Habent spei plurimum,<br/>Nos dignare transportare<br/>Mundi mare maximum.</p> <p>29. Ne erremus, te videmus,<br/>Assis remus, anchora,<br/>Et ignavis largiaris<br/>Nobis maris litora.</p> <p>30. Dux erudentum, spes iacentum<br/>Iube ventum conteri,<br/>Sis conductus, ne nos fluctus<br/>Poenis mergant inferi.</p> <p>31. Stella maris, quae probaris<br/>Stellis claris clarior,<br/>Vere pura creatura,<br/>Ipsis caelis purior.</p> <p>32. Stella luens, nos conducens,<br/>Nostra mulcens pectora,<br/>Da quieta et repleta<br/>Pace laeta tempora.</p> <p>33. Urbs conclusa, nos excusa<br/>Prece fusa filio,<br/>Et repelle vim procellae<br/>Tuae stellae radio.</p> <p>34. Vultu leni princeps veni<br/>Nazareni agminis,<br/>Nos de portis trahe mortis,<br/>Tarris fortitudinis.</p> |
|--|---|
35. Iustos tege, reos rege,  
Mater novae gratiae,  
Nos circumda, nos emunda  
Lavans unda veniae.

Hiernach Pater Deus, fili Deus usw. und letztlich XII, 26—40.  
Pars XV = Rhythm VII, 1; XIII, 1—9; 12—22; X, 31—36. Dann  
Quod optamus usw., Pater Deus usw. und endlich:

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Bona mater, per quam frater<br/>Nobis noster auctor est,<br/>Qua reatus expiatus,<br/>Ex qua Deus natus est.</p> <p>2. Propter illum, quem pusillum<br/>Lactavisti, subveni,<br/>Nos accessu et successu<br/>Dona Iesu Domini.</p> | <p>3. Fili bone, menti pronae<br/>Bonum omne tribuas,<br/>Propter matrem sospitatem<br/>Atque pacem amuas.</p> <p>4. Actiones et sermones<br/>Nobis dones regere<br/>Et peccatis emundatis<br/>Vultum patris cernere.</p> |
|--|---|

5. Mater bona, pia, dona,  
Quod mens prona supplicat,  
Spirando et orando  
Ore blando praedicat.
6. Propter partum tibi datum,  
Tuo altum utero,  
Miserere et medere  
Modo huic misero.
7. Fili dulcis, qui nos fulcis,  
Lux et lucis conditor,  
Fili matris, verbum patris,  
Pietatis genitor,
8. Propter illam, quae mamillam  
Suam tibi praebuit,  
Da sincere te videre,  
Quem haec ferre meruit.
9. O amanda, mater blanda,  
Amplexanda domina,  
Stella lucis, quae conducis  
Sanctae crucis agmina.
10. Propter Christum, benedictum  
Tui fructum uteri,  
Sempiternum et supernum  
Nobis regnum aperi.
11. Bone fili, de hostili  
Dissimilitudinis  
Regione nos expone,  
Fili bonae virginis.
12. Tibi gratis et beatis  
Tuae matris precibus  
Efficacem et veracem  
Dona pacem omnibus.
13. Mater pia, vim, Maria,  
Frange diabolicam,  
Flectas agnum, regem magnum,  
Pelle manum hosticam.
14. Propter illum, quo vexillum  
Dante primum obtines,  
Sis conductus, pelle luctus,  
Pacis fructus semines.
15. Fili pie, stirps Mariae,  
Nos in die Domini  
Contuere et dignare  
Opem ferre homini.
16. Prece huius, inter cuius  
Infans flecti brachia,  
Fove stantes, fer labantes,  
Discordantes socia.
17. Mater clara, Deo cara  
Incomparabiliter,  
Cunctis, qui te colunt rite,  
Bona mitte iugiter.
18. Mater, mater, bona mater,  
Immo mater optima,  
Universis te professis  
Mater assis proxima.
19. Fili matris pietatis,  
Splendor patris luminum,  
Dux bonorum, salva chorum  
Filiorum hominum.
20. Prece matris solve gratis  
Vetustatis filios  
Vagos funda, lapsos munda  
Et circumda sobrios.
21. Mater bona et persona,  
Cunctis dona gaudium,  
Adoptatis et renatis  
Pande matris gremium.
22. Mater nostra, matrem monstra,  
Nos a culpis expia,  
Et peccato propulsato  
Natos nato socia.
23. Bone fili, sis ovili  
Reconciliatio,  
Da felicem genetricem  
Gregi ducem proprio.
24. Illa mater est, tu frater,  
Magnus super alios,  
Fide firma tu confirma  
Fratres, illa filios.
25. Bona mater et tu frater,  
Bone noster Domine,  
Tu Maria, tu Messia,  
Nate pia virgine,
26. Ambo mites, ambo dites  
In misericordia,  
Caritate nos ligate,  
Nobis date gaudia.
27. Quod iubetis, id donetis  
Malis spretis agere,  
Quod amat, tribuat  
Vivis factis colere.
28. Bone frater, bona mater,  
Ambo semper placidi,  
Amovete et arcete  
Fraudes hostis perfidi.

29. Scorpionis et leonis  
Tensa bonis retia  
Dirumpatis et frangatis  
Suae artis noxia.
30. Sit Messiae, sit Mariae  
Omni die gratia,  
Patri, proli et amori,  
Deo soli gloria.
31. Sit divinae sine fine  
Decus atque gloria  
Majestati, qua creati  
Sumus nos et omnia.

Es folgen noch die überzähligen Worte: redempti et salvati; dann: Amen. Expliciuunt.

**III. Handschriftliche Bemerkungen.** „Incipiunt Commendationes beatæ Mariæ“ F. — „Incipiunt hymni sanctæ Mariæ“ G. — „In Laudibus beatissimæ virginis Mariæ“ L. — „Invocatio divinæ sapientiæ facta a Bernardo monacho in laudem perpetuæ virginis“ A. — „Bernardi Francigenæ orationes rhythmicæ in honore virginis“ N. — In I am Anfange:

„Auctorem sciri si sit revera necesse,  
Gallia Bernardum doctorem eredit esse“.

In K am Schlusse von erster Hand:

„Auctorem sciri si sit revera necesse,  
Gallia Bernardum doctorem edidit esse.  
Nomen in hoc velut in reliquis vis nosse libellis?  
Apella Mariale, quod est de laude Mariæ“.

An den hl. Bernhard denkt Collectan. ms. Carthusiæ Erfordien. sæc. 15. Cod. Londinen. Add. 30935 fol. 363: „Per octavam Assumptionis gloriosæ virginis Mariæ vel omni tempore, cum tibi placuerit, semper dicendæ sequentes orationes in honore virginis Mariæ. Et sunt orationes sancti Bernardi, devoti doctoris“. Ganz dieselbe Bemerkung in einem andern Orat. ms. Carthusiæ Erfordien. sæc. 15 in Privatbesitz.

O hat folgende Bemerkungen: Soliloquium (später korrig. in Praefatio in soliloquium) s. Thomæ de Aquino“. — „Explicit praefatio: incipit soliloquium soliloquiorum sancti Thomæ Aquino prædicatoris ad sanctam Mariam virginem gloriosam“. — „Explicit soliloquium soliloquiorum sancti Thomæ de Aquino“.

„Incipiunt rhythmî devotissimi S. Leonis papæ in laudem gloriosæ et semper virginis Mariæ“ M. — Ähnlich Orat. ms. S. Petri Salisburgen. sæc. 14. [et 15.] Cod. Petrin. a I 20: „Incipiunt devotissimi rhythmî sive orationes beati Leonis papæ ad honorem editi virginis gloriosæ“.

Cod. Parisin 16499. fol. 343: „Meditationes sancti Anselmi de beata virgine“.

## Hildegardis.

Magistra Montis S. Ruperti,

† 1179.

Hildegard, die gefeierte Mystikerin des 12. Jahrhunderts, war 1098 (oder 99) als das zehnte Kind ihrer Eltern auf Burg Böckelheim an der Nahe, unfern von Kreuznach, geboren. Ihr Vater Hildebert und Mechtild, ihre Mutter, waren adeligen Stammes und gräflich Sponheimsche Dienstmannen. Als dieselben an ihrer Tochter schon in zartester Jugend Zeichen visionärer Veranlagung wahrzunehmen glaubten, übergaben sie Hildegard im Alter von nur acht Jahren zur Erziehung an eine Nonne, Jutta mit Namen, die eine Schwester des Grafen Meginhardt von Sponheim war und das Frauenkloster zu Disibodenberg leitete. Hildegard blieb in der Folge in diesem Kloster und ward nach dem Tode ihrer Erzieherin 1136 (oder 37) an deren Stelle zur Meisterin desselben erwählt. Seit dem Jahre 1141 begann sie, innerem Antriebe gehorchend, ihre Visionen aufzuzeichnen, wobei sie sich der lateinischen Sprache bediente. Da sie diese aber nur höchst mangelhaft beherrschte, standen ihr nacheinander verschiedene Mönche (Volmar, Gottfried, Ludwig, Wibert) zur Seite, welche Casus und Tempora in ihrem Diktat „in Ordnung zu bringen“ hatten. Im Jahre 1147 auf 48 prüfte Papst Eugen III., damals gerade in Trier verweilend, die Aufzeichnungen Hildegards, hiefs sie, namentlich auf Anregung Bernhards von Clairvaux, gut und erlaubte der Verfasserin niederzuschreiben, was immer sie sehe. In demselben Jahre 1147 verlegte Hildegard ihr Kloster auf den Rupertsberg bei Bingen: nachmals (1165) stiftete sie das Filialkloster Eibingen. Neben der Aufzeichnung ihrer Visionen beschäftigte sie ein ausgebreiteter Briefwechsel mit Personen aller Stände: zählten doch Kaiser und Papst, Kardinäle und Bischöfe, Äbte und andere Würdenträger zu ihren Korrespondenten. Auch unternahm sie in kirchlichem Interesse Reisen nach Frankreich, Schwaben, dem Niederrhein, nach Köln, Trier und Metz, Würzburg, Bamberg und anderen Orten. Sie starb hochverehrt und hochbetagt den 17. September 1179 und ward auf dem Rupertsberge beigesetzt. — Vgl. über Hildegards Leben vor allem Schmelzeis, das Leben und Wirken der hl. Hildegardis. Freiburg i. B. 1879. — Roth, F. W. E. Beiträge zur Biographie der Hildegard von Bingen O. S. B. (Zeitschrift f. kirchl. Wissenschaft und kirchl. Leben. Jahrg. 1888, S. 453 ff).

Unter den Schriften Hildegards finden sich auch eine Reihe von geistlichen Gesängen. Sie bilden, mit ihren Singweisen versehen, den Schluß der Wiesbadener Hildegard-Handschrift Nr. 1 (Codex mit der Kette), der im 12. Jahrhundert geschrieben ist. Die Noten sind auf fünflinige Systeme mit roter F- und gelber C-Linie eingetragen. Aus dieser Quelle theilte zuerst Mone einige Lieder Hildegards mit, weitere Schmelzeis (a. a. O. S. 460-494; Singweisen zu fünf Liedern im Anhang). Den gesamten Liederinhalt der

Handschrift publizierte Willihalm Roth in seinen *Fontes rerum Nassovarum* I III (Wiesbaden 1880) 433—456. Diese Gesänge setzen sich aus Antiphonen und Responsorien, Hymnen und Sequenzen zusammen und schliessen mit einem allegorischen Melodrama, *Ordo virtutum* betitelt. In den Rahmen dieser *Analecta* konnten nur die als Hymnen und Sequenzen bezeichneten Stücke Aufnahme finden; die ich zu diesem Zwecke aus der Quelle selbst kopiert habe. Streng genommen haben wir in diesen in Prosa niedergeschriebenen Liedern nur den Entwurf, die Kladde von Hymnen und Sequenzen vor uns. Hildegard, welche das Latein so wenig meisterte, daß sie sich stets eines Korrektors ihrer Aufzeichnungen bedienen mußte, beherrschte selbstredend noch weniger die kunstreichen Formen der Hymnen- und Sequenzenstrophen ihrer Zeit. Den Korrektoren aber mochte es unthunlich erscheinen, selbst wenn sie es vermocht hätten, diese Entwürfe in Verse umzugießen, da sie bei einem solchen Versuche genötigt worden wären, sich zu weit vom Originale zu entfernen. So blieb es denn bei den Entwürfen, die, sei es von Hildegard, sei es von anderer Hand mit Singweisen versehen wurden. Diese Melodien sind jedesmal andere für die einzelnen Strophen der Hymnen sowohl als der Sequenzen. Von musikalischem Parallelismus kann bei letzteren so wenig Rede sein wie von textlichem, ja der erstere versagt oft gerade da am meisten, wo man noch eine Spur des letzteren vermuten möchte, wie z. B. in Nr. 4 Absatz 7 und 8. Durch diesen Mangel an Form unterscheidet sich Hildegard sehr zu ihren Ungunsten von Herradis von Landsberg, welche sie andererseits durch die Originalität des Inhaltes weit hinter sich zurückkläßt.

---

### 324. (1.) *Sequentia de Spiritu Sancto.*

1. O ignis spiritus paracliti, vita vitae omnis creaturae, sanctus es vivificando formas.

2. Sanctus es ungero periculose fractos, sanctus es regendo foetida vulnera.

3. O spiraculum sanctitatis, o ignis caritatis, o dulcis gustus in pectoribus et infusio cordium in bono odore virtutum.

4. O fons purissimus, in quo consideratur, quod Deus alienos colligit et perditos requirit.

5. O lorica vitae et spes compaginis membrorum omnium et o cingulum honestatis, salva beatos.

6. Custodi eos, qui carcerati sunt ab inimico, et solve ligatos, quos divina vis salvare vult.

7. O iter fortissimum, quod penetravit omnia in altissimis et in terrenis et in omnibus abyssis, tu omnes componis et colligis.

8. De te nubes fluunt, aether volat, lapides humorem habent, aquae rivulos educunt, et terra viriditatem sudat.

9. Tu etiam semper educis doctos per inspirationem sapientiae laetificatos.

10. Unde laus tibi sit, qui es sonus laudis et gaudium vitae, spes et honor fortissimus, dans praemia lucis.



**325. (2.) Hymnus de Sancto Spiritu.**

1. O ignee spiritus, laus tibi sit, qui in tympanis et cytharis operaris.

2. Mentis hominum de te flagrant et tabernacula animarum eorum vires ipsarum continent.

3. Inde voluntas ascendit et gustum animae tribuit, et eius lucerna est desiderium.

4. Intellectus te in dulcissimo sono advocat ac aedificia tibi cum rationalitate parat, quae in aureis operibus sudat.

5. Tu autem semper gladium habes illud, absci[n]dere, quod noxiale pomum per nigerrimum homicidium profert,

6. Quando nebula voluntatem et desideria tegit, in quibus anima volat et undique circuit.

7. Sed mens est ligatura voluntatis et desiderii.

8. Cum vero animus se ita erigit, quod requirit pupillam mali videre et maxillam nequitiae, tu eum citius in igne comburis. cum volueris.

9. Sed et cum rationalitas se per mala opera ad prona declinat, tu eam, cum vis, stringis et confringis et reducis per infusionem experimentorum.

10. Quando autem malum ad te gladium suum educit, tu illud in cor illius refingis, sicut in primo perditio angelo fecisti, ubi turrin superbiae illius in infernum deiecisti.

11. Et ibi aliam turrin in publicanis et peccatoribus elevasti, qui tibi peccata sua cum operibus suis confitentur.

12. Unde omnes creaturae, quae de te vivunt, te laudant, quia tu pretiosissimum unguentum es fractis et foetidis vulneribus. ubi illa in pretiosissimas gemmas convertis.

13. Nunc dignare nos omnes ad te colligere et ad recta itinera dirigere. Amen.

**326. (3.) Sequentia de Sancta Maria.**

1. O virga ac diadema purpurae regis. quae es in clausura tua sicut lorica.

2. Tu frondens floruisti in alia vicissitudine, quam Adam omne genus humanum produceret.

3. Ave, ave, de tuo ventre alia vita processit, qua Adam filios suos denudaverat.

4. O flos, tu non germinasti de rore nec de guttis pluviae, nec aer desuper te volavit, sed divina claritas in nobilissima virga te produxit.

5. O virga, floriditatem tuam Deus in prima die creaturae suae praeviderat.

6. Et de verbo suo auream materiam, o laudabilis virgo, fecit.

7. O quam magnum est in viribus suis latus viri, de quo Deus formam mulieris produxit, quam fecit speculum omnis ornamenti sui et amplexionem omnis creaturae suae!

8. Inde concinunt caelestia organa et miratur omnis terra, o laudabilis Maria, quia Deus te valde amavit. Quam valde plangendum et lugendum est, quod tristitia in crimine per consilium serpentis in mulierem fluxit.

9. Nam ipsa mulier, quam Deus matrem omnium posuit, viscera sua cum mulieribus ignorantiae decerpit et plenum dolorem generi suo protulit.

10. Sed, o aurora, de ventre tuo novus sol processit, qui omnia crimina Evae abstersit et maiorem benedictionem per te protulit, quam Eva hominibus nocuisset.

11. Unde, o salvatrix, quae novum lumen humano generi protulisti, collige membra filii tui ad caelestem harmoniam.

### 327. (4.) De Sancta Maria.

1. O viridissima virga, ave, quae in ventroso flabro sciscitationis sanctorum prodisti,

2. Cum venit tempus, quo(d) tu floruisti in ramis tuis; ave, ave sit tibi, quia calor solis in te sudavit sicut odor balsami.

3. Nam vitae floruit pulcher flos, qui odorem dedit omnibus aromatibus, quae arida erant.

4. Et illa apparuerunt omnia in viriditate plena.

5. Unde caeli dederunt rorem super gramen et omnis terra laeta facta est, quoniam viscera ipsius frumentum protulerunt, et quoniam volucres caeli nidos in ipsa habuerunt.

6. Deinde facta est esca hominibus et gaudium magnum epulantium; unde, o suavis virgo, in te non deficit ullum gaudium.

7. Haec omnia Eva contempsit.

8. Nunc autem laus sit altissimo.

### 328. (5.) Hymnus de Sancta Maria.

1. Ave, generosa, gloriosa et intacta puella, tu pupilla castitatis, tu materia sanctitatis, quae Deo placuit.

2. Nam haec superna infusio in te fuit, quod supernum verbum in te carnem induit.

3. Tu candidum lilium, quod Deus ante omnem creaturam insepexit.

4. O pulcherrima et dulcissima, quam valde Deus in te delectabatur, cum amplexionem caloris sui in te posuit ita, quod filius eius de te lactatus est.



5. Venter enim tuus gaudium habuit, cum omnis caelestis symphonia de te sonuit, quia virgo filium Dei portasti; ubi castitas tua in Deo claruit.

6. Viscera tua gaudium habuerunt sicut gramen, super quod ros cadit, cum ei viriditatem infudit, ut et in te factum est, o mater omnis gaudii.

7. Nunc omnis ecclesia in gaudio rutilat ac in symphonia sonet propter dulcissimam virginem et laudabilem Mariam, Dei genetricem. Amen.

### 329. (6.) Hymnus de Sancto Matthia.

1. Matthias, sanctus per electionem, vir praeliator per victoriam, ante sanguinem agni electionem non habuit, sed tardus in scientia fuit quasi homo, qui perfecte non vigilat.

2. Donum Dei illum excitavit, unde ipse prae gaudio sicut gigas in viribus suis surrexit, quia Deus illum praevidit sicut hominem, quem de limo formavit, cum primus angelus cecidit, qui Deum negavit.

3. Homo, qui electionem vidit, vae, vae, cecidit; boves et arietes habuit, sed faciem suam ab eis retrorsum duxit et illos dimisit.

4. Unde foveam carbonum invasit et desideria sua osculatus in studio suo illam sicut Olympum erexit.

5. Tunc Matthias per electionem divinitatis sicut gigas surrexit, quia Deus illum posuit in locum, quem perditus homo noluit. O mirabile miraculum, quod sic in illo resplenduit!

6. Deus enim ipsum praevidit in miraculis suis, cum nondum haberet meritum operationis, sed mysterium Dei in illo gaudium habuit, quod idem per institutionem suam non habebat.

7. O gaudium gaudiorum, quod Deus sic operatur, cum nescienti homini gratiam suam impendit ita, quod parvulus nescit, ubi magnus volat, cuius alas Deus parvulo tribuit.

8. Deus enim gustum in illo habet, qui seipsum nescit, quia vox eius ad Deum clamat, sicut Mathias fecit, qui dixit: O Deus, Deus meus, qui me creasti, omnia opera mea tua sunt.

9. Nunc ergo gaudeat omnis ecclesia in Matthia, quem Deus in foramine columbae sic elegit. Amen.

### 330. (7.) Sequentia de Sancto Disibodo.

1. O praesul verae civitatis, qui in templo angularis lapidis ascendens in caelum in terra prostratus fuisti propter Deum.

2. Tu peregrinus a semine mundi desiderasti exsul fieri propter amorem Christi.

3. O mons clausae mentis, tu assidue pulchram faciem aperuisti in speculo columbae.

4. Tu in absconso latuisti, inebriatus odore florum, per cancellos sanctorum emicans Deo.

5. O culmen in clavibus caeli, quod propter perspicuam vitam mundum vendidisti, hoc certamen, alme confessor, semper habes in Domino.

6. In tua enim mente fons vivus clarissima luce purissimos rivulos eduxit per viam salutis.

7. Tu magna turris ante altare summi Dei et huius turris culmen obumbrasti per fumum aromatum.

8. O Disibode, in tuo lumine per exempla puri soni membra mirificae laudis aedificasti in duabus partibus per filium hominis.

9. In alto stas non erubescens ante Deum vivum et protegis viridi rore laudantes Deum ista voce:

10. O dulcis vita et o beata perseverantia, quae in hoc beato Disibodo gloriosum lumen aedificasti in caelesti Ierusalem!

11. Nunc sit laus Deo in forma pulchrae tonsurae viriliter operante

12. Et superni cives gaudeant de his, qui eos hoc modo imitantur.

### 331. (8.) De Sancto Euchario Sequentia.

1. O Euchari, inclita via ambulasti, ubi cum filio Dei mansisti, illum tangendo et miracula eius, quae fecit, videndo.

2. Tu eum perfecte amasti, cum sodales tui exterriti erant pro eo, quod homines erant. nec possibilitatem habebant bona perfecte intueri.

3. Tu autem in ardente amore plenae caritatis illum amplexus es, cum manipulos praeceptorum eius ad te collegisti.

4. O Euchari, valde beatus fuisti, cum verbum Dei te in igne columbae imbuit, ubi tu quasi aurora illuminatus es et sic fundamentum ecclesiae aedificasti.

5. Et in pectore tuo coruscat dies, in quo tria tabernacula supra marmoream columnam stant in civitate Dei.

6. Per os tuum ecclesia ruminat vetus et novum vinum, videlicet poculum sanctitatis.

7. Sed et in tua doctrina ecclesia effecta est rationalis ita, quod supra montes clamavit, ut colles et ligna se declinarent ac mamillas illius sugerent.

8. Nunc in tua clara voce filium Dei ora pro hac turba, ne in caeremoniis Dei deficiat, sed ut vivens holocaustum ante altare Dei fiat.

**332. (9.) Sequentia de Sancto Maximino.**

1. Columba aspexit per cancellos fenestrae, ubi ante faciem eius sudando sudavit<sup>1)</sup> balsamum de lucido Maximinus.

2. Calor solis exarsit et in tenebris resplenduit, unde gemma surrexit in aedificatione templi purissimi cordis benevoli.

3. Iste turris excelsa, de ligno Libani et cypresso facta, iacyntho et sardio ornata est, urbs praezellens artes aliorum artificum.

4. Ipse velox cervus cucurrit ad fontem purissimae aquae, fluentis de fortissimo lapide, qui dulcia aromata irrigavit.

5. O pigmentarii, qui estis in suavissima viriditate hortorum regis ascendentes in altum, quando sanctum sacrificium in arietibus perfecistis.

6. Inter vos fulget hic artifex, paries templi, qui desideravit alas aquilae osculando nutricem sapientiam in gloriosa fecunditate ecclesiae.

7. O Maximine, mons et vallis es et in utroque alta aedificatio appares, ubi capricornus cum elephante exivit et sapientia in deliciis fuit.

8. Tu es fortis et suavis in caeremoniis et coruscatione altaris ascendens ut fumus aromatum ad columnam laudis.

9. Ubi intercedis pro populo, qui tendit ad speculum lucis, cui laus est in altis.

**333. (10.) De Sancto Ruperto.**

1. O Ierusalem, aurea civitas, ornata regis purpura,

2. O aedificatio summae bonitatis, quae es lux nunquam obfuscata!

3. Tu enim es ornata in aurora et in calore solis.

4. O beata pueritia, quae rutilas in aurora, et o laudabilis adulescentia, quae ardes in sole!

5. Nam tu, o nobilis Ruperte, in his sicut gemma fulsisti, unde non potes abscondi stultis hominibus, sicut nec mons valli celatur.

6. Fenestrae tuae, Ierusalem, cum topazio et saphyro specialiter sunt decoratae.

7. In quibus dum fulges, o Ruperte, non potes abscondi tepidis moribus, sicut nec mons valli, coronatus rosis, liliis et purpura in vera ostensione.

8. O tener flos campi et o dulcis viriditas pomi et o sarcina sine medulla, quae non flectit pectora in crimina!

---

<sup>1)</sup> sudan Hs.

9. O vas nobile, quod non est pollutum nec devoratum in saltatione antiquae speluncae et quod non est maceratum in vulneribus antiqui perditoris!

10. In te symphonizat spiritus sanctus, quia angelicis choris associaris et quoniam in filio Dei ornaris, cum nullam maculam habes.

11. Quod vas decorum tu es, o Ruperte, qui in pueritia et in adulescentia tua ad Deum anhelasti in timore Dei et in amplexione caritatis et in suavissimo odore bonorum operum.

12. O Ierusalem, fundamentum tuum positum est cum torrentis<sup>1)</sup> lapidibus, quod est cum publicanis et peccatoribus, qui perditae oves erant, sed per filium Dei inventae ad te cucurrerunt et in te positi sunt.

13. Deinde muri tui fulmiant vivis lapidibus, qui per summum studium bonae voluntatis quasi nubes in caelo volaverunt.

14. Et ita turres tui, o Ierusalem, rutilant et candent per ruborem et per candorem sanctorum et per omnia ornamenta Dei, quae tibi non desunt, o Ierusalem.

15. Unde vos, o ornati et o coronati, qui habitatis in Ierusalem et, o tu Ruperte, qui es socius eorum in hac habitatione, succurrite nobis famulantibus et in exilio laborantibus.

### 334. (11.) De Undecim Milibus Virginum.

1: O ecclesia, oculi tui similes saphyro sunt et aures tuae monti Bethel, et nasus tuus est sicut mons murræ et turis et os tuum quasi sonus aquarum multarum.

2. In visione verae fidei Ursula filium Dei amavit et virum cum hoc saeculo reliquit et in solem aspexit atque pulcherrimum iuvenem vocavit dicens:

3. In multo desiderio desideravi ad te venire et in caelestibus nuptiis tecum sedere, per alienam viam ad te currens velut nubes, quae in purissimo aere currit similis saphyro.

4. Et postquam Ursula sic dixerat, rumor iste per omnes populos exiit.

5. Et dixerunt: Innocentia puellaris ignorantiae nescit, quid dicit.

6. Et coeperunt ludere cum illa in magna symphonia, usque dum ignea sarcina super eam cecidit.

7. Unde omnes cognoscebant, quia contemptus mundi est sicut mons Bethel.

8. Et cognoverunt etiam suavissimum odorem murræ et turis, quoniam contemptus mundi super omnia ascendit.

9. Tunc diabolus membra sera invasit, quae nobilissimos mores in corporibus istis occiderunt.

---

<sup>1)</sup> torrentibus Hs.

10. Et hoc in alta voce omnia elementa audierunt et ante thronum Dei dixerunt:

11. Wach, rubicundus sanguis innocentis agni in desponsatione sua effusus est.

12. Hoc audiant omnes caeli et in summa symphonia laudent agnum Dei, quia guttur serpentis antiqui in istis margaritis materie verbi Dei suffocatum est.

### 335. (12.) Hymnus.

1. Cum vox sanguinis Ursulae et innocentis turbae eius ante thronum Dei sonuit, antiqua prophetia venit per radicem Mambrae in vera ostensione trinitatis et dixit:

2. Iste sanguis nos tangit, nunc omnes gaudeamus.

3. Et postea venit congregatio agni per arietem in spinis pendentem et dixit:

4. Laus sit in Ierusalem per ruborem huius sanguinis.

5. Deinde venit sacrificium vituli, quod vetus lex ostendebat, sacrificium laudis circumamicta varietate et quae faciem Dei Moysi obunbilabat, dorsum illi ostendens.

6. Hoc sunt sacerdotes, qui per linguas suas Deum ostendunt et perfecte eum videre non possunt.

7. Et dixerunt: O nobilissima turba, virgo ista, quae in terris Ursula vocatur, in summis columba nominatur, quia innocentem turbam ad se collegit.

8. Turba magna, quam incombustus rubus, quem Moyses viderat, significat et quam Deus in prima radice plantaverat, in homine, quem de limo formaverat, ut sine commixtione viri viveret, cum clarissima voce clamavit in purissimo auro, topazio et saphyro circumamicta in auro.

9. Nunc gaudeant omnes caeli et omnes populi, cum illis ornentur. Amen.

### 336. (13.) Symphonia Virginum.

1. O dulcissime amator, o dulcissime amplexator, adiuva nos custodire virginitatem nostram.

2. Nos sunus ortae in pulvere, heu, heu, et in crimine Adae; valde durum est contradicere, quod habet gustus pomi; tu erige nos, salvator Christe.

3. Nos desideramus ardentem te sequi; o quam grave nobis miseris est te immaculatum et innocentem regem angelorum imitari!

4. Tamen confidimus in te, quod tu desideres gemmam requirere in putredine.

5. Nunc advocamus te sponsum et consolatorem, qui nos redemisti in cruce.

6. In tuo sanguine copulatae simus tibi cum desponsatione, repudiantes virum et eligentes te filium Dei pulcherrima forma, o suavissimus odor desiderabilium deliciarum, semper suspiramus post te in lacrimabili exsilio; quando te videamus et tecum maneamus?

7. Nos sumus in mundo, et tu in mente nostra, et amplectimur te in corde, quasi habeamus te praesentem.

8. Tu, fortissimus leo, rupisti caelum descendens in aulam virginis et destruxisti mortem aedificans vitam in aurea civitate.

9. Da nobis societatem cum illa et permanere in te, o dulcissime sponse, qui abstraxisti nos de faucibus diaboli, primum parentem nostrum seducentis.

### 337. (14.) *Symphonia viduarum.*

1. O pater omnium et o rex et imperator gentium, qui constituisti nos in costa primae matris, quae construxit nobis magnum casum aerumnae; et nos secutae sumus illam in propria causa, in exsilio sociantes nos illius dolori.

2. O tu nobilissime genitor, per summum studium currimus ad te et per dilectissimam atque dulcissimam paenitentiam, quae nobis per te venit, anhelamus ad te et post dolorem nostrum devotissime amplectimur te.

3. O gloriosissime et pulcherrime Christe, qui es resurrectio vitae, nos reliquimus propter te fertilem amorem coniunctionis et comprehendimus te in superna caritate et in virginea virga nativitatis tuae et in altera vice copulatae sumus tibi, quam prius essemus, secundum carnem.

4. Adiuva nos perseverare et tecum gaudere et a te nunquam separari.

---



## Herradis a Landsberg.

Abbatissa Hohenburgensis,

† 1195.

Über Herkunft und Lebensschicksale der Äbtissin Herrat von Hohenburg ist so gut wie nichts zu ermitteln. Sogar der Familienname „von Landsberg“ ruht nur auf örtlicher Überlieferung, ohne sich urkundlich beglaubigen zu lassen. Herrat folgte als Äbtissin der am 22. August 1167 verstorbenen gelehrten Relindis, welche auf dem Odilienberge, wie Hohenburg auch genannt wird, die Regel des hl. Augustin eingeführt oder neu belebt hatte. Berühmter als durch ihre Stiftungen, die Priorate St. Gorgon und Truttenhausen, ist Herrat durch ihr Werk, den Hortus deliciarum, geworden. Es war dies eine mit Miniaturen reich ausgestattete Handschrift von 324 Blättern, die sich inhaltlich als eine Art theologisch-mystischer Encyclopädie, eine Synopse aus den Büchern der hl. Schrift und eine Blütenlese aus den Werken der Väter und kirchlichen Schriftsteller darstellte, in welche auch eine Anzahl geistlicher Lieder und religiöser Dichtungen verwebt war. Alle diese Gedichte glaubte man ohne weiteres der Äbtissin Herrat zuschreiben zu dürfen. Ich habe an anderem Orte (*Zeitschrift für kathol. Theol.* XXIII [1899] S. 632—648) den Beweis geführt, daß dies nicht angängig ist, daß sich vielmehr nur einige wenige Lieder des Lustgartens als literarisches Eigentum Herrats behaupten lassen. Da die Handschrift des Hortus zugleich mit einer späteren Abschrift den 23. August 1870 ein Raub der Flammen wurde, sind diese Lieder im folgenden nach dem Werke Engelhardts „Herrad von Landsberg, Äbtissin zu Hohenburg oder St. Odilien im Elsaß im zwölften Jahrhundert und ihr Werk Hortus deliciarum, Stuttgart und Tübingen 1818“, mitgeteilt, welches uns, selbst bereits zur Seltenheit geworden, das verlorene Original notdürftig ersetzen muß. Zum Vergleiche konnte bei einigen Texten herangezogen werden: Albrecht, *History von Hohenburg oder St. Odilienberg*, Schlettstadt 1751. Für alles weitere Detail kann ich mich auf meine vorerwähnte Abhandlung beziehen, woselbst auch die Literatur über Herrat zusammengestellt ist. Den Liedern Herrats lasse ich anhangsweise zwei Gedichte des Hortus über ihr Kloster Hohenburg folgen, welche nach Ausweis des Akrostichons zwei ihr befreundete, uns nicht näher bekannte Geistliche namens Konrad und Hugo verfaßt haben.

---

338. (1.) **Rhythmus Herradis abbatissae,**  
per quem **Hohenburgenses virgunculas amabiliter salutatur et ad veri  
sponsi fidem dilectionemque salubriter invitatur.**

- |   |  |
|---|--|
| 1. Salve, cohors virginum<br>Hohenburgiensium,<br>Albens quasi lilium,<br>Amans Dei filium.           | 10. Christus odit maculas,<br>Rugas spernit vetulas,<br>Pulchras vult virgunculas,<br>Turpes pellit feminas. |
| 2. Herrat devotissima,<br>Tua fidelissima<br>Mater et ancillula,<br>Cantat tibi cantica.              | 11. Fide cum turturea<br>Sponsum istum redama,<br>Ut tua formositas<br>Fiat perpes claritas.                 |
| 3. Te salutatur millies<br>Et exoptat in dies,<br>Ut laeta victoria<br>Vincas transitoria.            | 12. Vivens sine fraudibus<br>Es monenda laudibus.<br>Ut consummes optima<br>Tui gradus opera.                |
| 4. O multorum speculum,<br>Sperne, sperne saeculum,<br>Virtutes adcumula,<br>Veri sponsi turmula.     | 13. Ne vacilles dubia<br>Inter mundi flumina,<br>Verax Deus praemia<br>Spondet post curricula.               |
| 5. Insistas luctamine<br>Diros hostes sternere.<br>Te rex regum adjuvat,<br>Quia te desiderat.        | 14. Patere nunc aspera<br>Mundi spernens prospera,<br>Nunc sis crucis socia,<br>Regni consors postea.        |
| 6. Ipse tuum animum<br>Firmat contra zabulum,<br>Ipse post victoriam<br>Dabit regni gloriam.          | 15. Per hoc mare naviga<br>Sanctitate grava,<br>Dum de navi exeas,<br>Sion sanctam teneas.                   |
| 7. Te decent deliciae,<br>Debentur divitiae,<br>Tibi caeli curia<br>Servat bona plurima.              | 16. Sion turris caelica,<br>Bella tenens astra,<br>Tibi fiat statio<br>Acto vitae spatio.                    |
| 8. Christus parat nuptias<br>Miras per delicias,<br>Hunc exspectes principem<br>Te servando virginem. | 17. Ibi rex virgineus<br>Et Mariae filius<br>Amplexens te redamat,<br>A maerore relevat.                     |
| 9. Interim monilia<br>Circumdes nobilia<br>Et exornes faciem<br>Mentis purgans aciem.                 | 18. Parvipendens omnia<br>Tentatoris iacula<br>Tunc gaudebis iugiter<br>Iubilando suaviter.                  |

- |  |   |
|--|---|
| <p>19. Stella maris fulgida,<br/>Virgo mater unica,<br/>Te coniungat filio<br/>Foedere perpetuo.</p>       | <p>22. Vale, casta contio,<br/>Mea iubilatio.<br/>Vivas sine crimine,<br/>Christum semper dilige.</p>     |
| <p>20. Et me tecum trahere<br/>Non cesses precamine<br/>Ad sponsum dulcissimum,<br/>Virginalem filium.</p> | <p>23. Sit hic liber utilis,<br/>Tibi delectabilis<br/>Et non cesses volvere<br/>Hunc in tuo pectore.</p> |
| <p>21. Ut tuae victoriae,<br/>Tuae magnae gloriae<br/>Particeps inveniar,<br/>De terrenis eruar.</p>       | <p>24. Ne more struthineo<br/>Subrepat oblivio<br/>Et ne viam deseras,<br/>Antequam pervenias.</p>        |

Engelhard p. 121. A. — Albrecht p. 283. B. — 1, 2 Hohenburgensium B. — 4, 2 Sperne, quaeso, saeculum B. — 5, 4 Qui vel te desiderat B. — 8, 3 Nunc exspectes B. — 11, 2 reclama A. — 11, 4 caritas B. — 12, 3 consumas B. — 12, 4 Tua gradus A. — 13, 3 Verus Deus B. — 15, 3 de nave prodeas B. — 16, 2 tenens aerea B. — 16, 3 fiet B. — 17, 1 Tibi rex B. — 17, 3 te reclamet A; te redamnat B. — 17, 4 relevet A; A maiore reluat B. — 19, 3 Te coniungens B. — 20, 2 Ne cesses B. — 21, 3 inveniat A. — 21, 4 eruat A. — 23, 3 Non cesses revolvere B. — 24, 2 Surripiat B. — 24, 4 provenias A.

### 339. (2.) Rhythmus de primo homine.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Primus parens hominum,<br/>Lumen cernens caelicum,<br/>Ita fuit conditus,<br/>Coetus ut angelicus<br/>Consors esset illius<br/>Ac foret perpetuus.</p>        | <p>4. Hunc et spoliaverant.<br/>Semivivum liquerant.<br/>Cui subvenit gratia<br/>Ille de Samaria,<br/>Stabulo induxerat,<br/>Curam eius egrat.</p>    |
| <p>2. Serpens hunc deceperat,<br/>Pomum quod gustaverat,<br/>Fnerat quod vetitum,<br/>Et sic vicit miserum,<br/>Statim pulsus patria,<br/>Pulchra liquit atria.</p> | <p>5. Eius sanans vulneca<br/>Solita clementia.<br/>Sic nos pius Dominus<br/>Eruit de faucibus<br/>Colubri nequissimi,<br/>Hostis invidissimi,</p>    |
| <p>3. Flebilis miserrimum<br/>Ruit in exsilium,<br/>Plagis est impositus<br/>Diris de latronibus,<br/>Quos infelix incidit,<br/>Patria dum excidit.</p>             | <p>6. Qui humani generis<br/>Gaudet de miseriis<br/>Cruciatu pascitur,<br/>Poenae pater dicitur.<br/>Visu est horribilis.<br/>In omni terribilis.</p> |

7. Nullis flecti precibus  
Potest crudelissimus,  
Si in malo opere  
Quemquam sentit vivere,  
Hunc dolose decipit,  
Servum sibi eligit.
8. Servis suis praemia  
Dabit amarissima,  
Illos quando tartarum  
Mergit in sulphureum;  
Eius aula sordida  
Multa habet tristia.
9. Ibi errant animae,  
Dolor adest undique,  
Gemitu maerentium  
Et luctu dolentium  
Domus tota personat,  
Ipse poenas ordinat.
10. Orcus sedens solio  
Ignis, pice fumido,  
Visus eius horridus,  
Dolor aestuantibus,  
Pro diversis vitiis  
Poenas tradit singulis.
11. Potentes potentibus  
Committit tortoribus;  
Ibi sunt angustiae  
Et multae miseriae,  
Ibi paenitentia  
Sine indulgentia.
12. Vae, vae lamentabile  
Clamant semper animae,  
Verba dant precantia  
Nec auxiliantia,  
Post calorem nimium  
Aguas intrant nivium.
13. Nulla tamen anima  
Nisi carnis famula  
Pertimescat tartarum  
Et regem tartareum,  
Quae internis tenebris  
Carne iacet debilis.
14. Habet post delicias  
Haec aeternas tenebras;  
Ibi fletus hominum  
Et est stridor dentium,  
Clamor hic plorantium,  
Dolor ululantium.
15. Iudex hic tartareus  
Gaudens cruciatibus  
Mala nostra trutinat  
Poenam et remunerat,  
Ne nos in voragine  
Versaremur misere,
16. Deus quaerens venerat  
Ovem, quam perdiderat,  
Et, qui legem dederat,  
Legi se subdiderat  
Et pro his, quos condidit,  
Mortem diram subiit.
17. Nobis sic compatiens  
Dederat omnipotens  
Liberum arbitrium  
Devitandi tartarum,  
Vitia si spernimus  
Et si bona facimus,
18. Nil nocebit animam,  
Veniet ad gloriam.  
Et debemus Dominum  
Et amare proximum;  
Haec praecepta gemina  
Ducunt ad caelestia.
19. Et per portam ferream  
Dant ad urbem semitam,  
In qua lux iustitiae  
Et est vox laetitiae,  
In qua gaudent agmina  
Requie perpetua.
20. Est vere floridior  
Et sole splendidior,  
Mellis habet flumina,  
Dulcis aurae flamina,  
Dicta pacis visio  
Ornatu angelico.

- |  |  |
|--|--|
| <p>21. Est exstructa civitas,<br/>In qua est iucunditas.<br/>In tam dulci patria<br/>Nulla erunt taedia,<br/>Ibi exsultatio,<br/>Ibi delectatio.</p> | <p>22. Inenarrabilia *<br/>Ibi dantur gaudia,<br/>Quae paravit Dominus<br/>Sese diligentibus;<br/>Festinemus ingredi<br/>Civitatem Domini.</p> |
|--|--|

23. Fungamur exsilio,  
Ut nos Dei filio  
Iungamus feliciter  
Et perpetualiter.  
Hoc concedat omnibus  
Saeculorum dominus,  
Qui per cuncta tempora  
Regnat summa gloria.

Engelhardt, S. 142. — 10.4 Dolor est aestuantibus. — 12. 6 Aquas intrans. — 23,1 Fugiamus exsilio.

**340. (3.) Rhythmus de Domino nostro Iesu Christo.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. O rex pie, o dux viae,<br/>Iesu Christe, optime,<br/>Nostrum chorum laudes morum<br/>Doce tibi promere.</p> <p>2. Ut concordēs mentis sordes<br/>Tua ope caelica<br/>Espurgemus et mundemus<br/>Cordis nostri intima.</p> <p>3. Ut psallamus et vovamus<br/>Vota nostra pleniter,<br/>Spe sincera, vita vera<br/>Te colentes iugiter.</p> <p>4. Tu, fons vitae manans rite<br/>In purgata pectora,<br/>Rigas mentem sitientem<br/>Sancta per charismata.</p> | <p>5. Tu solamen et levamen<br/>Pro te tribulantibus.<br/>Onus leve huius suave<br/>Bene laborantibus.</p> <p>6. Flos virtutis, spes salutis,<br/>Honor ineffabilis,<br/>Pulchritudo, sanctitudo<br/>Est inaestimabilis:</p> <p>7. Te sitire et te scire<br/>Fac nos in hac nebula,<br/>Sic curramus, ut spernamus<br/>Mundi huius flamina,</p> <p>8. Ut secure viae durae<br/>Linquamus pericula<br/>Et mox laete ac quiete<br/>Caeli dones praemia.</p> |
|--|---|

Engelhardt, p. 147. — 3. 2 plenitus. — 3, 4 iugitus. — 5, 3 jedenfalls verderbt; lies vielleicht Onus grave fac suave oder ähnliches.

**341. (4.) Rhythmus de Monte Hohenburc.**

(Appendix I).

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Hoc in monte vivo fonte<br/>Potantur oviculae,<br/>Esum vitae sine lite<br/>Congestant apiculae.</p> | <p>2. Nectar clarum scriptuarum<br/>Potant liberaliter,<br/>Bibant, bibant, vivant, vivant<br/>Omnes aeternaliter.</p> |
|--|--|

- |   |  |
|---|--|
| <p>3. <b>V</b>ultus harum lumen earum<br/> <b>H</b>abent datum caelitus,<br/> <b>R</b>eginarum has sanctarum<br/> <b>C</b>redas esse penitus.</p> | <p>7. <b>U</b>t sodales virginales<br/> <b>V</b>ivant sine crimine<br/> <b>S</b>ub Messia cum Maria,<br/> <b>V</b>irgines cum virgine.</p>         |
| <p>4. <b>G</b>enus tale speciale,<br/> <b>G</b>enus Christo proximum.<br/> <b>E</b>st commune tibi, une,<br/> <b>F</b>ructum portans maximum.</p> | <p>8. <b>C</b>oetus iste nihil triste,<br/> <b>N</b>ihil laevum doleat,<br/> <b>R</b>ectitudo, sanctitudo<br/> <b>S</b>emper hinc redoleat.</p>    |
| <p>5. <b>N</b>aevum nescit. nam ignescit<br/> <b>C</b>aelibatus gloria,<br/> <b>S</b>emper mentem gemiscentem<br/> <b>D</b>at sponsi memoria.</p> | <p>9. <b>A</b>ula Dei virginei<br/> <b>C</b>hori sunt et thalamus,<br/> <b>D</b>ictat namque sic utramque<br/> <b>C</b>ito scribens calamus.</p>   |
| <p>6. <b>I</b>llum spectat, vix exspectat,<br/> <b>U</b>t remoto speculo<br/> <b>B</b>onae spei faciei<br/> <b>C</b>ontempletur oculo.</p>        | <p>10. <b>V</b>erus sponsus nunc absconsus<br/> <b>I</b>n caeli palatio<br/> <b>S</b>ervet, regat, has protegat<br/> <b>S</b>aeculorum spatio.</p> |

Engelhardt p. 128 A. — Albrecht p. 285. B. — 3, 3 hos B. — 8, 3 utrumque AB. — 9, 3 reget B. — Str. 7 steht an letzter Stelle; das Akrostichon: „Hohenburgensibus Conradus“, weist ihr indes den richtigen Platz an hinter Str. 6. Es beweist auch, dafs dies Gedicht nicht von, sondern für Herrat geschrieben ist.

### 342. (5.) Item Rhythmus de Monte Hohenburc.

(Appendix II).

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. <b>H</b>unc ad montem vitae fontem<br/> <b>D</b>erivavit gratia,<br/> <b>U</b>bertatis, castitatis<br/> <b>I</b>rrorans solacia.</p>         | <p>4. <b>C</b>antus suavis, gestus gravis,<br/> <b>M</b>odus pudicitiae<br/> <b>E</b>ternalis absque malis<br/> <b>S</b>igna sunt laetitiae.</p>        |
| <p>2. <b>G</b>aude laeta, canta sueta,<br/> <b>G</b>aude, cohors virginum,<br/> <b>O</b>rdo cuius ornat huius<br/> <b>S</b>aecli domicilium.</p>   | <p>5. <b>R</b>egis natae sic ornatae<br/> <b>S</b>unt ab intus singulae,<br/> <b>D</b>ant fimbrias tunc aureas<br/> <b>N</b>unc absconsae gemmulae.</p> |
| <p>3. <b>S</b>acer cultus, simplex vultus,<br/> <b>C</b>asta mens et humilis,<br/> <b>A</b>matori, servatori<br/> <b>C</b>hristo est amabilis.</p> | <p>6. <b>O</b> spes certa, quae operta<br/> <b>L</b>icet sit in speculo,<br/> <b>S</b>ponsum Deum, regem verum,<br/> <b>V</b>idebitis oculo.</p>        |

Engelhardt p. 131. A. — Albrecht p. 285 B. — 2, 2 Gaude fehlt A. — 5, 1 sunt ornatae B. — 5, 2 Sic ab intus B. — Das Akrostichon „Hugo Sacerdos“ beweist, dafs auch dies Lied für Herrat geschrieben, nicht von ihr verfaßt wurde.

## Peregrinus.

Monachus Hirsaugiensis.

saec. 12/13.

Unter diesem Namen, richtiger vielleicht Pseudonym, ist uns in Handschriften des 12. und 13. Jahrhunderts ein Dialog zwischen einem Presbyter Peregrinus und einer Jungfrau Theodora erhalten, welcher in einer Reihe von Quellen von einem akrostichischen, doppelhörigen Hymnus begleitet ist, der den Titel *Epithalamium virginum* führt. Nach dem Vorgange von Trithemius (*De Scriptt. eccl.* 384) ist dieser Dialog und der zugehörige Hymnus von Leyser, Fabricius u. a. als das Werk eines Conradus Hirsaugiensis, der zu Beginn des 12. Jahrh. gelebt habe, angesehen worden. Noch G. Schepss, der 1889 ein anderes, von Trithemius demselben Konrad von Hirschau beigelegtes Werk ediert hat (*Conradus Hirsaugiensis Dialogus super auctores sive Didascalion.* Würzburg 1889), schreibt: „Die für unseren Zweck entscheidende Stelle, an deren Richtigkeit zu zweifeln wir trotz der, wie bekannt, bedenklichen Unzuverlässigkeit des Trithemius keinen genügenden Grund haben, findet sich in dem Werk *De Scriptoribus ecclesiasticis* c. 384“ (S. 3). Diesen von Schepss noch vermifsten Grund zum Zweifel hat seitdem Dr. Valentin Rose (*Die Handschriftenverzeichnisse der Kgl. Bibliothek zu Berlin XII*, 137) erbracht. In dem Berliner, vom Verfasser selbst herrührenden Manuskripte der *Scriptores des Trithemius* aus dem Jahre 1492 (Cod. lat. Fol. 410) weifs dieser noch nichts von einem Konrad von Hirschau, nennt vielmehr den Verfasser nur: „Peregrinus, monachus, ut fertur, eiusdem coenobii Hirsaugiensis“. Erst in der Baseler Ausgabe von 1494 ist aus dem Peregrinus endgültig ein Konrad von Hirschau geworden. Dafs wir es bei dieser Bereicherung seines Wissens nicht sowohl mit einem Funde, als mit einer Erfindung des Trithemius zu tun haben, das legen Analogieen aus der sonstigen Schriftstellerei des Abtes von Sponheim nur zu nahe. So wird es geraten sein, wenn wir es uns mit dem Wissen desselben von 1492 genügen lassen.

Das *Epithalamium* des Peregrinus ist im folgenden nach drei Handschriften wiedergegeben: der Zwettler Handschrift 180, 12. Jahrh. (A), der Würzburger Handschrift *Mp. th. f.* 107, einst nach Ebrach gehörig, 12.—13. Jahrh. (C); der Handschrift von Troyes 252, 13. Jahrh., die aus Clairvaux stammt. Das Gedicht findet sich auch in der Berliner Handschrift *Phil.* 17013, 13. Jahrh., deren Heimat Igny ist. Der Umstand, dafs alle diese Handschriften gerade aus Zisterzienserklöstern stammen, läfst auch die Angabe, dafs Peregrinus ein Mönch von Hirschau war, in bedenklichem Lichte erscheinen. Bezüglich der Zwettler Handseh. möchte ich noch bemerken, dafs der gedruckte Handschriftenkatalog des Stiftes das *Corpus* derselben dem 12., das *Epithalamium* aber dem 13. Jahrhundert zuschreibt, ein Eindruck, den ich nicht gewonnen habe. Die Handschrift gibt uns somit auch für die Altersbestimmung des Verfassers nach unten hin eine Grenze.

Jeder der beiden Chöre, die nebeneinander herlaufen und so zu singen, beziehungsweise zu lesen sind, dafs nach Str. 1 des ersten, Str. 1 des zweiten, nach Str. 2 des ersten Str. 2 des zweiten Chores folgt u. s. f., besitzt ein eigenes Akrostichon. Das des ersten lautet: „O qualis es, o quantus, quam suavis, o rerum pater in gratia, qua stabit aeternaliter unica mater catholica, sponsa. columba. interminabili munere rosa, Alleluia“; das des zweiten: „O quam miranda, quam praeclara, quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus, Deus, in te, Alleluia“. Nur in der Würzburger Handschrift sind beide Akrostichen (bis auf Kleinigkeiten) ungestört und die Strophen parallel geschrieben, wie sie nachstehend im Drucke wiedergegeben werden. In den beiden andern Handschriften sind die Strophen derart durcheinander geworfen, dafs nicht nur das Akrostichon zerstört, sondern jedes Verständnis unmöglich gemacht ist. Die Strophenfolge ist nämlich

in A: I, 1—33; II, 1—33; I, 34—66; II, 34—66; I, 67—98; II, 67—98; I, 99—129; II, 99—129.

in B: I, 1—48; II, 1—48; I, 49—96; II, 49—96; I, 97—129; II, 97—129.

Aus dieser Zusammenstellung ist tabellarisch abzulesen, durch welchen, beiden Schreibern, dem von Zwettl und dem von Clairvaux, gemeinsamen Irrtum die Verwirrung in beiden Handschriften entstand. In beider Vorlage war das Gedicht in zwei Kolumnen geschrieben, so dafs Chor neben Chor stand; die Abschreiber sprangen aber am Kolumnenschlusse statt von Kolumne 1 der ersten auf Kolumne 1 der zweiten Seite u. s. f., von Kolumne 1 der ersten auf Kolumne 2 der ersten Seite über. Wir sehen auch, dafs in der Vorlage des Zwettler Schreibers  $2 \times 33$  Zeilen auf die Seite kamen, in der des Kopisten von Clairvaux  $2 \times 48$ .

Dies zur Erklärung vorausgeschickt, mag der Text der interessanten Dichtung mit beigefügtem Variantenverzeichnisse sich anschliessen.

### 343. (1.) Epithalamium Christi virginum alternantium.

#### Chorus prior.

1. **O** fontis unda perpetis  
Inexhaustae dulcedinis,
2. **Q**uis mentis saltus pendulae  
Praevидit donum gratiae,
3. **V**iventis stella gratiae,  
Mundi claret in vespere,
4. **A**d quos sponsa mirifica,  
Mater surgit catholica,
5. **L**ex nempe mortis abiit.  
Vita Christus ut prodiit,
6. **I**ntrant sponsae palatium  
Regis aeterni roseum,
7. **S**plendentis aulae solium  
Sponsus pandit, rex omnium,
8. **E**ternitatis gratia  
Caeli patescunt atria,
9. **S**anctorum sancta penetrat  
Regina, rex quam adlevat,

#### Chorus alter.

1. **O** mellis stilla stabilis,  
Christe, tuis spes credulis!
2. **Q**uod sanctis tuis praeparas,  
Vices rerum ut terminas.
3. **V**mbram mundani corporis  
Vincens perfectis radiis.
4. **A**micta stola duplici  
Lege inaeestimabili.
5. **M**iranda praebens gaudia,  
Vera disponens sabbata.
6. **M**ane concivit fulgidum  
Vitae splendens ad praemium.
7. **I**ntranti secretissima  
Assignando sponsalia.
8. **R**erum cum mutabilium  
Cursus cessat et temporum.
9. **A**gonis acta proelia  
Recompensans per praemia.



- |  |   |
|--|---|
| 10. <b>O</b> lingua, mentis iubilum<br>Quae profert illis cognitum,  | 10. Natalem qui suscipiunt,<br>Ultra mori qui nequeunt?             |
| 11. <b>Quam</b> dignis fulget meritis<br>Sponsa caelorum principis,  | 11. <b>Dum</b> naevo carnis solvitur,<br>Quo surgente nunc labitur. |
| 12. <b>Vernantis</b> templum regiae<br>Scandit Christo iam praeduce, | 12. <b>Appendit</b> visu stupido,<br>Quod profertur in praemio.     |
| 13. <b>Agelli</b> vernant rosei,<br>Campi rubent purpurei,           | 13. <b>Qua</b> spirant opobalsama<br>Soli sponsae recondita.        |
| 14. <b>Non</b> alba marcent lilia,<br>Rubens spirat hic rosula,      | 14. <b>Virtutum</b> odor intimus<br>Sed notatur his floribus.       |
| 15. <b>Turgescunt</b> dulci nectare<br>Virentes florum gemmulae,     | 15. <b>Ardentes</b> candent violae,<br>Murra, crocus hic, aloe.     |
| 16. <b>Victricem</b> palma turmulam<br>Exornat florentissimam,       | 16. <b>Miratur</b> hortum germinis<br>In floreis deliciis.          |
| 17. <b>Sparguntur</b> horti gramina,<br>Nardus, narcissus, balsama,  | 17. <b>Pratum</b> florenti purpura<br>Veris proponit tempora.       |
| 18. <b>Quae</b> constant sanctis typica,<br>Mastix et gutta cibara,  | 18. <b>Recens</b> amomum, fistula.<br>Grana turis cum cassia.       |
| 19. <b>Vitalis</b> ligni gratia<br>Diversa thymiamata                | 19. <b>Exponit</b> , carpobalsama,<br>Storax hic, xylobalsama.      |
| 20. <b>Attendit</b> compta floridis<br>Virgo decus fasciculis,       | 20. <b>Commendat</b> auster omnia<br>Perflans hortum per gramina.   |
| 21. <b>Mirandis</b> fulgens floribus<br>Sic sponsa surgit altius,    | 21. <b>Lucis</b> adeptum floreis<br>Prodens triumphum palmulis.     |
| 22. <b>Signa</b> praetendit laurea<br>Lata conscendens atria,        | 22. <b>Aulam</b> vernantem rosulis<br>Plantis oberrans pendulis.    |
| 23. <b>Virtutum</b> pompis inclita<br>Regis procedit filia,          | 23. <b>Regnis</b> invecta lacteis,<br>Campis laeta mellifluis.      |
| 24. <b>Aeterno</b> iunctae tempori<br>Cursus respondet meriti,       | 24. <b>Applaudunt</b> chori caelici<br>Dote ditatae virgini.        |
| 25. <b>Virgo</b> iuncta candidulis<br>Festiva iam virgunculis,       | 25. <b>Quibus</b> concessit capere<br>Solis sponsus vim gratiae.    |
| 26. <b>Intranti</b> sponsus obviat,<br>Re, spe, donis corroborat,    | 26. <b>Vita</b> viventes solidat,<br>Bonum firmans, quod fecerat.   |
| 27. <b>Surgens</b> aurora croceos<br>Spargit splendore radios,       | 27. <b>Avertens</b> umbram sidere,<br>Sole clarae iustitiae.        |
| 28. <b>O</b> quantus amor intimus<br>Ardescit illic ignibus,         | 28. <b>Membra</b> dum vero capiti<br>Iungit effectus fidei!         |
| 29. <b>Rimare</b> fontem gratiae,<br>Quam propinat rex patriae,      | 29. <b>Mirandum</b> cunctis saeculis,<br>Magis sed lucis filiis.    |
| 30. <b>Exponit</b> clausos hactenus<br>Thesaurus Christus civibus,   | 30. <b>Auri</b> fulgentis pondera<br>Sensus replens scientia.       |
| 31. <b>Rorant</b> caeli iustitiam,<br>Abstrusam produnt gratiam,     | 31. <b>Gratis</b> collatam incolis<br>Iactis procul miseriis.       |
| 32. <b>Voluntas</b> singularibus<br>Alma dives muneribus             | 32. <b>Nutantes</b> gratis statuit,<br>Statutos lumen efficit.      |

- |  |   |
|--|---|
| 33. Morantem tantis gaudiis<br>Chorum vitae perpetuis            | 33. Agnus praecurrit, agmina<br>Digna sequuntur milia.      |
| 34. Promissum virgo caelica<br>Spousi cernit per praemia,        | 34. Mutari prorsus nescia,<br>Statu transscendens tempora.  |
| 35. Auctori iuneta omnium<br>Vitae sumit initium,                | 35. Vitali sceptro glorians,<br>Legi carnis flos dominans.  |
| 36. Taedis splendet sponsalibus,<br>Quot processit virtutibus,   | 36. Laetatur lucis gratia,<br>Quam fert iustis iustitia.    |
| 37. Emerge, dulcis filia.<br>Nitesce iam, virguncula.            | 37. Tandem visura nobilem<br>Christum Deum et hominem.      |
| 38. Regnanti regnum obviat,<br>Christo sponso se collocat        | 38. Iam regnatura perpetim<br>Donis collatis affatim.       |
| 39. In mundi quondam vespere<br>Quam nox pressit miseriae,       | 39. Tuetur sol immobilis<br>Et pax interminabilis.          |
| 40. Non ultra vergit pendula<br>Eventum rerum dubia              | 40. Veracis festo sabbati<br>Lucra metens iam fidei.        |
| 41. Gratanter iuneta principi<br>Vestitur stola duplici.         | 41. Dona suscepta laudibus<br>Signans et votis omnibus      |
| 42. Regalis pompa thalami<br>Pulchrae profertur virgini,         | 42. Ostrum insigne, specula<br>Vates praedixit talia.       |
| 43. Astringit istam purpura<br>Auro, gemmis interlita,           | 43. Dotalis torques. lunula,<br>Mitra. vitta eum fibula.    |
| 44. Cingunt armillae brachia<br>Et dextram dextrochiria.         | 44. Vernat monile gemmulis<br>In aures iunctis annulis.     |
| 45. Istam discriminalia<br>Comunt olfactoriola,                  | 45. Lapilli vernant aureis<br>Huius ornatu guttulis.        |
| 46. Aevis fulgit splendoribus<br>Et mysticis ornatibus.          | 46. Coronis rubet aureis<br>Victis horrendis proeliis.      |
| 47. Quaenam hic tam mirificis<br>Ornanda tot induniis.           | 47. Ex torta bysso candida<br>Cocco bis tineto florida?     |
| 48. Virgo sericas sindones.<br>Teristra, periscelides            | 48. Dotali sumit pignore;<br>O vestis decor mysticae!       |
| 49. Amor, o Christe, virginis<br>Unda redemptae sanguinis,       | 49. In hac te fixa gratia<br>Quae digne laudant carmina?    |
| 50. Sancte sanctorum Domine,<br>Quis hoc stabit in munere,       | 50. Notis tuis quod praeparas,<br>Vices rerum ut terminas.  |
| 51. Tantis donis ut dignus sit,<br>Quis unquam hic sic proficit. | 51. Iactura licet omnium<br>Te quaerat, spem viventium?     |
| 52. Alma virtus fidelium,<br>Tuorum decus civium,                | 52. Sion urbis introitum<br>Quis habebit et praemium?       |
| 53. Beatus urbis accola.<br>Plenae festiva gratia,               | 53. Totum bonum qui vendicat,<br>Quod ex parte praeviderat. |
| 54. Inventus cum virgineis<br>Flos stabit conventiculis,         | 54. Vernat in patre omnium<br>Unus amor laetantium.         |
| 55. Tempus interminabile<br>Paschali constans ordine             | 55. Estatic ortu tenditur.<br>Quo labor omnis tollitur.     |

56. Exstat unus in omnibus,  
Ut semper flos stet spiritus,
57. Tempus vicissitudines  
Nec habet hic mutabiles,
58. Ex solis huius iubare  
Est vis plena scientiae,
59. Rerum nosse principium  
Est verum iustis sabbatum,
60. Nil huic comparabile.  
Splendori tanto simile.
61. Ad sanctos haec lux spargitur,  
Hinc tota merces sequitur,
62. Lux lucis haec cognoscitur,  
Umbra mentis qua vincitur,
63. Iesu, Iesu, rex omnium,  
Quos gratis salvas, civium.
64. Tua tuos in gratia  
Dum perfundis insolita,
65. Electis o tripudium  
Saltu mentis praecognitum
66. Regum regis o regia,  
Vocatis plena copia.
67. Vnitum aedificium  
Compago reddit lapidum,
68. Non intrat istam perfidus.  
Non exit lucis filius.
69. Isti suas per species  
Sunt vitro comparabiles.
70. Coruscat templum iaspide.  
Fide virenti lapide,
71. Aulae saphyrus congruit.  
Quem splendor provehit,
72. Mittens ex se ut aureas  
Hic chrysoprassus guttulas
73. Arcis supernae solium  
Monstrat in his chrysolithum.
74. Transscendens lapis omnia  
Glaucus rerum viridia
75. Extra pallenti formula,  
Virens intus per merita,
76. Regni floret in foribus  
Iacinthus gratus regibus.
77. Color triplex quem denotat,  
Non amethystus lateat
78. Alto virtutum speculo  
Laetatur urbs topazio,
56. Defectus non hic senii,  
Non mors ex arte colubri.
57. Orto sole iustitiae  
Mortales cedunt tenebrae.
58. Mundo cordi cognitio  
Deitatis et visio.
59. In hoc beatis requies  
Cognovisse, quod Deus es.
60. Non mundi vertex aureus  
Nec totus orbis ambitus.
61. Eternae pacis visio.  
Trinitatis agnitio.
62. Qua fructus vitae prodeunt.  
Vel mutari qui nesciunt.
63. Votis, voce quis explicat.  
Urbs caelestis quod praeparat?
64. Adunans uno munere  
Multos in nostro vespere.
65. Mori nunquam nec cadere.  
Mutari nec deficere!
66. Alta muris et turribus.  
Clara suis in milibus!
67. Bono constans artifice.  
O civis huius regiae!
68. Stat ordo fixus lapidum  
Quater trium per numerum.
69. Constant quidam purpureae  
Naturae, quidam igneae.
70. Olim mundi qui pallidum  
Virtute vicit flosculum.
71. Notans colore sidera.  
Clarus in mundi vespera.
72. Dictae perornat Solymae  
Castra virenti iubare.
73. In verbo legis aureum,  
Menti lucentem hominum.
74. Se smaragdus his inserit,  
Morum decor quem prospicit.
75. Talis beryllus ponitur.  
Qui caesus fulgens redditur.
76. In sanctis immutabilis.  
Cursu mutatur temporis.
77. Testem Christi purpureus,  
Violaris et roseus.
78. Insignis hic multicolor.  
Unde coniunctis dignior.

- |   |  |
|---|--|
| 79. Templi stat portis aureis<br>Onyx coloris triplicis,    | 79. Mitis, benignus, sobrius,<br>Christo nihil acceptius.          |
| 80. Hic flammescit carbunculus,<br>Vitae clarus virtutibus, | 80. Exemplo lux et dogmate,<br>Matri iunctus catholicae,           |
| 81. Ornat aulam sed ultimus<br>Compar in gestis sardius,    | 81. Non legis carnis inscius,<br>Dum florebat virtutibus.          |
| 82. Luculenta chrysocomis<br>Templi structuram gemmulis     | 82. Tutis adauget gaudia,<br>Cessat ferri materia.                 |
| 83. Iunguntur vivi lapides.<br>Polivit istos artifex.       | 83. Iactos duris malleolis<br>Cursu labentis temporis.             |
| 84. Constat caelestis specula<br>Harum petrarum formula,    | 84. Beatos quae significat,<br>Sanctos Dei quae typicat.           |
| 85. Attriti corporalibus<br>Probandi tusionibus             | 85. Vivaci lima secti sunt,<br>Inde muris conveniunt.              |
| 86. Sion istis construitur,<br>His petris vivis cogitur,    | 86. Sunt ab hac procul omnia<br>Vitae, mortis discrimina.          |
| 87. Pace regnum componitur,<br>Non bellis saevis quatitur,  | 87. Terror letalis buccinae<br>Silet paccato milite.               |
| 88. Ordo quietis omnia<br>Pace disponit agmina,             | 88. Exstat procul his finibus<br>Inflatis mors draconibus.         |
| 89. Non signifer Romuleis<br>Coronam captat aquilis.        | 89. Portae iam nitent patulae,<br>Pax una certae patriae.          |
| 90. Suspendit fidem visio<br>Regis patente solio,           | 90. Ex donis iam exhibitis<br>Spes peribit ex superis.             |
| 91. Alta corda quae tenuit,<br>Pars augetur, non deficit,   | 91. Regnans sursum immobilis,<br>Quia interminabilis.              |
| 92. Caelum caeli pax aperit,<br>Quae sola sanctis adfuit,   | 92. Florem mundi dum tererent<br>Et pacem Deum quaerent.           |
| 93. O merces, vitae speculum,<br>Fontis aeterni poculum,    | 93. Ethra per alta bibulos<br>Sitibundis dans rivulos!             |
| 94. Lucis creator, Domine,<br>Quis hic stabit in munere,    | 94. Cum regni sit introitus<br>Merces actis laboribus?             |
| 95. Vnde profectus hominum<br>Te, Christe, promerentium,    | 95. Iam te fontem qui hauriat,<br>Lux aeterna quo radiat.          |
| 96. Millenae mortes martyrum<br>Tale non aequant meritum,   | 96. Semper quod est nec deficit,<br>Cui bono nil officit.          |
| 97. Bona bonus, rex optime,<br>Sorti procuras propriae      | 97. Te ipsum dando filiis;<br>Quid plus quaerant in prae-<br>miis? |
| 98. Agonistae victoria,<br>Tu corona stas aurea,            | 98. Intranti praebens lauream<br>Post felicem victoriam.           |
| 99. Iesu, vita viventium,<br>Spes aeterna regnantium,       | 99. Amore quo tunc iubilet,<br>Te lucem qui suscipiet!             |
| 100. Nomen tuum in saecula<br>Quae digne laudant carmina.   | 100. Vbi trinus et unitas<br>Ubi unus et trinitas?                 |
| 101. Trinum personis applica,<br>Sed unum in substantia.    | 101. Totum indivisibilem<br>Nec gradibus rotabilem.                |

- |  |  |
|--|--|
| 102. Ex mundi ponto naufragi<br>Campum portus siderei          | 102. Ex dono tuo capiunt,<br>Qui te corde nunc sitiunt.              |
| 103. Rex saeculorum Domine,<br>Miles clamabit curiae           | 103. Mille actis laboribus :<br>Quid salvati rependimus?             |
| 104. Mille malis in bravio<br>Nulla fit comparatio,            | 104. Summam longi certaminis<br>Non coaequat lex muneris.            |
| 105. Iam factorem conspiciere<br>Est sine fine vivere,         | 105. Porta mortis dum clauditur<br>Nec esse nox permittitur.         |
| 106. Nota creantis visio<br>Cuncta replet in gaudio,           | 106. Expleto flendi nubilo<br>Sol umbram vertit radio.               |
| 107. Auris habet, quod mulceat,<br>Gustus, suave quod sapiat,  | 107. Restant perblanda tactui,<br>Dulcis odor olfactui.              |
| 108. Bonum hic omne saeculo,<br>Statu florenti caelico.        | 108. Aeterni status temporis.<br>Talis Christus in praemiis.         |
| 109. Instate tantae gratiae,<br>O vos omnes orbicolae,         | 109. Noctem mundanam fugite,<br>Dum vacat lucem quaerere.            |
| 110. Lux in te, rex, lucentium,<br>Quos gratis salvas, omnium, | 110. Te suspirando quaerimus.<br>Precum assis effectibus.            |
| 111. Iam mundi nutat orbita,<br>Rerum vergit materia,          | 111. Iam decor omnis avolat,<br>Quem vis nativa procreat.            |
| 112. Morbis mundus et moribus<br>In nos grassatur languidus,   | 112. Benigne fer auxilium<br>Tuis iam necessarium.                   |
| 113. Verba tua cognoscimus<br>Pressuris multiformibus,         | 113. Venere, quae praedixerat<br>Vox, quae torpentes excitat.        |
| 114. Non sol, non luna tempora<br>Adesse celant ultima.        | 114. Signa patent praenuntia,<br>Turbatur mens hinc anxia            |
| 115. Ex terrae motus murmure,<br>Ventorum crebro turbine,      | 115. De fluctuum excursibus<br>Rerum finem perpendimus.              |
| 116. Rector rerum, hinc respice,<br>Quos virga regis gratiae,  | 116. Egris offer et baculum,<br>Casuris sustentaculum.               |
| 117. Ex te restat auxilium,<br>Qui casus nosti mentium,        | 117. Velle tuum. vis praepotens.<br>Abiectos hinc recolligens.       |
| 118. Robur adauge stantibus,<br>Spem surgendi cadentibus,      | 118. Sis portus culpa naufragis,<br>Lux sanctis conscientiis.        |
| 119. O lux et dux ad patriam,<br>Christe, lapsis da dexteram,  | 119. In te ad te nos erige,<br>Rector, occursum veniae.              |
| 120. Sole tuo nos praeveni,<br>Ne nos diei ultimi              | 120. Nox involvat taeterrima.<br>O rex, o nos tunc adiuva.           |
| 121. Auctori laudum cantica<br>Mentis fidelis immola.          | 121. TE lucem qui iam reddidit,<br>Noctem mortis quem rep-<br>perit. |
| 122. Ad sponsum laudes fundite.<br>Sponsae, flores ecclesiae,  | 122. Ad florem florum germina<br>Ferte rosas et lilia.               |
| 123. Laetetur virgo virginum,<br>De qua fructus viventium,     | 123. Laturus saeculo dulcia<br>Vitis vera convivia.                  |
| 124. Lucernas ornet splendidas,<br>Stolas aptet candidulas     | 124. Lucis gratanter suboles<br>Pannos ponendo veteres.              |

- |   |  |
|---|--|
| 125. Ex dignis sponsus nobilis,<br>Laudatur conscientis,      | 125. Expertes lucis animae<br>Digne nullo stant carmine.       |
| 126. Laudando cunctis saeculis<br>Dic hymnum, decus virginis, | 126. Laus sit in novis canticis,<br>Agnum vitae quae sequeris. |
| 127. Vincenti lignum dabitur,<br>Quo paradisis colitur,       | 127. Vitae coronam accipit,<br>Mundum virgo quae vicerit.      |
| 128. Intranti man reconditum<br>Christus offert et calculum,  | 128. In stella victrix fulgida<br>Lucis cognovit opera.        |
| 129. Ascripta summis civibus<br>Locat throno rex inclitus,    | 129. Aspectus ad hunc animo<br>Hymnus erit cum cantico.        |

*Chorus prior.* 1, 1 O fons unda C. — 5, 2 Vita Christus prodiit C. — 6, 1 Intranti ABC. — 14, 1 marcent hic ABC. — 14, 2 spirant C. — 18, 1 sacris B. — 20, 1 floridulis AB. — 21, 1 fulgent B. — 24, 2 respondit BC. — 25, 2 Festina C, virguncula B. — 26, 2 spem B. — 28, 1 quantis C. — 29, 2 Quem B. — 30, 2 omnibus B. — 31, 1 Rorantes poli C. — 33, 1 in gaudiis AC; et tantis B. — 34, 1 virgo catholica ABC. — 36, 1 Tot telis A: Tot taedis BC. — 36, 2 Quod AC. — 37, 1 Emergit BC. — 37, 2 Nitescit BC. — 38, 2 Christo sponsa BC. — 39, 2 processit B; praecessit C. — 40, 2 Eventu B. — 43, 2 inclita B. — 45, 1 iam discriminalia A. — 46, 1 Aeternis fulget ABC. — 46, 2 Sic mysticis BC. — 47, 1 haec. B. — 47, 2 in divitiis AC. — 48, 1 sindones sericas AC. — 56, 2 stent ABC. — 57, 2 Non habet C. — 61, 2 Hanc BC. — 62, 2 cum vincitur B. — 68, 2 Non fehlt C. — 69, 1 Istis A. — 73, 2 Monstrate A. — 75, 2 per omnia B. — 84, 1 caelesti B. — 86, 1 extrahitur BC. — 87, 2 belli B. — 91, 1 qui A; quum B. — 91, 2 nec deficit BC. — 95, 1 Unum B. — 97, 1 Bonum bona B. — 100, 2 Quod digne AC. — 102, 1 mundo AC: naufragii A. — 104, 2 sit AB. — 107, 2 qui A. — 108, 1 omni A. — 108, 2 Statim A; Stanti B; Santi C. — 110, 1 Lux vitae C. — 110, 2 salvas gratis B. — 116, 1 hic A. — 119, 2 lapis A. — 120, 2 Et nos diei A. — 121, 2 Mente fidelis AC. — 124, 1 splendiditas A. — 128, 1 manna ABC.

*Chorus alter.* 1, 2 Christus C. — 6, 1 conceivit ABC. — 8, 1 Rerum commutabilium B. — 10, 2 morique nequeunt B. — 11, 2 cum argente B. — 22, 2 splendulis AC. — 25, 1 carpere C. — 27, 2 clara C. — 28, 2 affectus C. — 33, 1 praecurrit C. — 41, 1 Bona C. — 43, 1 Dotales C. — 43, 2 confubula AC. — 45, 2 ornatum B. — 44, 1 monili et gemmulis A. — 50, 1 quos praeparas A. — 51, 1 Factura A: Naectura B. — 59, 1 In his B. — 69, 1 Constat B. — 69, 2 quaedam AC. — 70, 1 qui perfidum A. — 73, 2 lucenti B. — 81, 1 lege B. — 87, 2 peccato A. — 88, 1 Exstant AB. — 89, 1 iam nec patulae A; iam nunc patulae C. — 90, 2 perhibet A. — 92, 2 pacem Domini C. — 105, 2 Nec esse nostrum mutabitur C. — 114, 1 per nuntia AB. — 117, 1 rex praepotens A. — 117, 2 hinc fehlt A. — 120, 1 involvat AB. — 120, 2 O rex tunc nos C. — 126, 2 qua C. — 129, 1 Primus erit in A. — Vgl. Zeitschrift für kath. Theol. Jahrg. 1900, S. 346. ff.

## Guido de Basochis,

Cantor Catalaunensis,

† 1203.

Guido von Bazoches entstammte einer altadeligen Familie, die auf dem Stammgute gleichen Namens safs und einen Ast des weitverzweigten Geschlechtes derer von Câtillon bildete. Sein Vater hiefs Gervasius; seine Mutter, Hadewidis von Rumigny, war eine Enkelin des Kreuzfahrers Balduin II. von Hennegau. Guido hatte zwei jüngere Brüder, Nicolaus, Herrn von Bazoches und Milo, Abt von Saint-Médard de Soissons, sowie eine Schwester, die nach der Großmutter Aelidis hiefs und mit einem Herrn von Château-Porcien vermählt war. Ihr Sohn, Rainaudus, trat wie der Onkel in den geistlichen Stand und ward Archidiakonus, wir wissen nicht, in welchem Sprengel. Seiner Mutter Bruder, Balduin von Rumigny, war Archidiakon von Laon.

In seinem siebenten Jahre ward Guido, den seine Mutter schon vor seiner Geburt „Gott verlobt“ hatte, von seinem Onkel väterlicher Seite, Haimo, damals noch Archidiakon, später Bischof von Châlons-sur-Marne (1151—1153), aus dem elterlichen Hause entführt, in den Wissenschaften unterrichtet und (nach 1151) zum Kleriker geschoren. Haimo starb zu rasch, um seinen Neffen zu den Würden verhelfen zu können, die er ihm zweifels-ohne zudedacht. Guido wurde Subdiakon und später Kanonikus und Kantor der Kirche von Châlons. Ersteres sagt er selbst in einer für seinen Grabstein verfaßten Inschrift:

*Officiu[m] quintus contulit ordo mihi,*

denn der fünfte ordo ist eben der des Subdiakonats; dafs er als Kantor von Châlons starb, bezeugt Alberich von Troisfontaines. Höher ist er auf der Staffel hierarchischer Würden nicht gestiegen. Dafs er sich um solche nicht angelegentlicher bemühte, ward ihm, namentlich seitens seiner Verwandten, zum Vorwurfe gemacht. Er verteidigte sich gegen denselben in einer eigenen Schrift, *Apologia contra malignos* (vgl. Wattenbach, *Die Apologie des Guido von Bazoches*; Sitzungsberichte der kgl. preufs. Akad. d. Wissensch. 1893 I, 395—420). Aus den Briefen Guidos erfahren wir, dafs er sich studienhalber auch in Paris (Ep. 4.) und Montpellier (Ep. 9. 11. 13.) aufhielt, von wo er die Abtei Saint-Gilles besuchte, sowie dafs er durch seine Lehrtätigkeit zeitweise von Châlons ferngehalten wurde. Im Jahre 1190 sehlofs er sich dem Kreuzzuge Philipp Augusts an, über den zwei seiner Briefe uns spärliche Nachrichten geben, machte die weltberühmte Belagerung von Akkon mit und starb, in die Heimat zurückgekehrt, im Jahre 1203. Guido war, wie er in der schon erwähnten Grabschrift uns belehrt, von mittlerer Gröfse (*Maior eram brevibus, brevior maioribus*), weder reich noch arm (*Nec dives nec egens*), sondern mit seinem bescheidenen Einkommen zufrieden, dem Spiele, d. h. vor allem der Jagd, und dem Studium zugetan (*Et ludis datus et studiis*), doch jenem selten, diesem anhaltend sich hingebend (*sed rarus in illis, creber in his*).

Die Hymnen des Guido von Bazoches sind uns in der Handschrift seiner Briefe, einst der Abtei Orval gehörig, nunmehr auf der Athenäumsbibliothek zu Luxemburg befindlich (Cod. 27, ancien 108), aufbewahrt. Vgl. Wattenbach,

die Briefe des Kanonikus Guido von Bazoches, Sitzungsber. d. kgl. preufs. Akad. d. Wissensch. 1890 I, 161—179. Er pflegt nämlich jeden seiner Briefe mit einem, sei es geistlichen, sei es weltlichen, Liede zu beschließen. Mehrere derselben sind aus eben dieser Handschrift bereits von Mone herausgegeben, einige andere von Wattenbach, Aus den Briefen des Guido von Bazoches, Neues Archiv XVI, 67—113. Ich würde der Schrift nach diese Handschrift in das 13. Jahrhundert setzen; Mone hat sie dem 12. zugeschrieben, und auch Wattenbach urteilt: „Vermutlich ist uns das Original (er will sagen eine vom Autor veranstaltete und revidierte Sammlung) erhalten, obgleich auf den ersten Blick die Handschrift etwas jünger erscheint“ (Sitzungsber. S. 177). „Wichtiger aber ist die ganze Anlage: es ist durchaus keine gleichmäßig gemachte Abschrift, sondern von verschiedenen Händen gemachte Kopien, welche meistens sorgfältig durchkorrigiert sind u. z. an einigen Stellen so, daß kaum eine andere Hand als die des Verfassers anerkannt werden kann“ (S. 178). Ich habe im Abdrucke jedem Liede die Worte hinzugefügt, mittelst deren es an den Text des Briefes angeschlossen wird. Zur Genealogie Guidos vergleiche man Lippert, Zu Guido von Bazoches und Alberich von Troisfontaines, Neues Archiv XVII, 414.

344. (1.) De Nativitate Domini.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Qui cuncta condidit<br/>           In sapientia,<br/>           Per eius reddidit<br/>           Nobis auxilia,<br/>           Quae prima perdidit<br/>           Insipientia,<br/>           Per illam reparans,<br/>           Quos serpens perdidit<br/>           A Deo separans.</p>        | <p>4. Merito numinis<br/>           Fit homo socius<br/>           Per ipsum luminis<br/>           Lumen, ut alius<br/>           Non esset hominis<br/>           Quam Dei filius,<br/>           Et idem hominum<br/>           Mediator pius<br/>           Esset ad Dominum.</p>     |
| <p>2. Haec domum similis<br/>           Scrutanti feminae,<br/>           Quae testae fragilis<br/>           Accenso lumine<br/>           Apparens humilis<br/>           Dragmam in homine<br/>           Repperit decimam.<br/>           Regis imagine<br/>           Fulgentem animam.</p>       | <p>5. Carnem ingenitus<br/>           Sumere potuit<br/>           Ut unigenitus,<br/>           Sed non oportuit,<br/>           Quia, qui genitus,<br/>           Et non, qui genuit,<br/>           Humano generi<br/>           Et mitti debuit<br/>           Et homo fieri.</p>     |
| <p>3. Sol veri luminis,<br/>           Quem virgo concipit,<br/>           De carne virginis<br/>           Dum carnem accipit,<br/>           Naturam hominis,<br/>           Non culpam suscipit<br/>           Et necessariam<br/>           Poenam non recipit<br/>           Sed voluntariam.</p> | <p>6. Cur datum filio,<br/>           Carnem ut sumeret,<br/>           Quae dignos odio<br/>           Caros efficeret,<br/>           Est item ratio,<br/>           Prolis acciperet<br/>           Ne nomen alius,<br/>           Vel idem fieret<br/>           Pater et filius.</p> |



7. Illud angelicum  
Igitur gloriae  
Cantemus canticum  
Regi iustitiae,  
Qui misit unicum,  
Ut eius hodie  
Nos a miseria  
Redderet gratiae  
Misericordia.

Ep. VI. — Scholaribus sociis suis sibi plurimum diligendis. — Am  
Schlusse: „ In margine paginae respicite, precor, et recipite pro amore meo  
missum vobis a me munusculum de meorum flosculis studiorum ad vestrorum  
recreationem atque solacium laborantium semper in studiis animorum“.

345. (2.) In Circumcisione Domini

De Festo Baculi.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Anni novi reditus<br>Nova reddit gaudia,<br>Concessa divinitus<br>Sollennis laetitia<br>Nobis datur hodie,<br>Datorem laetitiae<br>Collaudet ecclesia.         | 5. Praeferendus ceteris<br>Morum celsitudine<br>Non minus quam generis<br>Multiformi lumine<br>Serenat ecclesiam,<br>Magis autem patriam<br>Luminoso nomine.                |
| 2. O lux digna laudibus,<br>Novam refers speciem,<br>Mediis frigoribus<br>Pingens urbis faciem<br>Floribus purpureis,<br>In vernalem revelis<br>Hieme temperiem.  | 6. Fructus tui probitas<br>Sunt illius opera,<br>Mira cuius largitas<br>Quamvis det innumera,<br>Magis placent omnibus,<br>Quam his pro muneribus,<br>Propter ipsum munera. |
| 3. Florum speciositas<br>Conventus nobilium,<br>Canora iucunditas<br>Est concentus avium,<br>Fructus notant opera.<br>Largitoris munera<br>Dant messis indicium.  | 7. O gestator baculi,<br>Te probat et praedicat<br>Cleri vox et populi,<br>Tuis gestis vendicat<br>Laudis omne solium,<br>In te solum omnium<br>Invitantur oculi.           |
| 4. Vere flores varii<br>Et fructus amabiles<br>Viri sunt egregii<br>Et personae nobiles,<br>Qui florent in frigore<br>Et brumali tempore<br>Sunt immarcessibiles. | 8. Quae te canet debitis<br>Laudibus subtilitas,<br>Quoniam a meritis<br>Humilis sublimitas<br>Tuis non erigitur,<br>Cuius esse noscitur<br>Sublimis humilitas.             |

9. Iam triumphat aemulos  
Laus tuorum actuum,  
Tuos canit circulos,  
Celebrat nomen tuum  
Aeterna memoria,  
Tibi laus et gloria  
Nunc et in perpetuum.

Epist. V. — Adulescenti clarissimo. — Am Schlufs: „Verum quia te cognovi promerendae scholaris amore gloriae et dulcedine laetitiae iuvenilis illectum, quanta decet hilaritate nobilem animum expectata gaudia de baculi festivitate clero populoque tuae civitatis in anni principio redditurum, carmen epistulae subditum mitto tibi de te noviter editum, lascivae iuventutis in choro coram te modulatione dulcisona decantandum“.

Nach Str. 1 folgen noch die Verse: Qui praeclarum genere | Se declarat opere, die dem Versmaße nach überzählig, dem Sinne nach sich nicht als Rundreim anfögen. — Vgl. Neues Archiv XVI, 74.

### 346. (3.) In Circumcisione Domini.

De Festo Baculi.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Adest dies<br>optata, socii,<br>Quidquid agant<br>et velint alii,<br>Nos choream<br>ducamus gaudii.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo. | 4. Decet ergo<br>baculi baiulum,<br>Tantae iure<br>laudis ad cumulum<br>Bene gestis<br>ut emat aemulum.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo.       |
| 2. Hoc omnibus<br>unum negotium<br>Nobis instat<br>et negat otium,<br>Laetitiae<br>Dans exercitium.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo.    | 5. Novum dandi<br>genus inventitat,<br>Petentibus<br>ita subventitat,<br>Quod petentes<br>dando praeventitat.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo. |
| 3. O quam felix,<br>cuius ad gaudia<br>Conveniunt<br>de tota Francia<br>Referentes<br>ei praeconia.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo.    | 6. Dator ille<br>non debet negligi,<br>Pro se dona<br>Qui magis colligi<br>Quam donando<br>se facit diligi.<br>Pro baculo<br>Exsultet hodie<br>clerus cum populo.   |

7. Cantilenam  
 dilectis sociis  
 Guido mittit  
 hanc de Basociis,  
 Interesse  
 promptus his gaudiis.  
 Nisi procul  
 esset in studiis.  
 Pro baculo  
 Exsultet hodie  
 clerus cum populo.

Ep. XXII. — Dilectis in Christo Domino fratribus et sociis suis Cathalaunensibus. — Schlufs: „Invitatus autem vestrae sollemnitatis ad gaudia, quia scholaribus vinculis irretitus advenire non possum, ne totum deesse me doleam, quibus interesse gauderem, non timui (sed inverecundiam excusat affectus) subnectere carmen et mittere vobis, non quidem viris altioris intelligentiae praesentandum, sed in chorea lasciviae juvenilis coram gestatore baculi decantandum“. — Vgl. Neues Archiv XVI, 84.

347. (4.) In Epiphania Domini.

- |  |   |
|--|---|
| 1 a. Regi nato, quem decorus<br>Dedit incorruptae thorus,<br>Psallat corde noster chorus<br>Et ore supplici, | 1 b. In hac die laudis mirae<br>Nos dignetur exaudire,<br>Quam dignatur insignire<br>Honore triplici.       |
| 2 a. In hac enim adoratur,<br>In Iordane baptizatur,<br>Aqua vinum consecratur<br>Divino munere.             | 2 b. Stella solem declaravit,<br>Praeco verbum baptizavit,<br>Aquam vinum dulcoravit<br>Mutato genere.      |
| 3 a. Reges regem veritatis<br>Tres adorant tribus datis,<br>Trina fidem trinitatis<br>Signat oblatio.        | 3 b. Confitentur enim pure<br>Regem auro, Deum ture,<br>Murrarn dedit sepulturae<br>Mira devotio.           |
| 4 a. Lavit plasma plasmatorem,<br>Lavit mundus mundiorem,<br>Lavit sanctus sanctiorem,<br>Fontem in flumine. | 4 b. Sed quis lavit et quem? Deum<br>Homo, servus regem, eum,<br>Qui redemit suum reum<br>Proprio sanguine. |
| 5 a. Novum opus et divinum!<br>Aqua coepit esse vinum,<br>Conditorum se dominum<br>Ostendit conditor,        | 5 b. Dum factum est, ut imperat,<br>Dum diversa confoederat<br>Et naturam rege[ne]rat<br>Naturae genitor.   |
| 6 a. Stella duce speciali<br>Ducem quaerunt<br>Principes Sabaei,   | 6 b. Aurum regi, sed mortali<br>Murrarn ferunt,<br>Tus filio Dei.   |

- |   |   |
|---|---|
| <p>7 a. Imperator a milite<br/>Coronatur.<br/>Christus a Iohanne;</p>   | <p>7 b. Diva perunctus alite<br/>Baptizatur<br/>In Iordanis amne.</p>   |
| <p>8 a. Formam ponit elementum,<br/>Quam dederat<br/>Prima nativitas,</p>   | <p>8 b. Dum mutatur in pigmentum,<br/>Quae fuerat<br/>Legis austeritas.</p>                                     |
| <p>9 a. Et nos ergo mente pari<br/>Reges istos imitari<br/>Sicque trinum venerari<br/>Deum studeamus,</p>         | <p>9 b. Aurum in sapientia.<br/>Tus in precum flagrantia.<br/>Carnis in abstinentia<br/>Murrā offeramus.</p>    |
| <p>10 a. Ut nos perfundat radio,<br/>Quem magorum consilio<br/>Inspiravit indicio<br/>Stellae clarioris</p>       | <p>10 b. Et nos per suam gratiam<br/>Visitatos ad patriam<br/>Viam ducat per aliam<br/>Vitae melioris.</p>      |
| <p>11 a. Et qui liber a crimine,<br/>Sacro respersus flamine,<br/>Mundi crimen in flumine<br/>Detersit hodie,</p> | <p>11 b. Nos expurget a peccatis<br/>Et antiquae vetustatis<br/>Labem tollat a reatis<br/>Baptismo gratiae.</p> |
| <p>12 a. Et ut aquam contra morem<br/>Vini vertit in liquorem,<br/>Ita suae per amorem<br/>Misericordiae</p>      | <p>12 b. Nostris malis nos exuat,<br/>Fide sua nos imbuat<br/>Et aeternalis induat<br/>Splendore gloriae.</p>   |

Ep. III. — R. de Roseto, carissimo suo simul et clarissimo viro. — Schlufs: „Quia vero carmen, quod in festivitatis illius (sacrae videlicet apparitionis) honore tibi paraveram, in qua luce lucidius mira tuae claritatis probitas apparens et detractionis omnino delevit maculas et invidiae tenebras abolevit, inter impetus convolantium et videre volentium et diripientium procellas manus tuas evasisse conquereris illud tibi supponi[t] pagina sequens et imponit epistolae finem, qui dilectioni meae non potest imponi“. —

### 348. (5.) De Beata Maria V.

R. Nostris, regina, precibus  
Esto patens ad filium,  
Quo clauso venit, ostium,  
Salvare nos ab hostibus.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Laudes canamus virginis,<br/>Quae sermone, non semine<br/>A Deo, non ab homine<br/>Fit Dei mater hominis,<br/>Superni saepta flaminis<br/>Urbs septiformi flumine.</p> | <p>2. Salve, virgo, flos virginum,<br/>Producens fructum gratiae,<br/>Cuius esus esuriae<br/>Spes saginatur hominum.<br/>In quo medela criminum,<br/>In quo salus ecclesiae.</p> |
|--|--|

- |   |  |
|---|--|
| <p>3. Ex parte rerum principis<br/>         Salutem tibi nuntius<br/>         Affert seminiverbius;<br/>         Dum verbum aure percipis,<br/>         In verbo verbum concipis,<br/>         Fit tuus Dei filius.</p>     | <p>5. Ros gratiarum omnium<br/>         Dum vellus tuum saturat.<br/>         In quo gratum refulgurat<br/>         Deo reclinatorium,<br/>         Carnis in te cilicium<br/>         Verbi splendore purpurat.</p> |
| <p>4. O quam bene te iudicas<br/>         In throno tanti muneris,<br/>         Quantae culmen ascenderis<br/>         Humilitatis, indicas,<br/>         Dum ancillam te praedicas,<br/>         Cuius mater eligeris.</p> | <p>6. Tota descendit deitas<br/>         In templum tui pectoris;<br/>         De terra tui corporis<br/>         Nobis est orta veritas<br/>         Et aeterna divinitas<br/>         Incepit esse temporis.</p>   |
7. In qua propitiatio  
 Veritati fit obvia,  
 Per quam pax et iustitia  
 Convenerunt in basio  
 Iustorum in concilio.  
 Dei mater et filia,  
 Tuo nos reconcilia  
 Patri simul et filio.

Ep. VIII. — Excellenti dominae de Castello Porcensi, sorori suae plurimum diligendae. — Am Schlufs: „Huius gloriosae Dei genetricis et virginis quia novi laudibus insistere celebrandis et devotissimam existere te cultricem, tibi laudes eiusdem rhythmicè mitto compositas, supplicatu ante reverendam eius imaginem dicendas in oratione seu dulci modulatione cantandas\*. Mone II, 35 u. f.

R, 3 hostium. — 2, 2 Procedens. — 5, 6 Verbis. —

### 349. (6.) De Beata Maria V.

R. O gloriosa domina,  
 Quorum te laudant carmina,  
 Precamur, dele crimina.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Dei matris cantibus<br/>         Sollemnia<br/>         Recolat sollemnibus<br/>         Ecclesia.<br/>         Vota tuis auribus<br/>         Concilia<br/>         Te devotis vocibus<br/>         Laudantia,<br/>         Digna dignis laudibus.</p> | <p>2. Tua nos restituit<br/>         Conceptio,<br/>         Quos serpentis obruit<br/>         Deceptio,<br/>         De mortis eripuit<br/>         Confinio<br/>         Et finem imposuit<br/>         Exsilio,<br/>         Quod Eva promeruit.</p> |
|---|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>3. Est et venerabilis<br/>Sollemnitas<br/>Nobis tua nobilis<br/>Nativitas,<br/>Surgeret ut fragilis<br/>Humilitas,<br/>Per quam venit humilis<br/>Sublimitas<br/>Incomprehensibilis.</p>   | <p>5. Pudoris incognitus<br/>In te nitor,<br/>Cuius nullus coitus<br/>Est cognitor,<br/>Ex te nobis editus<br/>Est conditor,<br/>Idem tibi genitus<br/>Et genitor,<br/>Patris unigenitus.</p> |
| <p>4. Quam tibi vox attulit<br/>Angelica,<br/>Mundum salus extulit<br/>Ad caelica,<br/>Bona secum detulit<br/>Vivifica,<br/>Mala nobis abstulit<br/>Mortifica<br/>Et in salutem contulit.</p> | <p>6. Te decet fecunditas<br/>Virginalis,<br/>Luminum festivitas<br/>Spiritualis;<br/>Cera est virginitas<br/>Parentalis,<br/>Linum est humilitas<br/>Filialis,<br/>Ignis est divinitas.</p>  |
7. Ades ergo miseris  
Supplicibus,  
Et nostri memineris  
Ut precibus,  
Nos coniungas superis  
Spiritibus,  
Quo praelata ceteris  
Caelestibus  
Fructu tuo frueris.

Ep. VII. — Dominae de Basochii honorandae plurimum et diligendae sibi genetrici suae G., primo genitus eius. — Am Schlufs: „Quam (Mariam) quia diligis et quidquid intellegis concinere laudes ipsius et ad gloriam pertinere, mitto tibi singulas de singulis eius sollemnitatibus laudationis rhyth[micae] clausulas, quas edidisse sive dixisse decenter ad eius honorem non sinet inremuneratum esse, quae genuit bonorum omnium largitorem“. — Mone II, 6 u. f.

R, 2 te am Rande. — 4, 3 Bemerkenswert ist das Wort salus im Sinne von Salutatio. Vgl. Anal. XLVI, 6.

### 350. (7.) De sancto Aegidio.

1. Alme confessor meriti potentis,  
Gratiae templum supereminentis,  
Sume devotae tibi vota mentis  
Aure benigna.
2. Quae quidem, semper quoniam petenti  
Larga blanditur gremio patenti,  
Si tamen digne petat, est frequenti  
Supplice digna.

3. Flore sub primae tenerae iuventae,  
De novo factus senior repente,  
Luce virtutum satis evidente  
Enituisti.
4. Dum genus celsum celebremque fundum  
Iussa contemnens Domini secundum,  
Mira res! mundo superando mundum  
Terga dedisti.
5. Tu comes verus Domini sequelae,  
Qui dator reddis celeris medelae  
Luminum caecis decus et loquelae  
Munera mutis.
6. Tu pio transfers animo petitus  
Naufragas mentes, opifex peritus,  
Pacis ad portum veniaeque litus,  
Aura salutis.
7. Hinc, quod ut sanctus merito colaris,  
Quod Deo dignus, quod et assequaris,  
Quidquid excelsum Dominum precaris,  
Claret ubique.
8. Ergo pro nobis, pie pastor, ora,  
Nos ut extrema facias in hora  
Horrida longe positos ab ora  
Partis inique.

Ep. XIII. — Non solum generis principalis, sed regalis etiam dignitate nec minus vitae titulis excellentioris illustri, domino et avunculo suo N. — Am Schlufs: „Ante sacrum cuius altare flexis genibus, erectis manibus, supinis oculis, corpore simul ac mente profusus ad sublimis curiae faciem fidelem causae meae dirigens advocatum famulante fluvio lacrimarum ad portum misericordiae suae nullum timens repulsae naufragium navigium huius orationis impegi. — Mone III, 165.

### 351. (8.) De sancto Aegidio.

- Suscipe, sancte pater Aegidi, quos tibi fructus  
Obsequiis peperit mens mea nupta tuis.  
Suscipe, quos supplex tibi dedico laudis honores,  
Flores ingenii deliciasque mei.
- 5 Ille crucis titulus, haec ubera semper amavit,  
Pascua cordis amat hinnulus ille patris.  
Pectore sincero nihil est pretiosius illi,  
Munus ei nullum gratius esse reor.
- Unde tibi placeant, o digne sacerque sacerdos,  
10 Quae constant Domino dona placere tuo.

- Auribus ergo piis, oculis dignare serenis,  
 Quas tibi devotus offero, mentis opes.  
 Illa meis aditum pietas tua praebeat ad te,  
 Quae nunquam precibus novit abesse piis.  
 15 Haec illos oculos, illas mihi porrigat aures,  
 Quas super adflitos semper habere soles.  
 Illa suae dono dulcedinis, haec mihi vota  
 Compleat hancque mihi compluat imbre sitim.  
 Sicut corporeis merui tua limina per te,  
 20 Sic merear pedibus cordis adire Deum.  
 Sit requies labor iste, sit haec veniae via limes,  
 In quibus excessi, lima sit iste mihi.

Ep. XIV. — Sacro conventui Sancti Aegidii. — „Unde laudes eiusdem [sancti Aegidii] in extremo margine praesentis paginae comprehendens breviter eas et deliciose depingit. Quorum ego frontem his apud eum supplicantibus verbis versibus insiguivi“. — 10 constat. —

### 352. (9.) De sancto Aegidio.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Quantum decet, quantum valet,<br/>         Quanto Dei zelo calet<br/>         Caterva fidelium,<br/>         Digna laude veneretur,<br/>         Cui digna laus debetur,<br/>         Beatum Aegidium,</p>  | <p>5. Sanum prece pretiosa<br/>         Reddit virum, quem virosa<br/>         Consumebat laesio;<br/>         Solvit clave labiorum<br/>         Et virtute meritorum<br/>         Captum a daemónio.</p>                  |
| <p>2. Hic Athenis oriundus<br/>         Adhuc aevo tener, mundus<br/>         A mundi lascivia,<br/>         Vicit opes virtutibus,<br/>         Genus excessit moribus,<br/>         Aetatem scientia.</p>       | <p>6. Christi verus imitator<br/>         Paupertatis fit amator<br/>         Et relictis omnibus<br/>         Exsul abit, tollit crucem,<br/>         Mavult Christum sequi ducem,<br/>         Quam praeesse ducibus,</p> |
| <p>3. Hic fons largae pietatis<br/>         Opus piae largitatis<br/>         Primum suae tribuit<br/>         Sanctitatis argumentum,<br/>         Dans egeno vestimentum,<br/>         Quo se magis induit.</p> | <p>7. Praedam ventis atque mari<br/>         Datas munit salutari<br/>         Precum propugnaculo;<br/>         Dat salutem destitutis,<br/>         Opem vitae constitutis<br/>         Mortis in articulo.</p>           |
| <p>4. Ut compararet caelicam,<br/>         Terrenam dedit tunicam,<br/>         Dedit, immo vendidit;<br/>         Emit enim largiendo,<br/>         Quod avare possidendo<br/>         Primus homo perdidit.</p> | <p>8. Arelatem transfretavit,<br/>         Hic a febre revocavit<br/>         Filiam Theocritae;<br/>         Fines petit Nemausorum,<br/>         Gratuletur gens Gotorum<br/>         Tanto felix hospite.</p>            |



- |   |   |
|---|---|
| <p>9. Corvus pavit in deserto<br/>         Servum Dei, quem aperto<br/>         Currus tulit aere;<br/>         Mel, locusta praecursori,<br/>         Cervae patris huius ori<br/>         Lac propinat ubere.</p> | <p>10. Armipotens Franciae<br/>         Regem orando gloriae<br/>         Regi reconciliat,<br/>         Suum ei dum reatum,<br/>         A quo sibi revelatum,<br/>         Et dimissum nuntiat.</p> |
| <p>11. Nobis ergo propitius<br/>         Sanctus pater Aegidius<br/>         Precum suarum aegide<br/>         Gregem se venerantium,<br/>         Nostrae salutis ostium,<br/>         Defendat a tyrannide.</p>   |   |

Ep. XIV. — Folgt unmittelbar auf *Suscipe sancte pater* (Nr. 8). —  
 Mone III, 165. — 8, 3 *Tehocrite*. — 9, 3 bis 11, 6 von anderer Hand nach-  
 getragen.

**353. (10.) De s. Iohanne Baptista.**

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 a. O praecursor, ortu cuius<br/>         Gloriosa fulget huius<br/>         Diei sollempnitas,</p>       | <p>1 b. Dona nobis, te rogamus.<br/>         Ut devote persolvamus<br/>         Laudes tibi debitas.</p>        |
| <p>2 a. Dies enim haec insignis,<br/>         Dies est haec digna dignis<br/>         Laudibus ecclesiae,</p> | <p>2 b. Qua lux solem praecessisti,<br/>         Odor florem praevenisti.<br/>         Miles regem gloriae.</p> |
| <p>3 a. Vox clamantis in deserto.<br/>         Gabrielis non incerto<br/>         Conceptus oraculo</p>       | <p>3 b. Reserasti mox genitus<br/>         Vocem patri divinitus<br/>         Negatam incredulo.</p>            |
| <p>4 a. Ventris adhuc in abdito<br/>         Materni clausus posito<br/>         Virginis in regia,</p>       | <p>4 b. Tuae regi iustitiae<br/>         Dedicasti laetitiae<br/>         Beata primordia.</p>                  |
| <p>5 a. Citra virum, supra vires<br/>         Soli subis ut servires<br/>         Deo solitudinem,</p>        | <p>5 b. Fugis turbas, fugis urbes,<br/>         Ne qua levitate turbes<br/>         Sanctitatis ordinem.</p>    |
| <p>6 a. Victus ibi tibi vilis,<br/>         Tibi vestis hirta pilis<br/>         Sacros artus induit.</p>     | <p>6 b. Tanta tamen dignitatis,<br/>         Quod et verbo veritatis<br/>         Approbari meruit.</p>         |
| <p>7 a. Vere maior mulierum<br/>         Inter natos Deum verum<br/>         Baptizans in homine.</p>         | <p>7 b. Lavans eum, qui nos lavit<br/>         A peccatis et mundavit<br/>         Mundum suo sanguine.</p>     |
| <p>8 a. Divina voce merito<br/>         Plus quam propheta diceris.<br/>         Qui salvatorem populo</p>    | <p>8 b. Deum demonstras digito.<br/>         Longe visum a ceteris<br/>         Et veluti sub speculo.</p>      |

- |   |  |
|---|--|
| <p>9 a. O quam felix eremita,<br/>Quantae vir abstinentiae,<br/>Quam sacris pollens do-<br/>tibus,</p>                    | <p>9 b. Cuius illustratur vita<br/>Tot septiformis gratiae,<br/>Tot virtutum insignibus !</p>                      |
| <p>10 a. In quo labes vitiorum<br/>Nulla prorsus laboravit,<br/>Sed naevum immunditiae</p>                                | <p>10 b. Illa vestis angelorum,<br/>Virginalis ignoravit<br/>Candor innocentiae.</p>                               |
| <p>11 a. Fructus ditat hos ter denus,<br/>Illos vero sexagenus,<br/>Ornat honor te centenus<br/>Caeli, vatium maxime.</p> | <p>11 b. Nos ergo piis precibus<br/>Tuis astantes laudibus<br/>Solve noxarum nexibus,<br/>Martyr invictissime.</p> |

Ep. XXIX. — Ohne Anrede des Adressaten. — Schluss: „Dilectis autem fratribus et sociis meis, quos ego felices et unanimes esse desidero, carmen mitto suppositum de sancti baptistae Iohannis imminente natali compositum, noviter expositum (l: expolitum?) ab incude meditationis et compositionis vagina recenter egressum, quod, ut eis praesentes et eos ex parte mea salutes, plurimum meminisse volo.“ — Mone III, 42 u. f.

11 a, 2 Hornat. — 11 a, 4 natum maxime (Mone). —

### 354. (11.) De sancto Lupentio.

1. Martyr insignis sacer et sacerdos,  
Quem tuae laudis modulamur hymnum  
Blandus acceptes, tibi supplicamus,  
Sancte Lupenti.
2. Iura qui propter Domini subisti  
Carceris tristes tenebras iniqui,  
Digna perpessus mala criminosis  
Crimine liber.
3. Qui Brunichildis solio superbae  
Sanguinem iustum sitiente ferro  
Caesus invicto bravium petisti  
Mortis agone,
4. Dum sacrum non es caput exsecratis  
Pro fide verae veritus salutis  
Perfidus vertens dare, veritatis  
Verus amator.
5. Ad duas partes duo mira fiunt:  
Alterum princeps caput amne mersum  
Reddidit luci, tulit unda corpus  
Pondere pressum.

6. Tunc repertores referant moventur  
An caput membris captive corpus;  
Sed caput membris placuit reponi  
Pacis amore.
7. Unde collaudet populus fidelis  
Cum pari summum genito parentem  
Atque procedens ab utroque flamen,  
Compar utrique.

Fol. 136. Ungewifs, zu welchem Briefe gehörig. Vorher: „Schedula nondum clausa cum subisset animum, quod super absentia mea deberem vos aliquo rhythmico carmine consolari, vosque iuxta vestram consuetudinem inter duplicibus festis non habere de sancto Lupentio laudem praecedentem ad legendum evangelium procedentem, scribere placuit et vobis mittere de eodem hymnum sapphico pede currentem et praecurrentem fistulam laudationis tubam evangelicae lectionis. — Vgl. Neues Archiv XVI. 110.

### 355. (12.) De sancto Lupentio.

1. Christo nostra devotio,  
Sacro flagrans spiramine,  
Laudis excelsa gloriam  
Voce resultat hodie,  
Qui certanti Lupentio  
Sancto pro suo nomine  
Concessit et victoriam  
Et praemium victoriae.
2. Hic dum pro vitae merito  
Dignum et acceptabile  
Regi regum exhiberet  
Sacerdotis officium,  
Agone mortis inclito  
Nactus tropaeum nobile,  
Declaravit, quod haberet  
Regale sacerdotium.
3. Qui Brunichildis impiae  
Comprehensus malitia,  
Iussa cuius hostiliter  
Fervebant contra Dominum,  
Pro amore iustitiae  
Poenas in patientia  
Superavit alacriter  
Caesus a viris sanguinum.

4. Huic dum nocturno tempore  
 Rohdo simul et Augminus  
 Degeneri militia  
 Nudatis instant ensibus,  
 Caput truncant a corpore,  
 Sed, ut occultent facinus,  
 Gravi pressum materia  
 Trudunt utrumque fluctibus.
5. In laudem Christi militis  
 Duplex ibi mirabile  
 Divinitatis munere  
 Datur eidem tempori:  
 Nam de profundo gurgitis  
 Caput refert pes aquilae,  
 Corpus obrutum pondere  
 Reportat unda littori.
6. Tunc repertores partium  
 Movet pia contentio  
 Super diversis partibus,  
 Quae cui reddi debeat.  
 Tandem Deum timentium  
 Mediante consilio  
 Placet, ut pulsis litibus  
 Caput ad membra redeat.
7. Iste martyr egregius  
 Dignus laude fidelium,  
 Cuius Deus exaudiat  
 Insistentes praeconiis,  
 Gregem istum Lupentius  
 Orando spiritalium  
 Nunc et semper custodiat  
 A luporum insidiis.

Fol. 136. Das Lied folgt unmittelbar auf den vorhergehenden Hymnus.  
 — Vgl. Neues Archiv XVI, 111.

**356. (13.) De sancto Remigio.**

- |  |   |
|--|---|
| 1 a. Oremus omnes pariter,<br>Imploremus humiliter,<br>Ut haec, quam nostra contio | 1 b. Voce profert laetabunda,<br>Deo nostro sit iucunda<br>Decoraque laudatio.    |
| 2 a. Christi namque confessoris<br>Nostri vox resultat oris<br>Gloriosa praeconia, | 2 b. Cuius doctrina, moribus<br>Et exemplorum floribus<br>Sancta vernat ecclesia. |

- 3 a. Huic in Laudunensi pago  
Felix ortus et propago  
Clara parentum serie;
- 3 b. Laudunensi pago natus  
Fuit, sed praedestinatus  
Pater Remensi patriae.
- 4 a. Princeps hic praesulum  
Francorum populum  
Prius incredulum,  
Super quem zabulum  
Regnare repperit,
- 4 b. Eo, quod impio  
De sub dominio  
Raptum remigio  
Praedicatorio  
Prudenter traxerit
- 5 a. Ad portum gratiae,  
Datos perfidiae  
Reddens iustitiae  
Navis ecclesiae  
Rector egregius.
- 5 b. Fuit divinitus  
Antequam genitus  
Nomine cognitus  
Et sacra proditus  
Voce Remigius.
- 6 a. Claret ab exordio  
Sancta conversatio,  
Deitatis munere  
Signa coepit agere,  
Dum adhuc nutricio  
Penderet ab ubere.
- 6 b. Quo nutritus fuerat,  
Lacte matris reserat  
Liniendo loculos  
Oculorum oculos  
Eius, qui praedixerat  
Ortus sui titulos.
- 7 a. Necdum adoleverat  
Cum, sicut didicerat,  
Se subtraxit populo,  
Retraxit a saeculo  
Pedem, quo vix steterat  
In eius vestibulo.
- 7 b. Declaratur pontifex  
Et salutis opifex  
Spiritali lumine  
Perfusus et unguine,  
Fitque sacer sacrificex  
Coram sacra virgine.
- 8 a. Captum mente,  
constrictum vinculis  
Inopiae,  
carentem oculis,  
Verbo solvit,  
recreat epulis,  
Decorat lumine.
- 8 b. Sic unitas  
summa per famulum.  
Trinitatis  
cultorem sedulum,  
Operatur  
uno miraculum  
Trinum in homine.
- 9 a. Conflagrantis  
urbis Remensium  
Se dans globis  
flammarum, ovium  
Sedat ignes,  
sed et daemonium  
Puellae nobilis
- 9 b. Fugat fusis  
ad Deum precibus  
Et mox mortis  
addictum legibus  
Redivivam  
reddit parentibus.  
Ob hoc plus humilis.

- |   |  |
|---|--|
| <p>10 a. Christus chrisma<br/>paradisiacum<br/>Misit ei,<br/>cum Parisiacum<br/>Regem Deo<br/>sacravit una cum<br/>Regis militia,</p>         | <p>10 b. Inimicos<br/>crucis exsuperans<br/>Et sanguine<br/>Christi confoederans,<br/>Generatos<br/>morti regenerans<br/>Ad vitae praemia.</p> |
| <p>11 a. O Francorum<br/>gentis apostole,<br/>Super ea,<br/>quam Deo subole<br/>Lucratus es,<br/>affectu condole<br/>Paterni pectoris</p>     | <p>11 b. Et in huius<br/>mundi naufragio<br/>Fluctuantes<br/>tuae remigio<br/>Sanctitatis<br/>refove gaudio<br/>Superni littoris.</p>          |
| <p>12 a. Sancte pater<br/>et venerabilis,<br/>Digne praesul<br/>et admirabilis,<br/>Esto clemens<br/>et exaudibilis<br/>Tuis supplicibus,</p> | <p>12 b. Ut per tibi<br/>concessam gratiam<br/>Apud Christi<br/>misericordiam<br/>Invenire<br/>possimus veniam<br/>Nostris excessibus.</p>     |

Ep. I. — Reverendo patri ac domino Henrico, Remorum archiepiscopo.  
— Am Schlusse: „In cuius honore sacratissimi Deoque gratissimi confessoris  
depictum flore rhythmico facienti finem epistolae dictamen adnecto“. —  
Mone III, 490 ff.

Str. 4 a und b über Rasur. — 4 b, 2 Desub dominio (Mone), mit der  
Ann. „für sub nach dem Französischen dessous; ich glaube, man verweist  
richtiger auf den Hebraismus im Officium S. Clementis (Brev. Rom. Nov. 23.  
Noct. I Resp. 1.): „de sub cuius pede fons vivus emanat“. — 4 b, 3 Remigio  
(Mone). — 9 a, 1 Cum flagrantis. — 9 a, 3 Sedans. — 11 a, 4 sobole. — 11 b, 4  
Remigio (Mone). —

### 357. (14.) De ss. Rufino et Valerio.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. In hoc sacro sollemnio<br/>[Sollemni cum praeconio]<br/>Laudes regentis omnia<br/>Resultet in ecclesia<br/>Modulis laetitiaie,<br/>Qui pro se militantium<br/>Rufinum et Valerium<br/>Donativo muneravit<br/>Et victores honoravit<br/>Mercede victoriaie.</p> | <p>2. Vere namque sunt victores<br/>Veritatis assertores,<br/>Qui pretioso sanguine<br/>Fuso pro Christi nomine<br/>Purpurant ecclesiam.<br/>Claris Romae natalibus<br/>Orti Gallorum gentibus<br/>Deum verum praedicabant<br/>Et egenis erogabant<br/>Facultatum copiam.</p> |
|--|---|

- |   |   |
|---|---|
| <p>3. Hoc audito iudex quaeri<br/>Iubet eos et torqueri;<br/>Infideles atque rei<br/>Catenatos servos Dei<br/>Trahunt ad supplicium.<br/>Sistuntur ante praesidem,<br/>Profitentur veram fidem,<br/>Flagellantur a iudice,<br/>Christum fatentes publice<br/>Verum Dei filium.</p>        | <p>5. Post tormenta, post labores,<br/>Post flagella, post dolores,<br/>Signo Christi triumphali<br/>Praemuniti, capitali<br/>Plectuntur sententia.<br/>Quorum devotis precibus<br/>Irretitos criminibus<br/>Nos a peccatis abluat<br/>Rex caelestis et annuat<br/>Sempiterna gaudia.</p> |
| <p>4. Furibundus frendet leo,<br/>Illi laudes canunt Deo,<br/>Mox trudentur in carcere,<br/>Sub catenarum pondere<br/>Clamantes ad Dominum:<br/>Pro cuius fide caedimur,<br/>Cuius amore patimur<br/>Haec tormentorum genera,<br/>Christe redemptor, libera<br/>Nos a viro sanguinum.</p> | <p>6. Christi martyr, o Rufine,<br/>Cum quo viges sine fine,<br/>Pande nobis tua prece,<br/>Qui iacemus in hac faece,<br/>Polorum palatia.<br/>Christi miles, o Valeri,<br/>Memor esto nos tueri<br/>Et pro nobis orans Deum<br/>Pio regi gregem reum<br/>Pie reconcilia.</p>             |

Fol. 115. Ungewifs, zu welchem Briefe gehörig. — Vor dem Hymnus die Worte: „De sanctis martyribus nostris, quia tantis in periculis invocati fuerunt a me suppliciter et in tanta mihi miseria misericorditer adfuerunt, scribere placuit et mittere tibi laudes triumphalem eorum passionem sub elegantia rhythmica concinentes. —

### 358. (15.) De sancto Stephano.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Protomartyr Stephanus<br/>tuus, o rex gloriae,<br/>Et invictus signifer<br/>caelestis militiae<br/>Hostes tui nominis<br/>vicit hodie,<br/>Domine,<br/>Suo sanguine.</p> | <p>3. Sit laus protomartyri<br/>Stephano, qui spiritus<br/>Sancti plenus gratia<br/>veritatis inclitus<br/>Defensor existere<br/>non est veritus,<br/>Domine,<br/>Suo sanguine.</p> |
| <p>2. Tui protomartyris<br/>Stephani sollemnia<br/>Psalmis, hymnis, laudibus<br/>recolat ecclesia,<br/>Qui promissa meruit<br/>a te praemia,<br/>Domine,<br/>Suo sanguine.</p> | <p>4. Tuum protomartyrem<br/>Stephanum, qui fortiter<br/>Triumphavit hodie,<br/>collaudemus pariter,<br/>Consecrans ecclesiam<br/>tuam digniter,<br/>Domine,<br/>Suo sanguine.</p>  |

5. Protomartyr Stephane,  
 qui devotis precibus  
 Exorasti Dominum  
 pro te lapidantibus.  
 Assistentes protege  
 tuis laudibus.  
 Domine,  
 Tuo sanguine.

6. Pro beato Stephano  
 tibi benedicimus.  
 Rex, corona martyrum,  
 tibi grates agimus,  
 Imitari, petimus.  
 da, quod colimus.  
 Domine,  
 Suo sanguine.

Ep. XXIV. — G. de Basochis b. Cathalaunensis ecclesiae venerabili concanonico et amantissimo sibi philographo. . . . — Schlufs: „Sed et carmen, etsi forte minus laudabile, laudatorium tamen domini et patroni nostri protomartyris ad honorem et amorem tuum flore tibi rhythmico simul et rhetorico colore depinxi, qui color inter multiplices species annotationis non ultimus elegantiae blandimento per commutationem casuum fit hoc modo“. — Mone III. 510.

359. (16.) De s. Thoma Cantuariensi.

1 a. Martyr Christi, quem laudamus  
 Martyr, cuius celebramus  
 Diem natalitium.

1 b. Donet nobis, ut insigne  
 Recolamus sui digne  
 Triumphì praeconium.

2 a. Iste dignus Thomas dici  
 Non solum apostolici  
 Nominis promeruit.

2 b. Sed virtutum et sanctorum  
 Apostoli meritorum  
 Consors esse studuit.

3 a. Adversanti qui perverso  
 Propter Deum ex adverso  
 Stans in die proelii.

3 b. Pastor bonus exposuit  
 Et pro suis opposuit  
 Se murum refugii.

4 a. Virum angelicum  
 Et patrem patriae  
 Propter iustitiam  
 Damnata exsilio  
 Tyrannus Anglicus.

4 b. Fremit in medicum  
 Frenantem impie  
 Mentis insaniam  
 Sacro consilio  
 Suum phreneticus.

5 a. In hoc certamine  
 Vir plenus gratia,  
 Pro Christi nomine  
 Pulsus ab Anglia,  
 Venit magnificum  
 Ad regem Franciae,  
 Regem pacificum,  
 Regem ecclesiae  
 Defensorem.

5 b. Illustris exsulum  
 Rex reconciliat  
 Tyranno praesulem,  
 Qui dolum palliat  
 Pacis umbraculo  
 Fictae vel fictilis,  
 Namque discipulo  
 Tradenti similis  
 Occulit osculo  
 Proditorem.

6 a. Sub hac perfidia  
 Redditur Anglicis  
 Pater amabilis;

6 b. Redit iustitia,  
 Comes pontificis  
 Inseparabilis.



7 a. Proh dolor, igitur  
 Dolus detegitur,  
 Et quid atrocius?  
 Quo patre filius  
 Immolatur,  
 Hic e contrario  
 Pater a filio  
 Trucidatur.  
 Ornat altaria  
 Spiritualis  
 Iam pridem hostia  
 Triumphalis.

7 b. Mactatur pontifex  
 Sacer et sacrificex  
 Fit sacrificium  
 Suave nimium  
 Maiestatis  
 Summae conspectibus,  
 Res mira! manibus  
 Exsecratis.  
 Punitus gladiis  
 Anglicorum,  
 Potitur gaudiis  
 Angelorum.

Ep. XVIII. — N., carissimo fratri suo, militanti Deo vitae claustralis in castris Ochis sub nigris indumentis. — Am Schlufs: „Quod si non ista sufficiunt, interim, donec nos offeramus invicem oculis et osculis nos iungamus, precor, ut in epistolae fine respicias et recipias pro solacii supplemento carmen, quod de novi et electi martyris et archipraesulis Deo dilecti Thomae victoriosa passione compositum tibi mitto“. —

3 a, 1 Adversante. —

### 360. (17.) De s. Thoma Cantuariensi.

1. Luge lucis, Anglia,  
 Sublato tibi radio,  
 Luge, mater, pro filio,  
 Plange patrem, filia,  
 Plange, Cantuaria,  
 Tuum decus et decorem,  
 Sponsa virum, grex pastorem,  
 Magistrum ecclesia.

3. Dat caritatis stadium  
 Largam dolendi copiam  
 Et maerendi materiam,  
 Sed vincendi studium  
 Et vincentis praemium  
 Premit causam tristitiae,  
 Dat gaudere victoriae  
 Corona stipendium.

2. Sed parcendum potius  
 Est lacrimis, vox fletuum  
 Convertatur in gaudium;  
 Nam de morte clarius  
 Triumphat egregius  
 Christi miles, quem deceptit  
 Mortis reus et praecepit  
 Occidi rex impius.

4. Nam tanta de praemio  
 Triumphantis debet esse,  
 Tam sollemnis, est necesse,  
 Sit ut exsultatio,  
 Quanta de supplicio  
 Patientis et agone.  
 De beata passione  
 Quam pia compassio.

\*

\*

\*

5. Haec est illa lacrimarum  
 Bipertita divisio,  
 Quas bimembris compunctio  
 Fonte trahit gratiarum,  
 Ut in sacro scripturarum  
 Invenimus eloquio.

6. Lavat istis se lamentis  
 Sub timore constitutus,  
 Sed amore resolutus  
 Consolatur his fluentis,  
 Aestum liquefacit mentis,  
 Ut dilectus est locutus.

- |   |  |
|---|--|
| <p>7. Pia naturae pignora<br/>         Gignit ex carne genitus<br/>         Affectus istos gemitus,<br/>         Praesentis inter aequora<br/>         Vitae pacis ad littora<br/>         Suspirat in his spiritus.</p>    | <p>10. Hic est typus altarium.<br/>         Quorum hoc aere regitur,<br/>         Illud ex auro legitur;<br/>         In isto sacrificium<br/>         Immolatur carnalium,<br/>         In illo tus incenditur.</p>       |
| <p>8. Sic non de carne femina,<br/>         Sed de costa producitur,<br/>         Cum animale regitur<br/>         A ratione domina,<br/>         Cuius cum siccat lumina,<br/>         Caro pro costa redditur.</p>        | <p>11. Debemus diligentius<br/>         Hunc sanctorum affectuum<br/>         Modum servare mutuum<br/>         Sicut axa superius.<br/>         Cum haberet inferius,<br/>         Suspirabat irriguum.</p>               |
| <p>9. In hac scala descendentes<br/>         Per gradus eius mysticos<br/>         Super greges erraticos<br/>         Et iterum ascendentes<br/>         Contemplari piaie mentes<br/>         Solent cives angelicos.</p> | <p>12. Ergo chorus ecclesiae<br/>         Poenis assit medullitus,<br/>         Quas vicit martyr inclitus<br/>         Congratulemur gloriae,<br/>         Qua gloriatur hodie<br/>         Victor in astris positus.</p> |

Ep. XX. — G. de Basochiis dilecto suo Petro. — Schlufs: „Unde pro solacii detrimento, quod mutuo nobis facit absentia, redimendo de beato Thoma novo martyre noviter editum carmen epistulae tibi dedicatae subnecto“. —

361. (18.) **Recta monentem sequendum.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Quisquis consilia<br/>         recta monentis,<br/>         Perverse prohibet<br/>         lumina mentis;<br/>         Est ergo funditus<br/>         qui sapientis<br/>         Contemnit stolidus<br/>         iussa medentis.</p> | <p>3. Talem me fateor<br/>         ergo fuisse,<br/>         Qui te sustinui<br/>         deseruisse,<br/>         Infirmus medico<br/>         terga dedisse,<br/>         Qui vere poteras<br/>         consuluisse.</p>        |
| <p>2. Nolentem medici<br/>         iussa subire<br/>         Infirmum merito<br/>         constat obire.<br/>         Sic, qui consilium<br/>         spernit inire,<br/>         Censetur pariter<br/>         iure perire.</p>           | <p>4. Tu me consilii<br/>         luce serenus,<br/>         Dives cuius eram<br/>         mentis egenus,<br/>         Castigando tuis<br/>         doctor amoenus<br/>         Certabas monitis<br/>         reddere foenus.</p> |

5. Hi virtutis erant  
 fortia tela,  
 Quorum zelus erat  
 absque querela,  
 Vitae naufragiis  
 prospera vela,  
 Morum vulneribus  
 apta medela.
6. Sed ventis tribuens  
 haec vagabundis  
 Digne nostra caret  
 cymba secundis,  
 Quam contra variis  
 atque profundis  
 Fortunae pelagus  
 militat undis.
7. Iam succurre meis,  
 obsecro, spebus  
 Sacris autidoto  
 de speciebus,  
 Sic sint laeta tuis  
 tempora rebus  
 Et multis faveat  
De triumphis ecclesiae (ed. Wright) p. 59. Aus einem andern seiner Werke, dem Dictionarius, erfahren wir, daß er 1218 bei der Belagerung von Toulouse gegenwärtig war. Als 1229 die Universität dieser Stadt errichtet wurde, ward er einer der ersten Professoren der neuen Hochschule; er blieb indes nur drei Jahre an derselben tätig. Nach dem Tode des Bischofs Folquet, genannt von Marseille (25. Dez. 1231), sank die Universität zusehends, und die wachsende öffentliche Unsicherheit veranlaßte viele zur Flucht, unter ihnen Johannes de Garlandia. In der Nähe von Moissac gefangen genommen, infolge eines glücklichen Zufalls aber wieder befreit, erreichte er nicht ohne weitere Abenteuer Paris (1232 oder 33), wo er den Rest seines Lebens verbracht zu haben scheint. Hier ward u. a. auch Roger Bacon sein Schüler. Er war 1252 noch am Leben, da er den Tod Ferdinands III. von Kastilien (30. Mai 1252) berichtet, dürfte aber dieses Datum nicht allzulange überlebt haben.

Bezüglich der Lebensumstände des Dichters beziehe ich mich auf Wright, Th., Johannes de Garlandia, De Triumphis Ecclesiae Libri octo, London 1856, S. V bis X; vgl. derselbe, Essays on subjects connected with the Literature, popular superstitions and history of England in the middle ages, I (London 1856) p. 215—218; bezüglich der von ihm verfaßten Schriften sei auf Hauréau, Notices sur les œuvres authentiques ou supposées de Jean de Garlande (Notices et Extraits XXVII (1877) II, 1—86) verwiesen.

Von Hymnen und geistlichen Liedern können wir dem fruchtbaren Versifex nur diejenigen zuweisen, die er als Beispiele seiner Poetria magna (vgl. Hauréau l. c. p. 81 sqq.) einverleibt hat. Einen Teil dieser Poetria, die „ars rhythmica“, hat, ohne den Verfasser zu kennen, Zarneke nach der Wiener Handschrift 3121 in den Berichten über die Verhandlungen der kgl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, Bd. XXIII (1871), S. 55. ff. abgedruckt. Die im folgenden mitgeteilten Hymnen und Lieder konnten von Zarneke der Mehrzahl nach nur unvollständig wiedergegeben werden.

372. (1.) De Conceptione beatæ Mariæ.

Hymnus Primus.

1. Rerum frena tenens conditor omnium,  
Portus naufragii, dextra natantium,  
De stella rutilans sol sine motibus,  
Nobis surge cadentibus.
2. Virtus omnipotens, vera scientia,  
Perdurans bonitas, omnibus omnia,  
Stellam mitte tuam nocte viantibus,  
Quæ sit dux, via gressibus.
3. Floris principio prata virentia  
Dant risum genito flore recentia,  
Gaudet mater humus, gaudet et incola  
Concepta sibi vermula.
4. Matris, Christe, tuæ festa colentibus  
Purgatis tribuas æthera sordibus,  
Laetum redde diem, quo rosa gignitur.  
Flos florum tibi pingitur.
5. Promissam canimus laude prophetica.  
Quæ lux est miseris stellaque nautica,  
Lucis principium mox colit infima,  
Ne nox luce sit ultima.
6. Udam fons hodie dulcis humum facit,  
Granum lætitiæ cultor humi iacit,  
Phoenix concipitur lapsis et unica  
Lampas scalaque cælica.
7. Mundi, Christe, salus veraque physica,  
Falli vulneribus nescia practica,  
Conceptæ meritis pectoris ulcera  
Mundes, qui regis æthera.

Clm. Monacn. 6911. saec. 13. A. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. saec. 15. B. — 1, 2 Pons post naufragii B. — 1, 2 notantium B. — 2, 1 una scientia B. — 2, 3 Stella A. — 3, 2 Dat B. — 3, 3 über *mater* als Glosse *Anna*, über *incola* ebenso *Joachim* A. — 3, 4 Et concepta sibi A; Sibi concepta B. — Str. 4 bis 7 fehlen B. — 7, 2 nescit practica A. — Als Beispiel für das Metrum asclepiadeum choriambicum „ut in hoc hymno, quem composui de conceptione beatæ Mariæ virginis. Quæ conceptio intellegitur sanctificatio in utero“. Nach dem Hymnus: „Cantus huius hymni idem est cum cantu huius hymni, qui sic incipit: *Sanctorum meritis inclita gaudia* etc.“ A. — Zarneke a. a. O. S. 78 u. f. Str. 1 bis 3; seine Quelle liest aber 2, 1 nicht, was er in ihr gelescu hat.

373. (2.) De Conceptione beatæ Mariæ.

Hymnus secundus.

1. O parens virgo pariens parentem,  
Splendor æstivus sine carnis aesta,  
Dumus incensus, sine rore virga  
Florida, salve.
2. Germinat radix, humus irrigatur,  
Planta pubescit, rosa purpuratur,  
Hortus alludit, violæ resultant,  
Incola plaudit.
3. Lucis allatrix, medicina morbi,  
Scelerum latrix, lavacrum reorum,  
Gratiæ mater, genitiva pacis  
Surgit oliva.
4. Virgo lactatrix, genetrix pudica,  
Laeta spes, vernans via, sol obumbrans,  
Umbra perlucens, inarata tellus,  
Perdita reddis.
5. Erigas lapsos, tenebras serena,  
Vise desertos fragilesque firma  
Pauperes dita, moderare modum,  
Pectora munda.
6. Vasculum fusum Ioachim decorum  
Nectar includat, satiem virorum,  
Manna de caelo, medicum reorum,  
Cuncta regentem.
7. Summe rex clemens, tribuas colenti  
Festa conceptæ genetricis almae  
Posse caelestem patriam videre  
Te duce, Christe.

Clm. Monacen. 6911. saec. 13. A. — Brev. ms. Lambacense saec. 14. Cod. Lambacen. CLXXIV. B. — Brev. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. XI 403. C. — Brev. ms. saec. 14. Cod. Vindobonen. 1893. D. — Brev. ms. Montis Aprini saec. 15. Clm. Monacen. 6035. E. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121; saec. 15. F. — 1, 2 Splendor fehlt B. — 1, 3 Divinus incensus B. — 2, 3 Ortus A; Cetus alludit F. — Str. 3 bis 6 fehlen B. — 3, 2 lavatrix C. — 5, 1 Dirigas lapsus A. — 5, 2 Planta desertas C; In se desertas B. — 6, 1 Vasculo fuso C. — 6, 2 satiem verorum DE; reorum C.

„Item est alius hymnus compositus de conceptione beatæ Mariæ virginis. Est autem metrum sapphicum, adonicum . . . Cantus huius idem est cum cantu huius hymni: *Ut queans laxis resonare fibris.*“ A. — 2, 4 Incola

plaudit ist zu vergleichen mit Nr. (1) 3, 3 gaudet et incola und der zugehörigen Glosse. — Zarneke a. a. V. Str. 1, 2 und 7. — Wiederholt aus Anal. IV, 42 sq.

### 374. (3.) De Conceptione beatæ Mariæ.

Hymnus Tertius.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Solis superni regia,<br/>Te summa fulcit gratia<br/>Septem columnis aureis<br/>Et clausulis eburneis.</p>          | <p>4. Semen solo committitur,<br/>Quo vita mundo redditur,<br/>Suo colonus semine<br/>Loto revivit crimine.</p>            |
| <p>2. Pyropus illic emicat,<br/>Opusque fabrum prædicat,<br/>Materiae præiudicat,<br/>Hanc Christo sedem vendicat.</p>   | <p>5. Serena virgo virginum,<br/>Noctem serena flentium,<br/>In hoc mari tam mobili<br/>Tu risus esto flebili.</p>         |
| <p>3. Huius domus inceptio<br/>Est virginis conceptio.<br/>Casae colunt hanc corporum,<br/>Ut tecta mundet pectorum.</p> | <p>6. Pedes regas per lubricum<br/>Pede regendo lubricum,<br/>Ne vox opusque iambicent<br/>Statumque mentis implicant.</p> |
7. Oliva. pacis virgula,  
Nos expiet virguncula  
Reisque rumpens vincula  
Salvet suos per saecula.

Clm. Monacen 6911. saec. 13. A. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. saec. 15. B. — Str. 3 bis 6 fehlen B. — 4, 1 Semel. A. — 4, 3 über *colonus* wieder *Joachim*. A. — 5, 3 In hoc nobili mari. A. — 6, 3 Über *iambicent* erläuternd: *titubent* A. — 7, 3 Reosque A. — Vor dem Hymnus: „Item est metrum iambicum dimetrum, quale est istud: *Iam lucis arto sidere*, constans ex iambis positis indifferenter cum interpositione spondaeorum, qui ponuntur semper in primo loco, ut hic.“ Nach dem Hymnus: Cantus huius rhythmii idem est cum cantu huius hymni, qui sic incipit: *Vexilla regis prodeunt*. A. — Bei Zarneke a. a. O. Str. 1, 2 und 7.

### 375. (4.) De beata Maria Virgine.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 a. Virgo mater salvatoris,<br/>Stella maris, stilla roris,<br/>Et cella dulcedinis,</p> | <p>1 b. Da spiramen veri floris,<br/>Florem fructus et odoris,<br/>Fructum fortitudinis.</p> |
| <p>2 a. In hoc mari sis solamen<br/>Nobis, cymba, dux, tutamen,<br/>Remex, aura, statio,</p> | <p>2 b. Aura perfles in hoc mari,<br/>Quae praefulges singulari<br/>Semper igne praevio.</p> |



- |   |  |
|---|--|
| 3 a. Haec est arca Noë viva,<br>Haec columba cum oliva,<br>Haec est pacis nuntia,                 | 3 b. Haec est Sara nobis ridens,<br>Sibi risum dari videns<br>Isaac ex gratia.                   |
| 4 a. Dat Rebecca luctatorem,<br>Rachel Ioseph provisorem<br>In Aegypti finibus;                   | 4 b. Haec est via rubro mari,<br>Per quam viam naufragari<br>Nequis mundi fluctibus.             |
| 5 a. Haec post mare tympanizat,<br>Haec Saüli citharizat<br>David mundo pariens;                  | 5 b. Haec est David Sunamitis,<br>Casto thoro casta, mitis,<br>Thorum viri nesciens.             |
| 6 a. Ruth in agro spicas legit,<br>Booz sponsam hanc elegit<br>Salutaris nuntius,                 | 6 b. Haec Susanna, quam accusat<br>Nunc Iudaeus et incusat<br>Fraudis fictae conscius.           |
| 7 a. Raguelis haec est nata,<br>O Tobia, tibi data<br>Servata coniugio,                           | 7 b. Esther uxor haec Assueri,<br>Per quam Aman contorqueri<br>Meruit suspendio.                 |
| 8 a. Holofernem Iudith stravit.<br>Iahel clavo perforavit<br>Te fugacem, Sisara;                  | 8 b. Haec est palmae nuntiatrix.<br>Haec sub palma iudicatrix<br>Manu forti Delbora.             |
| 9 a. Semper lucens est lucerna,<br>Extra Bethlehem cisterna,<br>Quam rex David sitiit;            | 9 b. Manna Gomor adimpletur,<br>Quo plebs Christi satiatur,<br>Diu quod esuriit.                 |
| 10 a. Parturit ex Elcana<br>Tandem Anna filium,<br>Spes Saülis orphana,<br>Quo ius perdit regium. | 10 b. Samuelem parturit<br>Quo pastor inungitur.<br>Rex austerus deperit.<br>Et puer extollitur. |
| 11 a. Haec regina veniens<br>Ab Austernis finibus,<br>A stupendo rediens<br>Salomonis dotibus.    | 11 b. Terra plaudit fontibus<br>Helim duodenis<br>Et palmis virentibus<br>Decies septenis.       |
| 12 a. Isti sunt apostoli<br>Fontes duodeni  | 12 b. Et palmae discipuli<br>Decies septeni.   |
| 13 a. Quid intrico tot scripturas<br>Et extrico tot figuras?<br>Haec est nobis omnia.             | 13 b. Haec est decus virginale<br>Et exemplum speciale<br>Mulierum gratia.                       |

Clm. Monacen. 6911 saec. 13/14. (Str. 1 bis 4 a fol. 22 b; Str. 4 b bis 13 b fol. 17 b. A. — Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15. B. — Cod. Admunten. 637. saec. 14. C. — Cod. Mellicen. 711. saec. 15. D. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. E. — 1 b 1 vivi floribus A: mihi floribus D. — 2 a 1 mare E. — 2 b, 1 perfrens

B: perflas E. — 2b, 3 Super igne B. — 3a, 1 arbor Noë B. — 4b, 1 est fehlt C. — 4b, 3 Nequi B; Nequis tradi, nicht tendi (Zarneke), fluctibus E. — 5a 1 Haec et Sauli E. — 5a, 3 periens AD. — 6b, 1 accusat fehlt B. — 6b, 2 Nunc videns est BD. — 6b, 3 Fraudis suae A. — 7a, 3 Servato AE. — 7b, 1 uxor D: haec fehlt A. — 8a, 2 Ioel C; Rachel E. — 8a, 3 Te fugantem CD; fugentem B; Cisara CE; Cisaram A; Cisura D. — 8b, 3 forto C. — 9a, 3 Qua C. — 9b, 1 Sicut manna Gomor B; Magna Gomor D. — 10a, 1 ex Elena D. — 10a, 3 Spes Saülis fehlt D: Spes est Saulis E; Spe salutis orphana B. — 11a, 2 Austrinis E. — 11a, 3 radiens E: — Astupescit rediens A. — 11b, 1 sq. fehlen D. — 12b, 1 Et palim C. — 13a, 1 Quid in circo E. — 13a, 2 Quid ex circo E. — Zeilenfolge in Str. 15: 1, 2, 4, 6, 5, 3 D. — „Sequitur rhythmus tertius Iohannis Anglici diversimode coloratus.“ BD. — Zarneke a. a. O. S. 70 sq.

### 376. (5.) De sancta Katharina.

- |   |  |
|---|--|
| 1 a. Vita nobis exemplaris,<br>Vita tota militaris<br>Katharinae floruit.                                 | 1 b. Virgo, gemma virginalis,<br>Norma vitae triumphalis,<br>Nos pugnare docuit.                       |
| 2 a. Flos est soli Pelopaei<br>Katharina, sponsa Dei,<br>Costi regis filia,                               | 2 b. Flos in bruma plus vernavit,<br>Idolstras dum perflavit<br>Congelans malitia.                     |
| 3 a. Nescit pudicitiae<br>Sigillum confringere,   | 3 b. Nescit immunditiae<br>Blandimentis cedere.  |
| 4 a. In tristi laetitia,<br>Amica saevitia<br>Iucundari negligit,   | 4 b. Sed dulce naufragium,<br>Mellitum absynthium<br>Dedignanter abigit.                               |
| 5 a. Nam ut fuit morti parens<br>Virginis uterque parens,<br>Caeli crevit pluvia,                         | 5 b. Dum in patris tectis manet,<br>In tyranno bruma canet,<br>Surgit flos audacia.                    |
| 6 a. Flos pruina reprehendit,<br>Argumentis ad hoc tendit,<br>Vernet ut iustitia,                         | 6 b. Quinquaginta viri docti<br>Sunt conversi, flammis cocti<br>Pro vitali gloria.                     |
| 7 a. Est illaesa coma, vestis,<br>Rosam gravis artat restis,<br>Est et flecti nescia;                     | 7 b. Rosa, heus, incarceratur,<br>Hanc regina consolatur,<br>Porphyrii socia.                          |
| 8 a. Nutrit rosam sol de caelo<br>Et illustrat sacro zelo,<br>Tormentorum ut in prelo<br>Rideat victoria. | 8 b. Angelus hanc consolatur,<br>Nix regina roseatur<br>Tam decenter et ornatur<br>Morum per crinalia. |
| 9 a. Rosa flagris flagellatur<br>Et plus trita decoratur<br>Rotis, clavis media;                          | 9 b. Rotas has Crasates fecit,<br>Angelus rotas deiecit<br>Quattuor sternens milia.                    |

- |   |  |
|---|--|
| <p>10 a. Rosa vernat inoffensa,<br/>Sed regina laude pensa<br/>Trans mamillas est suspensa<br/>Fixa per hastilia.</p> | <p>10 b. Christi miles gloriatur,<br/>Cum ducentis laureatur,<br/>Est eductus, ut caedatur<br/>Flos ab Alexandria.</p> |
| <p>11 a. Vox oranti favet Dei,<br/>Quod, qui laude servit ei,<br/>Quae vult, sumat praemia.</p>                       | <p>11 b. Lac est fusum pro cruore<br/>Et caelorum flos odore<br/>Spirat in sublimia.</p>                               |
| <p>12 a. Haec in monte novo more<br/>Est delata cum canore<br/>A caelesti curia;</p>                                  | <p>12 b. Oleum de tumba manat,<br/>Morbos omnes fide sanat,<br/>Flos nos sanet venia.</p>                              |

Clm. Monacen. 6911. saec. 13<sup>14</sup>. (Str. 1 bis 5 b fol. 17 b: Str. 6 a bis 12 b fol. 22 a). A. — Cod. Admunten. 637. saec. 14. B. — Cod. Mellicen. 711. saec. 15. C. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. saec. 15. D. — 1 a, 1 Via D: novis C. — 1 a, 2 Via D. — 1 b, 2 Normae vita C. — 2 a, 3 Costi regis erat filia A. — 2 b 3 Cogelans A; militia CD. — 3 b, 2 Blandimenti AB; Blandimenta C. — 4 b, 2 absonicum C. — 4 b, 3 Deditatum BC. — 5 a, 3 circuit pluvia D. — 5 b, 1 tectis fehlt D. — 5 b, 3 flos andaga D. — 6 a, 3 Fervet ut C. — 6 b, 2 Sunt ferrenti flamma cocti D. — 7 a, 2 artat testis D. — 7 a, 3 Et est flecti CD. — 8 a, 2 sacro gelo D. — 8 a, 3 Reddat victoria C. — 8 b 2 Vix regina C; Vir regina B; Et regina D. — 8 b, 3 Cum ducentis coronatur C: Cum cedendis at ornatur D. — 9 a, 2 plus torta C. — 9 b, 1 Rosas has Cirates B; Has Crasates rotas C; Has Cursares rotas D: vgl. zu diesem Eigennamen die Anm. bei Zarneke a. a. O. S. 67. — 9 b, 3 Quater sternens CD. — 11 a, 1 Exoranti favet D. — 11 a, 2 servet B. — „Sequitur secundus rhythmus Iohannis Anglici de sancta Katharina.“ C. — Vgl. Zarneke a. a. O. S. 66 u. f.

### 377. (6.) De Principio Magistrali.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ad insultus aequoris<br/>nutat parva ratis;<br/>Quae non ratis pertinet<br/>minas tempestatis?<br/>Vos phaselum dubiam<br/>meae parvitatibus<br/>Ad portum, benevoli<br/>nautae, dirigatis.</p> | <p>3. Faciem in speculo<br/>virgo specularatur,<br/>Prospicit, in facie<br/>si quid deformatur,<br/>Emundata facies<br/>anne reformatur<br/>Et formosa speciem<br/>nivis aemulatur.</p>       |
| <p>2. Intro cum formidine<br/>Magna magnum mare,<br/>Non est mirum militem<br/>novum formidare,<br/>Sed vos mihi speculum<br/>laetor radiare,<br/>Per quos viam specular<br/>timens oberrare.</p>     | <p>4. Speculo sic ratio<br/>modo puellari<br/>Naturae primordio<br/>fertur speculari;<br/>Triplex sed est speculum,<br/>triplex contemplari,<br/>Triplici se ratio<br/>studet conformari.</p> |

5. Primum lucet vitreum,  
in quo perscrutatur,  
In subiecto qualiter  
forma maritatur,  
Quid miscet concretio  
et quid immutatur,  
Quid perdit, quid generat  
et quid generatur.
6. Ex argento speculum  
aliud candescit,  
Hic subiectum prospicit.  
quomodo quiescit,  
Ut res forma indita  
fluctuare nescit,  
Forma cum abstrahitur,  
pura iuvenescit.
7. Tertium hinc speculum  
auro depuratur,  
Meliori specie  
res hic figuratur,  
Hic idea nobilis  
Deos decoratur,  
Mundi flens exsilio  
longe deviat.
8. Fontis sui specie  
caret obfucata,  
Orbata principio,  
patre viduata,  
Res terrestris subiacet  
caeno deturpata,  
Huc illuc in fluctibus  
orbis agitata.
9. Sic fit, ut in tempore  
veris palliatur  
Tellus palla viridi.  
tota picturatur,  
In parentis gremio  
dum flos educatur.  
Carpi nondum rustica  
manu lamentatur.
10. Dum rixatur aquilo  
tempore brumali  
Et aquas incarcerat  
claustris glaciali,  
Iam exspirant lilia  
flatu boreali,  
Rosa pallens moritur  
frigore letali.
11. Ver aeternum possidet  
causa primitiva,  
In hoc sancti speculo  
cuncta vident viva,  
Quae subiecta temporis  
mutant defectiva,  
Per peccatum stygiae  
mortis incurtiva.
12. Hic esse phantasticum  
nostrum lamentamur,  
Illic Deo similes,  
hic adnihilamur,  
Illic esse verius  
longe contemplamur,  
Sed hic esse perdimus,  
culpa deformamur.
13. Ergo si nos volumus  
Deo reformari.  
Exsules virtutibus  
debet renovari,  
Culpa sapientiam  
dedit ignorari,  
Virtute scientia  
petit restaurari.
14. Prout est scientia,  
demum virtus erit,  
Ex virtute defluit  
vitiumque terit,  
Habitudo disposita  
extra si se gerit,  
Virtutis originem  
nullam sibi quaerit.

15. Suscitata studio  
surgit rediviva  
Et cescit scientia  
virens ut oliva,  
Seritur in pueris  
hora sementiva,  
Floret in invenibus  
fructus redditiva.
16. Viri fructum colligunt  
cum maturitate,  
Auctori consimiles  
mentis honestate;  
Planta sapit arborem  
vitae venustate  
Et radicem surculus  
morum novitate.
17. Quia status optimus  
virtus floret mentis  
Speciali gratia  
cuncta largientis,  
Rore suo compluat  
os incipientis,  
Ut virtutum vireat  
novis incrementis.
18. Si ferar Platoniam  
per opinionem,  
Evagatur animus  
per digressionem,  
Sed sic philosophicam,  
tangam rationem,  
Licet usus arguat  
hanc assertionem.
19. In nobis scientia  
sera sepelitur,  
Corporis ex carcere  
languens inanitur.  
Ut scintilla flamine  
paulum enutritur  
Et adulta dogmate  
longa reperitur.
20. Descendit ut pluvia  
mentis irrigatrix.  
Quemque suo modulo  
visit amplexatrix.  
Haec ut mentis nubilo  
pulso sit viatrix,  
Attulit huc logica  
me sermocinatrix.
21. Via patet logices  
vera directiva  
Et ad certitudinem  
veri deductiva,  
Huius comes mathesis  
est demonstrativa.  
Vera tantum eligens  
ex his processiva.
22. Rationis speculum  
vestrae porrigatis,  
Speculer ut vitium  
meae ruditatis,  
Ut limetur ruditatis  
lima novitatis,  
Et illimis pateat  
via veritatis.

Clm. Monacen. 6911. saec. 13/14. A. — Cod. Mellicen. 711. saec. 15. B. — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. saec. 15. C. — 1, 2 natat A. — 1. 3 rata ABC. — 2, 1 Ictus cum formidine C. — 2, 2 Magnum magna B. — 2, 5 bis 8 fehlen C; infolgedessen läßt Zarneke a. a. O. S. 62 mit Str. 3 ein neues Lied beginnen. — 3, 5 Et nudata C. — 3, 6 ame reformatur B; omne reformatur A. — 4, 1 Specula B; sit C. — 4, 7 Triplici de radio A. — 4, 8 se consolari BC. — 5, 1 Primo B. — 5, 3 In secundo qualiter B. — 5, 5 Quod B. — 5, 6 quod B. — 5, 7 Quod perdit: Quid perat C: Quod B. — 5, 8 et quod B. — 6, 2 aliud eadem scit A. — 6, 3 Hinc secundum prospicit B. — 6, 5 forma vidua B; formis vidua C. — 6, 6 fructuare B. — 6, 7 subtrahitur B. — 7, 4 res hinc BC. — 7, 5 Hinc B: ide nobilis A. — 7, 6 Deus B. — 7, 7 Munda A. — 7, 8 derivatur C. — 8, 6 scaeno B. — 8, 7 Hinc illud B; in flexibus C. — 9, 6 Dum flos fehlt B. — 10, 1 Cum BC; velitur aquilo C. — 8, 4 gratiali C. — 11, 3 In hac se iam speculo C. — 11, 4 videt A. — 11, 6 mutant A. — 11, 7 Per pet stygi B. — 12, 3 Hic Deo dissimiles B. — 12, 4 hic auxiamur A. — 12, 5 Illud B. — 12, 7 hoc B. —

13, 2 Ex multis virtutibus B. — 14, 2 donum virtus BC. — 14, 4 unumque B. — 14, 5 disposito C; Habita dispositio B. — 14, 6 sic se C. — 14, 7 Virtus B. — 15, 1 suscitatur C. — 15, 2 crescit rediviva BC. — 15, 4 virtus ut oviva B: matris ut oliva C. — 15, 8 rediviva A. — 16, 3 consiliens B. — 16, 6 plantae venustate C. — 16, 7 radice A. — 17, 2 Virtus florum C. — 17, 7 Et AB. — 18, 1 ferat C: Platonica B. — 18, 4 discretionem B. — 19, 5 sq. und 6 sq. umgestellt B. — 19, 7 adulto A. — 19, 5 flamen B. — 19, 6 parvo enutritur C. — 20, 4 crescit B. — 20, 5 Haec in mentis B: Hic ut C. — 20, 6 pullo fit matrix B. — 20, 7 hinc B; hic C. — 21, 1 logicis AB. — 21, 2 veri C. — 21, 4 rerum deductiva C. — 22, 2 speculae B. — 22, 6 meae novitatis AB. — 22, 7 Et vel imus pateat B. — „Sequitur primus rhythmus Iohannis Anglici in tractatu de rhythmis pro exemplo domestico de principio magistrali.“ B. — Vgl. Zarneke a. a. O. S. 62 ff.

### 378. (7.) De Licentia Puerorum circa Natale Domini.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Ludo praeter solitum<br/>et ludendo salto,<br/>Applico, qui fueram<br/>fluctuans in alto,<br/>Regis natalitia<br/>caelestis exalto,<br/>Iam nova progenies<br/>caelo demittitur alto.</p>               | <p>5. Naturae ditaverat<br/>largitas doctorem,<br/>Dans illi dulcedinis<br/>melicae canorem,<br/>Singularem contulit<br/>florentis honorem<br/>Oris et in niveo<br/>mixtum candore ruborem.</p>      |
| <p>2. Carceris executio<br/>catenas ex collo.<br/>Cum plausu repatrians.<br/>quod est meum, tollo,<br/>Per quem iugum tollitur,<br/>Dominum extollo,<br/>Casta, fave, Lucina, tuus<br/>iam regnat Apollo.</p> | <p>6. Sapit linguam Tullii<br/>vox oris facundi,<br/>Fontem pigmentarium<br/>pectoris profundi,<br/>Doctrinale balsamum<br/>sermonis iucundi<br/>Dictaque mirantum<br/>magni primordia mundi.</p>    |
| <p>3. Doctorem laudabimus<br/>eum describentes,<br/>quem benignum sensimus<br/>saepe delinquentes.<br/>Saepe nos adduxerat<br/>secum colludentes,<br/>Saepe refert animus<br/>lusus gravitate carentes.</p>   | <p>7. Ratione logica<br/>destruit errores,<br/>In arte syntaxeos<br/>superat maiores,<br/>Dirigit erraticos,<br/>instruit minores,<br/>Hic canit errantem<br/>lunam solisque labores.</p>            |
| <p>4. Sua pulchritudine<br/>superat affines,<br/>Gallicanos undique<br/>perscruteris fines.<br/>Eum ferre lauream,<br/>velis vel non, sines<br/>Ob digitos Baccho<br/>dignos et Apolline crines.</p>          | <p>8. Curego nequissimus<br/>Verres paret verri,<br/>Optet ut in Socratem<br/>Anytos deferri<br/>Aut ut Nero Senecam<br/>faciat offerri;<br/>Quis furor, o cives.<br/>quae tanta licentia ferri?</p> |

- |   |   |
|---|---|
| <p>9. Citius avertite<br/>         scuticorum lora,<br/>         Aut de vestro scelere<br/>         personabunt fora,<br/>         Nascetur confusio<br/>         cessabunt priora<br/>         Olla ceu mundi<br/>         suprema coegerit hora.</p>                    | <p>12. Amodum refugium<br/>         invenire spero,<br/>         Ludam cum puellulis,<br/>         illud est, quod quaero,<br/>         Petrus, noster socius,<br/>         bacchatur ex mero<br/>         Et clavam ostendens:<br/>         haec, ait, arma gero.</p>    |
| <p>10. O doctor liberrime,<br/>         dissolve catenas<br/>         Et disiungas compedes<br/>         et laxes habenas,<br/>         Quae nostras ex studio<br/>         minuerunt genas,<br/>         Parte leva minima<br/>         nostras et contrahe poenas.</p>  | <p>13. Noster doctor doctior<br/>         est inter doctores,<br/>         Est inter discipulos<br/>         mitis mitiores,<br/>         Comis comes omnibus,<br/>         sive sint algores<br/>         Seu mulcent zephyri<br/>         natos sine semine flores.</p> |
| <p>11. Magister de cetero<br/>         ludat cum magistra<br/>         Dicens: crura candida<br/>         nobis subministra<br/>         Ostendendo mentulae<br/>         turgida registra,<br/>         Ceu gerat in dextra<br/>         baculum clavamque sinistra.</p> | <p>14. Ergo qualis fuerit<br/>         doctor, si quis quaerat,<br/>         Ex praedictis animum<br/>         certiolem gerat,<br/>         Hic doctorem audiat,<br/>         et audita serat,<br/>         Inscribat foliis:<br/>         Naso magister erat.</p>       |

Clm. Monacen. 6911. saec. 13/14. A. — Cod. Mellicen. 711. saec. 15. B.  
 — Cod. Palat. Vindobonen. 3121. saec. 15. C.

1, 1 Lucto B. — 1, 3 Amplico B. — 1, 5 natalitio B. — 2, 1 exartio A.  
 — 2, 2 a collo C; catenas Apollo A. — 2, 7 tuns A. — 3, 1 C liest nicht  
 Datorem (Zarneke). — 3, 5 Saepe nos dedux B. — 3, 7 refert annus B. — 3, 8  
 gravitate caelites B. — 5, 2 C liest nicht decorem (Zarneke). — 5, 4 mellitae  
 A; mellicae BC. — Str. 6 bis 14 fehlen C. — 7, 3 synthaseos mit der Glosse  
 „grammatica“ A; synthesias B. — 8, 1 Curgo nequissimus B; mit der Interlinear-  
 glosse: „Nomen latronis vel mali pueri, qui vult verberare magistrum suum  
 ad natale“ A. — 9, 2 verces parat B. — 8, 3 Optat et in B. — 8, 4 anetus A;  
 auerus B. — 8, 8 quae fehlt AB. — 9, 1 avertite A. — 9, 2 sentit lora B. —  
 9, 3 de nostro A. — 9, 6 cessabunt prae ora B. — 9, 7 Scelera ceu B. — 9, 8  
 cum suprema B. — 10, 3 disingge B. — 10, 7 Parce leva mina B. — 12, 1  
 Modo A. — 12, 4 id est quod B. — 12, 6 bacham ex mero B. — 12, 8 et ait  
 arma B. — 13, 2 est fehlt B. — 13, 5 Comes comis B. — 14, 7 Conseribat B.  
 — „Sequitur ricmus quartus Iohannis Anglici, ubi versus adiungitur, et  
 est ille ricmus de licentia puerorum circa natale Domini.“ B. Diese „Versus  
 adiuncti“ sind: 1, 8 Virg. Ecl. IV, 7; 2, 8 Virg. Ecl. IV, 10; 3, 8 Ovid Ex  
 Ponto I 9, 9; 4, 8 Ovid Metam. III, 421; 5, 8 Ovid Metam. XV, 67; 6, 8  
 Virg. Aen. I, 742; 7, 8 Lucan. Pharsal. I, 8. — 8, 8 Lucan. Pharsal. I, 73;  
 9, 3 Ovid Ex Ponto II 8, 35; 10, 8 Ovid Fast. I, 99; Ovid Fast. I, 254;  
 Ovid Metam. I, 108; Ovid Art. amat. III, 812.

379. (8.) *Laudes Studii.*

1. Concinat laetas lyra mentis odas,  
Voxque sit laetae comes aequa menti,  
His opus firmo sociare cantor  
    Foedere temptet.
2. Dic Deo foris modulos placentes,  
Lacrimis summo modulari duci,  
Per preces temptes penetrare caelum  
    Tramite stricto.
3. Ut viam discant, fugiant scholares  
Deditos carni vitisque servos,  
Semper insistant operi venusto,  
    Seria quaerant.
4. Me iuvat laudes studii levare,  
Fonte nos cuius Dea sacra potat,  
Quae reservatrix Heliconis aufert  
    Nectaris haustum.
5. Cuius exhausit Nicolaus undam  
Et bibit plene Katherina potum  
Et salutaris sitiebat aquae  
    Pocula Paulus.
6. Non onus fortes retrahit catervas,  
Lucta sed dulcem revehit quietem.  
His labor ludum sapit et voluntas  
    Robur adauget.
7. Vita florescit speciosa cleri.  
Pulchra Pallas si comitatur illum,  
Et fugit Cypris, fugit et gementis  
    Planctus avari.
8. Non dolo fallax aliena raptat.  
Dives est, quando nihil est in arca,  
Poculum dicit fluviale Bacchum  
    Parvula laudans.
9. Unus in dignam cathedram levatur,  
Claustra gratatur reliquus tenere,  
Alter in densis eremita silvis  
    Pascitur herbis.



10. Hic oves pascit dapae spiritali,  
His facit vitae scaturire fontem,  
Hic studet turbam studii rigare  
Fonte Minervae.

Clm. Monacen. 6911. saec. 13/14. A. — 6, 2 Luctu sed dulcis. — 6, 4 Robur auget. — Aus einer Serie von 19 Oden in horazischen Mafsen, welche die Poetria magna abschließen.

**380. (9.) Oda de constantia beatae Katharinae.**

1. Huc adverte libens, Pari,  
Mentem munditiae verbaque suscipe,  
Quae claudas animo tuo,  
Quae fructum pariant dentque tibi cibum
2. Sexus debilior virum  
Prudens induerat, virgo Deo placens,  
Costi progenies pia.  
Heu, fortes pudeat, magnanimos viros
3. Hos dum femina praeterit  
Et carnis stimulos militia domat.  
Vincit supplicii minas,  
Non horret tenebras, vincula, verbera
4. Scandit clavigeras rotas,  
Poenae nescit onus salvifica fide,  
Quam dat gymnasii labor,  
Et doctrina Dei levat in aethera.

Clm. Monacen. 6911. saec. 13/14. — Aus derselben Serie von 19 Oden.

---

## Iohannes Fidanza Bonaventura.

Cardinalis Episcopus Albanensis,

† 1274.

Geboren 1221 zu Bagnorea im Kirchenstaate, Sohn des Johannes Fidanza und der Maria Ritella, trat der junge Johannes Fidanza, nachdem er diesen Familiennamen mit dem Namen Bonaventura vertauscht, wahrscheinlich schon 1238, siebzehn Jahre alt, in den Orden der Minderbrüder ein, studierte zunächst an der Ordenschule zu Orvieto, dann, von 1242 oder 43 an, unter der Leitung seines Ordensgenossen, des Alexander von Hales, zu Paris, woselbst er 1248, zum Bakkalaureus promoviert, die eigene Lehrtätigkeit eröffnete. Der von 1254 bis 1260 währende, mit der Niederlage der Akademiker und der Verbannung ihres Vorkämpfers des Mag. Wilhelm von Saint-Amour endende Streit der Hochschulprofessoren gegen die Bettelmönche, an dem auch Bonaventura durch eine Schrift sich beteiligte, war schuld, dafs er erst 1257, zugleich mit Thomas von Aquino, den Doktorgrad erhielt, nachdem er bereits, von seinem Vorgänger Johannes von Parma hierfür empfohlen, zum Minister generalis seines Ordens erwählt worden war. Er wirkte in dieser Eigenschaft an der inneren Pazifizierung und Festigung des Ordens bis zum Jahre 1273, in welchem ihn Gregor X., der nicht zum wenigsten den Empfehlungen Bonaventuras die Tiara verdankte, zum Kardinalerzbischofe von Albano ernannte. Schon früher, 1265, hatte ihm Clemens IV. das englische Erzbistum York angetragen, welches er indes ausschlug. Mit den Vorbereitungen des Lyoner Konzils von 1274 betraut, das, dem Wunsche des Papstes entsprechend, eine Vereinigung der griechischen und der abendländischen Kirche in die Wege leiten sollte, starb er noch vor Schluß der Kirchenversammlung in der Nacht vom 14. auf den 15. Juli desselben Jahres. Erst zwei Jahrhunderte später ward er von Sixtus IV. in die Zahl der Heiligen versetzt (1482), nachdem ihn längst die Franziskaner (oder Skotisten) Schule, als Doctor seraphicus dem Doctor angelicus, dem hl. Thomas von Aquin, entgegengestellt hatte.

Bezüglich der Dichtungen Bonaventuras ist eine Tatsache höchst auffallend, dafs nämlich in Handschriften des 13., ja des 14. Jahrhunderts nur höchst selten und vereinzelt ihm ein Lied zugeschrieben wird, dafs dagegen in Handschriften des 15. Jahrhunderts auf einmal, wie ex conducto, zahlreiche Poesien mit seinem Namen in Verbindung gebracht werden. Es geschieht dies regelmäfsig in Handschriften des ausgehenden 15., wo nicht des angehenden 16. Jahrhunderts, die, wie die wörtlich übereinstimmenden Rubriken vermuten lassen, aus Wiegendruckern geschöpft haben, in denen wir genau dieselben Angaben finden. Diese Bewegung steht wieder augenscheinlich mit der zu Ende des Jahrhunderts (1482) erfolgten Kanonisation des Heiligen in ursächlichem Zusammenhange.

Auch in der neuesten Ausgabe der WW. des Heiligen, in welcher im VIII. Bande ein Teil der hierhergehörigen Poesien zusammengestellt ist, findet sich noch Einzelnes, was Bonaventura schlechtweg abzusprechen. Dahin

gehört vor allem das *Alphabetum Religiosorum* p. LIX. Ein Blick auf die Handschriften genügt, um das eben Gesagte bestätigt zu finden. Dahin gehört die *Philomena*, die zweifelsohne nicht Bonaventura, sondern John Peckham angehört. Die *Corona beatae Mariae*, wie sie l. c. p. 677 sq. abgedruckt ist, besteht aus zwei getrennten Dingen, die an sich nichts miteinander zu schaffen haben, nämlich aus dem kurzen, später viel als Sequenz benutzten Liede *Gaude, virgo, mater Christi* (Mone II, 162) und einem andern *Mediatrix Dei et hominum*, dessen Strophenanfänge den Namen Maria bilden, und dessen Rhythmik und Reimkunst sich auf den ersten Blick als von der des ersten Liedes völlig verschieden erweisen. Verfasser des zweiten Liedes kann Bonaventura nicht sein, weil er einer solchen Verskunst, wie sie ihm hier zugemutet wird, nicht fähig war. Das erste Lied, das für sich allein in geradezu unzähligen Quellen überliefert ist, habe ich nirgends Bonaventura zugeschrieben gesehen. Eine Zwettler Handschrift (Collect. ms. Zwettlense saec. 12. Cod. Zwettlen. 35), welche es in einer Zuschrift des 13. oder 14. Jahrh. enthält, fügt die Bemerkung bei: „Hanc orationem, scilicet *Gaude, Maria*, sanctus Edmundus constituit et eo tempore a domino papa obtinuit, ut, quacunq[ue] die eam quis dixerit, ea die indulgentiae [!] quadraginta dierum habeat.“

Auf die Gedichte, welche die neuesten Herausgeber abgelehnt haben, will ich hier nicht näher eingehen. Keines von ihnen hat Anspruch darauf, rehabilitiert zu werden, denn sie sind sämtlich Bonaventuras unwürdig, zwei ausgenommen, die Paraphrase des *Salve regina* und das sog. *Psalterium minus*. Diese beiden Gedichte enthalten sachlich und formell nichts, was gegen eine Abfassung durch Bonaventura spräche; der Psalter ist sogar ein unter der mittelalterlichen Hymnenliteratur hervorragendes Werk. Beide aber sind nicht beglaubigt. Die drei Handschriften, die beim Psalter Bonaventuras Namen nennen, gehören dem späten 15. und dem 16. Jahrhundert an. Dasselbe gilt von dem *Salve regina*; die vier Handschriften, die es Bonaventura zuweisen, verraten durch den Ausdruck „ordinatum per sanctum Bonaventuram“ ihre Abhängigkeit von den Wiegendruckern. Es kann daher auch die an letzter Stelle angeführte Breslauer Handschrift unmöglich saec. 15. in sein, da Bonaventura erst Ende des Jahrhunderts heilig gesprochen wurde.

Ein Gedicht haben zuerst die neuesten Herausgeber dem doctor seraphicus beigelegt. Es ist das Passionslied Anal. XXXI, 64. Die Herausgeber fanden es in einer römischen Handschrift (Corsia. 41 E 28), die sie dem 14. Jahrh. zuweisen mit der Bemerkung: „Incipit meditatio beati Bonaventurae de passione Domini nostri Jesu Christi.“ Inhalt und Form stehen dieser Annahme nicht im Wege. Von nochmaligem Abdrucke sehe ich indes ab.

### 381. (1.) *Lignum Vitae*.

1. O crux frutex salvificus,  
Vivo fonte rigatus,  
Cuius flos aromaticus,  
Fructus desideratus.

\* \* \*

- |   |   |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>2. Iesus ex Deo genitus,<br/>Iesus praefiguratus,<br/>Iesus emissus caelitus,<br/>Iesus Mariae natus.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>3. Iesus conformis patribus,<br/>Iesus magis monstratus,<br/>Iesus submissus legibus,<br/>Iesus Mariae natus.</li> </ol> |
|---|---|

- |   |   |
|---|---|
| <p>4. Iesus baptista caelicus,<br/>Iesus hoste temptatus,<br/>Iesus signis mirificus,<br/>Iesus transfiguratus.</p> <p>5. Iesus pastor sollicitus,<br/>Iesus fletu rigatus,<br/>Iesus rex nobis agnitus,<br/>Iesus panis sacratus.</p> <p>6. Iesus dolo venundatus,<br/>Iesus orans prostratus,<br/>Iesus turba circumdatus,<br/>Iesus vinculis ligatus.</p> <p>7. Iesus notis incognitus,<br/>Iesus vultu velatus,<br/>Iesus Pilato traditus,<br/>Iesus morte damnatus.</p> <p>8. Iesus spretus ab omnibus,<br/>Iesus cruce clavatus,<br/>Iesus iunctus latronibus,<br/>Iesus felle potatus.</p> | <p>9. Iesus sol morte pallidus,<br/>Iesus translanceatus,<br/>Iesus cruore madidus,<br/>Iesus intumulatus.</p> <p>10. Iesus triumphans mortuus.<br/>Iesus surgens beatus,<br/>Iesus decor praecipuus,<br/>Iesus orbi praelatus.</p> <p>11. Iesus ductor exercitus,<br/>Iesus caelo levatus,<br/>Iesus largitor spiritus,<br/>Iesus laxans reatus.</p> <p>12. Iesus testis veridicus,<br/>Iesus iudex iratus,<br/>Iesus victor magnificus,<br/>Iesus ponsus ornatus.</p> <p>13. Iesus rex, regis filius,<br/>Iesus liber signatus,<br/>Iesus fontalis radius,<br/>Iesus finis optatus.</p> |
|---|---|
- \* \* \*
- |   |   |
|---|---|
| <p>14. His nos, crux, ciba fructibus,<br/>Illustra cogitatus,<br/>Rectis duc itineribus,<br/>Hostis frange conatus.</p> | <p>15. Sacris reple fulgoribus,<br/>Spira pios afflatus,<br/>Sisque Christum timentibus<br/>Tranquillus vitae status.</p> |
|---|---|

Collect. ms. S. Crucis Florent. saec. 13/14. Cod. Laurent. Plut. XIX Cod. 10; zweimal, mit prosaischem Zwischentext A; ohne denselben B. — Sequent. et hymn. ms. Senense saec. 14. Cod. Senen. G III 2. C. — Collect. ms. Pruvningense [saec. 12. et] anni 1384. Clm. Monacen. 13102. D. — Collect. ms. incertae orig. saec. 14. Clm. Monacen. 23444. E. — Collect. ms. incertae orig. saec. 15. Clm. Monacen. 23449. F. — Orat. ms. Augustanum saec. 15. Clm. Monacen. 3702. G. — Libri et tractatus s. Bonaventurae imp. Coloniae 1486. H.

2, 2 fehlt D. — 2, 4 Maria natus F. — 3, 2 tribus magis H. — 5, 2 fractu rigatus C. — 5, 3 agnitus fehlt F; cognitus D; Iesus propheta agnitus H. — 6, 4 vinculis EGH. — 7, 3 Pilato praesentatus D. — 8, 2 cruci damnatus B; cruci elevatus F. — 8, 4 aceto potatus H. — 9, 1 sol fehlt B. — 9, 2 Iesus tamen lanceatus B. — 10, 4 orbis AE. — 13, 1 rex regum H. — 13, 4 sumus optatus, a. Rand korrig. in finis A.

Dieses Lied ist aus dem Werke des hl. Bonaventura, das den Titel *Lignum vitae* trägt, ausgezogen, in welchem die einzelnen Verse der Strophen 2 bis 13 gleichsam Kapitelüberschriften bilden, während die Str. 1, 14 und 15 in der Einleitung stehen. Ich verweise bezüglich dieses Werkes auf die neue Ausgabe *S. Bonaventurae Opera Omnia VIII*, p. XL sq.; ferner p. XLII, woselbst dies Werk als in 175 Handschriften vorfindlich nachgewiesen wird,

von denen 29 verglichen wurden. Der „textus genuinus“ steht ebenda S. 69 u. f. ohne Lesarten. Er weicht von dem vorstehenden nur dadurch ab, daß die Str. 14 und 15 hinter Str. 1 gestellt sind, welchen Platz sie in den Hss. einzunehmen pflegen, welche das ganze Werk bieten, während sie in den Codices, welche nur das Gedicht exzerpieren, öfter (und richtiger) an den Schluß gestellt erscheinen. Vgl. der Lebensbaum, aus dem Lateinischen usw. Zweite Auflage, Freiburg i. B. 1888., Vorwort z. 2. Anfl.

Dieses aus dem Werke des seraphischen Lehrers exzerpierte Lied ist alsdann mehreren Erweiterungen und Bearbeitungen unterzogen worden, welche sich meist auch schon dadurch als spuria verraten, weil sie bezüglich des Reimes nicht die Regeln durchführen, welche wir Bonaventura in diesem „textus genuinus“ beobachten sehen. Es erstreckt sich nämlich bei ihm auch der männliche oder stumpfe Reim ausnahmslos über zwei Silben: genitus, caelitus; patribus, legibus; caeliens, mirificus.

Bearbeitung I.

- |   |   |
|---|---|
| 1. O crux, frutex salvificus,<br>Vivo fonte rigatus,<br>Quem flos exornat fulgidus,<br>Fructus fecundat gratus. |   |
| 2. Iesus ex patre genitus,<br>Iesus liber signatus,<br>Iesus cunctorum dominus,<br>Iesus desideratus.           | 10. Iesus emptus argenteis<br>Iesus turba vallatus,<br>Iesus captus ab impiis,<br>Iesus ter denegatus.      |
| 3. Iesus promissus patribus,<br>Iesus praefiguratus,<br>Iesus emissus caelitus,<br>Iesus Mariae natus.          | 11. Iesus satur opprobriis,<br>Iesus vultu velatus,<br>Iesus concisus alapis,<br>Iesus collaphizatus.       |
| 4. Iesus sub lege positus,<br>Iesus magis monstratus,<br>Iesus redemptor parvulus,<br>Iesus infans fugatus.     | 12. Iesus astrictus vinculis,<br>Iesus perflagellatus,<br>Iesus punctus aculeis,<br>Iesus dire plagatus.    |
| 5. Iesus puer proficiens,<br>Iesus vir baptizatus,<br>Iesus panis esuriens,<br>Iesus victor temptatus.          | 13. Iesus risus a perfidis,<br>Iesus falso accusatus,<br>Iesus spretus a propriis,<br>Iesus morte damnatus. |
| 6. Iesus nobis circuiens,<br>Iesus nobis lassatus,<br>Iesus pro nobis indigens,<br>Iesus inhonoratus.           | 14. Iesus crucem circumferens,<br>Iesus veste nudatus,<br>Iesus morti se offerens,<br>Iesus ligno clavatus. |
| 7. Iesus miranda faciens,<br>Iesus verbis sensatus,<br>Iesus peccata diluens,<br>Iesus transfiguratus.          | 15. Iesus orbem concutiens,<br>Iesus planctu rigatus,<br>Iesus matri compatiens,<br>Iesus felle potatus.    |
| 8. Iesus unguentis redolens,<br>Iesus asello latus,<br>Iesus subiectis serviens,<br>Iesus agnus oblatus.        | 16. Iesus clamando moriens,<br>Iesus transverberatus,<br>Iesus infernum adiens,<br>Iesus intumulatus.       |
| 9. Iesus futura praevidens,<br>Iesus angustiatus,<br>Iesus cruore effluens,<br>Iesus orans prostratus.          | 17. Iesus captivos ernens,<br>Iesus resuscitatus,<br>Iesus ad patrem rediens,<br>Iesus glorificatus.        |

- |  |  |
|--|--|
| 18. Iesus dona distribuens,<br>Iesus clarificatus,<br>Iesus, monarcha praesidens,<br>Iesus summe beatus. | 19. Iesus purgans a sordibus,<br>Iesus splendor optatus,<br>Iesus spirans afflatibus<br>Iesus cruce immolatus. |
|--|--|

20. Per hunc, crux, christiformibus  
 Esto vitalis flatus,  
 Perfectus in virtutibus  
 Ac sempiternus status.

Collect. ms. S. Crucis Florent. saec. 13/14. Cod. Laurent. Plut. XIX. Cod. 10. A. — Collect. ms. incertae orig. saec. 14. Cod. Marcian. L II 65. B. — Collect. ms. Pruvningense [saec. 12. et] anni 1384. Clm. Monacen. 13102. C. — Cant. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Marcian. It. IX 145. D.

1, 4 fecunda A; fecundit B; Fructus desideratus D. — 2, 3 culitorum A. — 2, 3 bis 3, 2 inkl. fehlen B. — 3, 4 Iesus ex matre natus B; de matre C. — 4, 1 u. f. fehlen D. — 6, 1 circumciens B; compatiens D. — 6, 3 indiens A. — 7, 2 viris sensatus D. — 8, 1 redoles D. — 8, 3 subditus serviens D. — Von Str. 8 an verläuft D wie folgt.

- |   |   |
|---|---|
| 9. Iesus amore fervidus,<br>Iesus amaricatus,<br>Iesus erore madidus,<br>Iesus angustiatus.                 | 13. Iesus astrictus vinculis,<br>Iesus dure plagatus,<br>Iesus crucem baiulans,<br>Iesus immaculatus.       |
| 10. Iesus a Iuda venditus,<br>Iesus percussus graviter,<br>Iesus a turba vallatus,<br>Iesus ter denegatus.  | 14. Iesus foras egrediens,<br>Iesus veste nudatus,<br>Iesus ultro se offerens,<br>Iesus (in) cruce levatus. |
| 11. Iesus contemptus turpiter,<br>Iesus vultu velatus,<br>Iesus percussus graviter,<br>Iesus colaphizatus.  | 15. Iesus orbem concutiens,<br>Iesus planctu rigatus,<br>Iesus matri compatiens,<br>Iesus felle potatus.    |
| 12. Iesus contemptus viliter,<br>Iesus morte damnatus,<br>Iesus illusus nequiter,<br>Iesus false accusatus. | 16. Iesus clamando moriens,<br>Iesus translanceatus,<br>Iesus emittens spiritum,<br>Iesus cruce immolatus.  |

17. Iesus infernum adiens,  
 Iesus intumulatus,  
 Iesus captivos eruens,  
 Iesus resuscitatus,  
 Iesus ad patrem rediens,  
 Iesus glorificatus.

10, 1 datus argenteis A. — 13, 3 spretus apostolis A. — 13, 4 donatus A. — 14, 1 vocem circumferens A. — 15, 2 platu A. — 19, 4 cruci C; immoratus A. — 20, 1 crux fehlt B; christiformi B. — 20, 3 Perfectus A. —

„Expliciunt LXXII operationes Iesu Christi. Sequuntur duodecim loca notabilia, in quibus gessit Christus operationes mirabiles, quae quidem loca digesta sunt breviter a praedicto fratre Bonaventura rhythmice.“ Unter letzterem ist der „textus genuinus“, wie oben mitgeteilt, verstanden. Diese Bearbeitung I vgl. S. Bonaventurae Opera VIII, 86 sq.

Bearbeitung II.

1. O crux, frutex salvificus,  
Vivo fonte rigatus,  
Quem flos exornat fulgidus,  
Fructus fecundat gratus.
  2. Iesus, rex, regis filius,  
Iesus de Deo natus,  
Iesus promissus patribus,  
Iesus praefiguratus.
  3. Iesus afflatu genitus,  
Iesus donis ditatus,  
Iesus in lucem editus,  
Iesus sol mundo datus.
  4. Iesus infans pauperculus,  
Iesus mamma lactatus,  
Iesus tener puerulus,  
Iesus cultro plagatus.
  5. Iesus legi suppositus,  
Iesus ulnis portatus,  
Iesus ostensus regibus,  
Iesus regno fugatus.
  6. Iesus plenus virtutibus,  
Iesus, vir baptizatus,  
Iesus, ferarum socius,  
Iesus hoste temptatus.
  7. Iesus verbis veridicus,  
Iesus zelo flammatus,  
Iesus signis mirificus,  
Iesus transfiguratus.
  8. Iesus pius affectibus,  
Iesus illacrimatus,  
Iesus, rex orbis agnitus,  
Iesus asello latus.
  9. Iesus, servorum famulus,  
Iesus, panis sacratus,  
Iesus Iudaeis proditus,  
Iesus orans prostratus.
  10. Iesus turba circumdatus,  
Iesus vinclis ligatus,  
Iesus spretus ut reprobus,  
Iesus ter denegatus.
  11. Iesus Pilato traditus,  
Iesus morte damnatus,  
Iesus flagellis lividus,  
Iesus cruce clavatus.
  12. Iesus iunctus latronibus,  
Iesus felle potatus,  
Iesus clamansque anxius,  
Iesus exanimatus.
  13. Iesus errore madidus,  
Iesus translanceatus,  
Iesus sepulcro conditus,  
Iesus mundo sublatus.
  14. Iesus triumphans mortuus,  
Iesus surgens beatus,  
Iesus ductor exercitus,  
Iesus caelo levatus.
  15. Iesus hierarcha caelitus,  
Iesus orbi praelatus,  
Iesus largitor spiritus,  
Iesus laxans reatus.
  16. Iesus, princeps pacificus,  
Iesus, sponsus ornatus,  
Iesus, iudex aequissimus,  
Iesus, rex expectatus.
  17. Iesus, cunctorum dominus.  
Iesus desideratus,  
Iesus, alpha, principium,  
Et O, finis optatus.
- \* \* \*
18. Purga nos, crux, a sordibus,  
Perlustra cogitatus,  
Perfectos fac virtutibus  
Sacrosque spira flatus.
  19. Defensa nos ab hostibus  
Nosterque sis ducatus,  
Quo per te sit mortalibus  
Aeternae vitae status.


Collect. ms. Simonis Tungren. (S. Iacobi Leodien.) saec. 13/14. Cod. Darmstadien. 2777. A. — Cant. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Marcian. It. IX 145. B.

3, 1 afflatus B. — 3, 4 mundo natus B. — 11, 4 cruce levatus B. — 12, 1 vinctus latronibus B. — 12, 3 clamans et anxius B. — 17, 4 Iesus desideratus B. —

„In nomine Domini nostri Iesu Christi incipit arbor vitae, in quo tota Christi textitur series, edita per beatum patrem fratrem Bonaventuram, ordinis minorum, sacrosanctae ecclesiae Romanae cardinalem.“ B. —

Die aus dem Lignum vitae exzerpierten und die sodann erweiterten Texte wurden schon frühzeitig auch mit Singweisen versehen. Die Herausgeber der Opera Omnia bemerken diesbezüglich Bd. VIII, p. XL sq.: Hoc referunt chronica Fr. Bartholomaei Aquensis, ordinis Praedicatorum, asservata Taurini, biblioth. Universitatis in Cod. G II 34 membr. saec. 13. vel 14. Ibi fol. 57 legitur: „Illo etiam tempore floret Bonaventura, magnus frater in ordine Fratrum Minorum et homo clericens et devotus crucifixo. Qui posuit passionem Iesu in cantilena fletus sequentiae, quae sic currit: O crux, frutex salvificus, etc. et in qualibet clausula replicatur: O crux etc. Require; alibi habes.“ —

Eine Singweise zum „textus genuinus“ ist uns in einer Berliner Handschrift des 14. Jahrh. erhalten, von der „Lebensbaum“ S. 68 ein Faksimile gibt. Die Singweise ist eine hymnische, d. h. dieselbe Melodie kehrt für alle Strophen wieder, nur der Rundreim hat eigene Weise.




R. O crux, fru - tex sal - vi - fi - cus, Vi - vo fon - te




ri - ga - tus, Cu - ius flos a - ro - ma - ti - cus,



Fruc - tus de - si - de - ra - tus.



1. Ie - sus ex De - o ge - - ni - tus, Ie - sus prae - fi - gu - ra - tus




Ie - sus e - mis - sus cae - li - tus Ie - sus, Ma - ri - ae na - tus.

Auf diese Melodie kann sich die vorerwähnte Nachricht des Fr. Bartholomaeus Aquensis nicht beziehen, da diese von einer sequenzartigen Melodie, „cantilena fletus sequentiae“ redet. Eine solche Melodie, aber nicht zum „textus genuinus“, sondern zur „Bearbeitung II“ enthält die vorerwähnte Darmstädter Hs. 2777. Der Refrain hat aber hier eine dreifache Singweise, die abwechselnd wiederholt wird:



R. 1. O crux, fru-tex sal-vi - fi-cus, Vi-vo fon-te ri-ga - tus,



Cu-ius flos a-ro-ma-ti-cus, Fruc-tus de-si-de-ra - tus.







1. { Ie - sus, - rex, re - gis fi - li - us, Ie - sus de  
| Ie - sus - af - fla - tu ge - ni - tus, Ie - sus do-




De - o na - tus, Ie - sus pro - mis - sus pa - tri - bus,  
nis di - ta - tus, Ie - sus in lu - cem e - di - tus,



Ie - sus prae - fi - gu - ra - tus.  
Ie - sus sol mun - do da - tus.




2. { Ie - sus, in - fans pau - per - cu - lus, Ie - sus mam - ma  
| Ie - sus le - gi sup - po - si - tus, Ie - sus ul - nis



lac - ta - tus, Ie - sus, te - ner pu - e - ru - lus,  
por - ta - tus, Ie - sus o - sten - sus re - gi - bus,




Ie - sus cul - tro pla - ga - tus.  
Ie - sus reg - no fu - ga - tus.



R.2. O crux, fru - tex sal - vi - fi - cus,



Vi - vo fon - te ri - ga - - tus, Quem flos ex - or - nat



ful - gi - dus, Fru - ctus fe - cun - dat gra - - - tus.



3. { Ie - sus ple - nus vir - tu - ti - bus, Ie - sus, vir bap - ti - za - tus.  
| Ie - sus ver - bis ve - ri - di - cus, Ie - sus ze - lo flam - ma - tus.



Ie - sus, fe - ra - rum so - ci - us, Ie - sus ho - ste temp - ta - tus,  
Ie - sus sig - nis mi - ri - fi - cus, Ie - sus trans - fi - gu - ra - tus.




4. { Ie - sus pi - us af - fec - ti - bus, Ie - sus il - la -  
Ie - sus, ser - vo - rum fa - - mu - lus, Ie - sus, pa - nis



cri - ma - tus, Ie - sus, rex or - bis a - gni - tus,  
sa - cra - tus, Ie - sus lu - dae - is pro - di - tus,




Ie - sus a - sel - lo la - - tus.  
Ie - sus o - rans pro - stra - tus.




5. { Ie - sus tur - ba cir - cum - da - tus, Ie - sus vin - clis  
Ie - sus Pi - la - to tra - di - tus, Ie - sus mor - te




li - ga - tus, Ie - sus spre - tus ut re - pro - bus,  
dam - na - tus, Ie - sus fla - ge - lis li - vi - dus,



Ie - sus ter de - ne - ga - tus.  
Ie - sus cru - ci cla - va - tus.



6. { Ie - sus iunc - tus la - tro - ni - bus, Ie - sus fel - le  
Ie - sus cru - o - re ma - di - dus, Ie - sus trans - lan -




po - ta - tus, Ie - sus cla - mans - que an - xi - us,  
ce - a - tus, Ie - sus se - pul - cro tra - di - tus,




Ie - sus ex - a - ni - ma - tus.  
Ie - sus mun - do sub - la - tus.




R. 3. O crux, fru-tex sal - vi - fi - cus, Vi - vo fon - te ri - ga - tus



Quem flos ex-or-nat ful - gi-dus Fru - ctus fe-cun-dat gra-tus.




7. { Ie - sus tri-um-phans mor-tu - us, Ie - sus sur-gens be - a - tus,  
Ie - sus, hie-rar - cha cae-li - tus, Ie - sus or - bi prae-la - tus,



Ie - sus, duc-tor ex - er - ci - tus, Ie - sus cae-lo le - va - tus.  
Ie - sus, lar - gi - tor spi - ri - tus, Ie - sus. rex ex - spec - ta - tus.



8. { Ie - sus, prin - cept pa - ci - fi - cus, Ie - sus, spon -  
Ie - sus, cunc - to - rum do - mi - nus, Ie - sus de -



sus or - na - tus, Ie - sus. iu - dex ae - quis - si - mus.  
si - de - ra - tus, Ie - sus. al - pha, prin - ci - pi - um.



Ie - sus, rex ex - spec - ta - tus. | R. 3. rep.  
Et O, fi - nis op - ta - tus. }



9. { Pur - ga nos, crux, a sor - di - bus, Per - lu - stra  
De - fen - sa nos ab ho - sti - bus, No - ster - que



co - gi - ta - tus, Per - fec - tos fac vir - tu - ti - bus  
sis du - ca - tus, Quo per te sit mor - ta - li - tas



Sa - cros - que spi - ra - fla - tus. } R. 1. repet.  
Ae - ter - nae vi - tae sta - tus. }



Zum Schlusse noch die Bemerkung, daß das Lied nicht nur eine sequenzenartig eingerichtete Melodie hatte, sondern daß es vereinzelt auch als Sequenz liturgisch benutzt wurde, so in der Missa votiva de nomine Iesu im Missale Fratrum B. Mariae de Mercede, imp. Barcinonae 1507 (Bibl. du Mans).

### 382 (2.) Officium sanctae Crucis.

Ad Matutinum.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. In passione Domini,<br/>Qua datur salus homini,<br/>Sit nostrum refrigerium<br/>Et cordis desiderium.</p> <p>2. Portemus in memoria<br/>Et poenas et opprobria<br/>Christi, coronam spineam.<br/>Crucem, clavos et lanceam.</p> <p>3. Et plagas sacratissimas,<br/>Omni laude dignissimas.<br/>Acetum, fel, arundinem.<br/>Mortis amaritudinem.</p> | <p>4. Haec omnia nos satient<br/>Et dulciter inebrient,<br/>Nos repleant virtutibus<br/>Et gloriosis fructibus.</p> <p>5. Te crucifixum colimus<br/>Et toto corde poscimus,<br/>Ut nos sanctorum coetibus<br/>Coniungas in caelistibus.</p> <p>6. Laus, honor Christo vendito<br/>Et sine causa prodito.<br/>Passo mortem pro populo<br/>In aspero patibulo.</p> |
|---|--|

Ad Laudes.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Christum ducem,<br/>Qui per crucem<br/>Redemit nos ab hostibus,<br/>Laudet coetus<br/>Noster laetus.<br/><i>Ersultet caelum laudibus.</i></p> <p>2. Poena fortis<br/>Tuae mortis<br/>Et sanguinis effusio<br/>Corda terant,<br/>Ut te quaerant,<br/><i>Iesu, nostra redemptio.</i></p> | <p>3. Per felices<br/>Cicatrices,<br/>Sputa, flagella, verbera,<br/>Nobis grata<br/>Sint collata<br/><i>Aeterna Christi munera.</i></p> <p>4. Nostrum tangat<br/>Cor, ut plangat,<br/>Tuorum sanguis vulnerum,<br/>In quo toti<br/>Simus loti,<br/><i>Conditor alme siderum.</i></p> <p>5. Passionis<br/>Tuae donis<br/>Salvator nos inebria,<br/>Qua fidelis<br/>Dare velis<br/><i>Beatu nobis gaudia.</i></p> |
|--|---|

Ad Primam.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Tu, qui velatus facie<br>Fuisti, sol iustitiae,<br>Flexis illusus genibus,<br>Caesus quoque verberibus, | 2. Te petimus attentius.<br>Ut sis nobis propitius<br>Et per tuam clementiam<br>Perducas nos ad gloriam. |
|--|--|

3. Laus, honor Christo vendito.

Ad Tertiam.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Hora qui ductus tertia<br>Fuisti ad supplicia,<br>Christe, ferendo umeris<br>Crucem pro nobis miseris, | 2. Fac nos sic te diligere.<br>Sanctamque vitam ducere.<br>Ut mereamur requie<br>Frui caelestis patriae. |
|---|--|

3. Laus, honor Christo vendito.

Ad Sextam.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Crucem pro nobis subiit<br>Et stans in illa sitiit<br>Iesus sacratis manibus<br>Clavis fossus et pedibus. | 2. Honor et benedictio<br>Sit crucifixo filio,<br>Qui suo nos supplicio<br>Redemit ab Aegypto. |
|--|--|

3. Laus, honor Christo vendito.

Ad Nonam.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Beata Christi passio<br>Sit nostra liberatio,<br>Ut per hanc nobis gaudia<br>Parata sint caelestia. | 2. Gloria Christo Domino,<br>Qui pendens in patibulo<br>Clamans emisit spiritum<br>Mundumque salvans perditum. |
|--|--|

3. Laus, honor Christo vendito.

Ad Vesperas.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Qui pressura<br>Mortis dura<br>Solvisti nexus criminum,<br>Nos ad pacem<br>Duc veracem,<br><i>Iesu, corona virginum.</i> | 3. Nostrae genti,<br>Recolenti<br>Tuae mortis supplicium,<br>Da virtutem<br>Et salutem,<br><i>Christe, redemptor omnium.</i> |
| 2. In flagellis<br>Potum fellis<br>Bibisti amarissime,<br>Pro peccatis<br>Perpetratis,<br><i>Aeterne rex altissime.</i>     | 4. In amara<br>Crucis ara<br>Fudisti rivos sanguinis,<br>Iesu digne,<br>Rex benigne,<br><i>Consors paterni luminis.</i>      |

5. Sanguis Christi,  
 Qui fuisti  
 Peremptor hostis callidi,  
 Fac sitire  
 Nos, venire  
*Ad cenam agni providi.*

Ad Completorium.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Qui iacuisti mortuus<br>In petra, rex innocuus,<br>Fac nos in te quiescere<br>Semperque laudes reddere. | 2. Succurre nobis, Domine,<br>Quos redemisti sanguine,<br>Et duc nos ad suavia<br>Aeternae pacis gaudia. |
|--|--|

3. Laus, honor Christo vendito.

Brev. ms. Franciscanum saec. 14. in. Cod. Vatican. 10000. A. — Brev. ms. Xanctonense saec. 14. Cod. Parisin. 16309. B. — Orat. ms. Italicum saec. 14. Cod. Roman. 477. C. — Horae B. M. V. sec. usum. Gebennensem saec. 14. Cod. Vatican. Palat. 538. D. — Scala caeli saec. 14. Cod. Pragen. XIII E 3. E. — Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. F. — Orat. ms. Caelestin. S. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). G. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 48. H. — Orat. ms. Vallis Iocosae saec. 15. Cod. Labacen. 44. I. — Orat. ms. Vallis Iocosae saec. 15. Cod. Labacen. 45. K. — Orat. ms. Claraevallense saec. 15. Cod. Trezen. 1612. L.

Ad Matutinum. — 1, 4 Et fehlt; Et mentis L. F. — Str. 1 fehlt hier, findet sich aber später. L. — 2, 2 Et fehlt AEGIK. — 3, 1 Et poenas A. — 3, 4 Et mortis F. — 4, 1 nos sauciet D. — 4, 2 illuminent C. — Str. 4 bis 6 fehlen hier, finden sich aber später L; statt dessen:

Qui pax et summa requies,  
 Vexatus fuit pluries,  
 Triginta nummis venditus  
 Et sine causa proditus.

Hic traditur et capitur,  
 Conspuitur et caeditur.  
 Deluditur, exuitur,  
 Velatur et occiditur.

6, 3 Mortem passo CEG.

Ad Laudes. — Dieser Hymnus fehlt L. — 1, 4 Psallat coetus K. — 1, 5 Nunc laetus K. — 2, 1 Poena fortissime I. — 2, 2 Dirae mortis FG. — 2, 4 Corda trahant A; Nos damnatos C. — 2, 5 Et te A; Reddat gratos C. — 3, 5 Sunt collata CGHIK. — 4, 1 Primum tangat C. — 4, 3 sanguem I. — 4, 5 Sumus ADEF. — Auch nach diesem Hymnus wiederholt die Doxologie des vorhergehenden CFIK.

Ad Primam. — 1, 3 Felix illusus E; illusis D. — 1, 4 Diris caesus verberibus L. — 2, 1 Te petamus C. — Nos perducas ADL.

Ad Tertiam. — 1, 3 Gravem frendo CH. — 2, 1 Fac nos in te quiescere I. — 2, 2 Vitamque sanctam D; Carnem mundumque vincere CH. — 2, 3 Ut valeamus EIK; frui requie A. — 2, 4 Caelestis frui FG; caelestis gloriae CH.

Ad Sextam. — 1, 1 Crucem sanctam subiit E. — 1, 3 Et sacratis I; Iesus sacratus K. — 1, 4 Clavis fossis AHGI; Clavis ac fossis pedibus E; Clavis fixus ac pedibus K; Fixis clavis et C. — 2, 2 crucifixo Domino FGI. — 2, 4 Ab Aegypto C; Salvavit ab D; ab exitio AFGK; ab exsilio DL. —

Ad Nonam. — 1, 2 Sit nobis AF. — 1, 3 Et per hanc E; Per quam et nobis H. — 1, 4 Collata sint C; Aperta sint D; Donata sunt H. — Str. 1 fehlt L. — Str. 2 und alles weitere fehlt C. — 2, 1 Commoriamur Domino H. — 2, 4 Mundum sic salvans G; Sic mundum salvans L; Mundum restaurans perditum E. — Nach Str. 2 fügt L bei:

Haec horrent caeli sidera,  
Dum vident, tollunt lumina,  
Scinduntur templi marmora,  
Mors viva reddit corpora.

Ad Vesperas. — 2, 1 Cum flagellis E. — 2, 2 Potu A. — 3, 1 Nostrae gentis D; Tuae genti H; Omni genti IK; Piae genti G; Nostrae menti E. — 3, 2 Recolentis D. — 3, 3 Mortis tuae HIK. — 3, 4 Iesu redemptor FG. — 4, 4 sq. Per quem caecis lumen reddis H. — 5, 3 hostis invidi DEIK. — 5, 4 Fac secure IK; Nos conducas H. — 5, 5 Et nos venire F; et inducas H. — Dieser Hymnus fehlt L. —

Ad Completorium. — 1, 2 In pace rex H. — 1, 4 Semperque laudes solvere D; Tibique laudes reddere K; Et te redemptor, quaerere H. — 2, 2 redemisti Domine F; Redemptis tuo sanguine H. — 2, 3 nos ad caelestia EFGIK; Educ nos de miseria. — 2, 4 Aeterna A; Aeternae vitae DL; Et dona pacis gaudia H. —

Von diesem Officium spricht die Chronik der 24 Generäle; „Hic Generalis (Bonaventura) ad instantiam Domini et sancti Ludovici, regis Franciae, officium devotissimum de cruce composuit“ (Cfr. Anal. Franciscana III, 331). Ebenso B: „Incipit officium sanctae crucis, completum a fratre Bonaventura ad preces domini Ludovici.“ Weniger Gewicht ist auf die Zeugnisse des Franciscus Samson (Minister generalis von 1475—1499) u. a. zu legen (vgl. Opera Omnia V, p. LVII sq.); denn da ihnen bezüglich anderer Opuscula Irrtümer unterlaufen, ist ihre Autorität vermindert. Dagegen weist die eigentümliche Form der Hymnen ad Laudes und ad Vesperas, die zuerst in dem Hymnus *Decus morum, dux minorum* (Officium s. Francisci in 2. Vesp.) von dem Cardinal Thomas von Capua angewandt wurde, bestimmt auf einen Franziskanerdichter. Man kann sich daher nur dem Urteil der neuesten Herausgeber der Opera Omnia anschließen: „Hinc satis certum videtur illud esse opus S. Bonaventurae“ VIII, p. LXI).

### 383. (3.) Laudismus de sancta Cruce.

Pars Prior.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Recordare sanctae crucis,<br/>Qui perfectam vitam ducis,<br/>Delectare iugiter;<br/>Sanctae crucis recordare,<br/>Et in ipsa meditare<br/>Insatiabiliter.</p>           | <p>3. Ama crucem, mundi lucem,<br/>Et habebis Christum ducem<br/>Per aeterna saecula;<br/>Cruce corpus circumcinge,<br/>Hanc constringe, manu pinge<br/>Consignando singula.</p>     |
| <p>2. Stes in cruce Christo duce,<br/>Donec vivas in hac luce<br/>Moto procul taedio,<br/>Non quiescas nec tepescas,<br/>In hoc crescas et calescas<br/>Cordis desiderio.</p> | <p>4. Cor in cruce, crux in corde<br/>Sit, cum corde sine sorde,<br/>Quae tranquillum faciat;<br/>Lingua crux efficiatur,<br/>Crucem promat et loquatur<br/>Et nunquam deficiat.</p> |

5. Crux in corde, crux in ore  
Quodam intimo sapore  
Det tibi dulcedinem,  
Crux in membris dominetur  
Et ubique situetur  
Intra totum hominem.
6. Cor a cruce sorbeatur  
Et in illam rapiatur  
Amoris incendio,  
Dissipata carnis rixa  
Mens sit tota crucifixa  
Spiritali gaudio.
7. Specialem fer amorem  
Et praecipuum honorem  
Crucis salutiferae.  
Cum fervore medullarum  
Nisu virium tuarum  
Velis hanc diligere.
8. In praeclara cruce stude  
Et in ipsam te reclude  
Magna cum laetitia:  
Christo sis confixus cruci,  
Ut tu valeas perduci  
Secum ad caelestia.
9. Quaere crucem, quaere clavos,  
Quaere manus, pedes cavos,  
Quaere fossam lateris;  
Ibi plaude, ibi gaude  
Sine fraude summa laude.  
Quantumcunque poteris.
10. Istud pactum non sit fractum,  
Crux praecedat omnem actum,  
Ut succedant prospera;  
Crux est optima medela,  
Contra zabulorum tela  
Valde salutifera.
11. Sis in cruce Christi totus,  
Prompto animo devotus  
Iubilo dulcedinis;  
Servum Dei crux defendit,  
Comprehendit et ostendit  
Viam rectitudinis.
12. Cum temptatus et afflictus,  
Derelictus quasi victus  
Es inter angustias,  
Non sis piger neque lentus,  
Sed sollicitus, intentus,  
Cruce frontem munias.
13. Cum quiescis et laboras,  
Quando rides, quando ploras,  
Doles sive gaudeas,  
Quando vades, quando venis,  
In solaciis et poenis  
Crucem corde teneas.
14. Crux in omnibus pressuris,  
Multum gravibus et duris  
Est tutum remedium,  
Crux in poenis et tormentis  
Est dulcedo piaie mentis  
Et verum refugium.
15. Crux est vena paradisi,  
In qua solum sunt confisi,  
Qui vicerunt omnia;  
Crux est mundi medicina,  
Per quam bonitas divina  
Fecit mirabilia.
16. Crux est salus animarum,  
Verum lumen et praeclarum,  
Et dulcedo cordium;  
Crux est vita beatorum  
Et thesaurus perfectorum  
Et decor et gaudium.
17. Crux est speculum virtutis,  
Gloriosae dux salutis,  
Tota spes fidelium;  
Crux est decus salvandorum  
Et solacium eorum  
Atque desiderium.
18. Crux est navis, crux est portus,  
Crux deliciarum hortus.  
In quo florent omnia;  
Crux est fortis armatura  
Et protectio segura  
Conterens daemonia.



19. Crux est arbor decorata,  
Christi sanguine sacrata,  
Cunctis plena fructibus,  
Quibus animae fruuntur.  
Cum supernis nutriuntur  
Cibis in caelestibus.
20. O quam felix permanebis,  
Nunc in cruce si studebis,  
Donec mundo vixeris,  
Sine fine laetus eris  
Tu, qui sanctam crucem quaeris,  
Si perseveraveris.
21. Crucem quaere, crucem gere,  
Christi crucem intuere,  
Ut amore langueas,  
Summa fide crucem vide  
Et plenissime confide  
Donec vitam habeas.
22. Circa crucem exercere  
Mentem debes, huic placere  
Et hanc semper gerere:  
Hoc est opus salutare  
Circa crucem laborare  
Corde, ore, opere.

Pars Altera.

1. Recordare, frater pie,  
Septem vicibus in die  
Passionis Domini,  
Per quam sumus liberati  
Et aeternae vitae dati  
Ac superno lumini.
2. Hanc si amas et honoras,  
Dicas illi certas horas  
Adhibendo studium:  
Horam primam, matutinam,  
Sextam, ternam, vespertinam,  
Nonam, completorium.
3. Quando sedes, stas et iaces,  
Quando loqueris et taces,  
Fessus cum quieveris,  
Christum quaeras, in quo speras,  
Crucifixum corde geras,  
Ubicumque fueris.
4. Diligenter pone mentem  
Super Christum patientem  
Ut tibi condoleas,  
Christi mortem, Christiane,  
Plange sero, plange mane,  
In planctu congaudeas.
5. Quam despectus et abiectus  
Rex caelorum est effectus,  
Ut salvaret saeculum;  
Esurivit et sitivit,  
Pauper et egenus ivit  
Usque ad patibulum.
6. Recordare paupertatis  
Et extremae vilitatis  
Et gravis supplicii;  
Si es compos rationis,  
Esto memor passionis,  
Fellis et absynthii.
7. Cum deductus est immensus  
Et in cruce tunc suspensus,  
Aberant discipuli;  
Manus, pedes confoderunt  
Et aceto potaverunt  
Summum regem saeculi.
8. Illi oculi beati  
Sunt in cruce obscurati  
Et vultus expalluit;  
Suo corpori tunc nudo  
Non remansit pulchritudo,  
Decor omnis abfuit.

- |  |   |
|--|---|
| <p>9. Propter hominum peccata<br/>Eius caro cruciata<br/>Fuit inter verbera,<br/>Membra sua sunt distenta<br/>Propter aspera tormenta<br/>Et illata vulnera.</p>                       | <p>13. Quando vides te afflictum,<br/>Desolatum, ita victum,<br/>Quod quasi deficias,<br/>Christi cogita dolores,<br/>Graves poenas et labores,<br/>Sputa, contumelias.</p>     |
| <p>10. Inter magnos cruciatus<br/>Est in cruce lacrimatus<br/>Et emisit spiritum:<br/>Suspiremus et fleamus,<br/>Toto corde doleamus<br/>Super unigenitum.</p>                         | <p>14. Bone frater, quidquid agas,<br/>Crucifixi vide plagas<br/>Et sibi compatere,<br/>Omni tempore sint tibi<br/>Quasi spiritales cibi,<br/>His gaudenter fruere.</p>         |
| <p>11. Dum hoc audis, ingemisce<br/>Et in istis planctum misce<br/>Et cordis maestitias,<br/>Corpus ange, corde plange,<br/>Mentem frange, manu tange,<br/>Christi mortem sentias.</p> | <p>15. Crucifixe, fac me fortem,<br/>Ut libenter tuam mortem<br/>Plangam, donec vixero,<br/>Tecum volo vulnerari,<br/>Te libenter amplexari<br/>In cruce desidero.</p>          |
| <p>12. Virum respice dolorum<br/>Et novissimum virorum,<br/>Fortem ad supplicia;<br/>Tibi gratum sit et aequum<br/>Iam in cruce mori secum<br/>Et pati convicia.</p>                   | <p>16. Da cruorem quasi rorem,<br/>Ut te plorem redemptorem<br/>Christum, qui me refoves,<br/>Non te trices, sed felices<br/>Cicatrices mille vices<br/>Tuas in me renoves.</p> |
17. Totum sit, quod ego dixi,  
Ad honorem crucifixi,  
Ad laudem et gloriam,  
Ut meorum peccatorum  
Gloriosus rex caelorum  
Mihi donet veniam.

Collect. ms. Silvae S. Martini (prope Geraldimontem) saec. 15. Cod. Vindobonen. (KK. Familien-Bibl.) 7961. A. — Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36. B. — Cod. Darmstadien. 2775. saec. 15. C. — Collect. ms. Franciscan. Monacen. saec. 15. Clm. Monacen. 9003. D. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19824. E. — Orat. ms. Cleophae de Baden anni 1516. Cod. Paulan. 25. 1. 18. (Sanbl. memb. 76). F. — Collect. ms. Minorum Trecent. anni 1517. Cod. Mazarin. 996 (902). G. — Orat. ms. Lehnineuse anni 1518. Cod. Berolinen. IV<sup>6</sup> 29. H. — Orat. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. I b. 20. I. — Libri et tractatus s. Bonaventurae imp. Coloniae 1486. K.

Pars prior. — Anordnung der Strophen in B: 10; 5; 6; 7; 11; 12; 14; 16. 1—3; 17. 4—6; 18; 19; 20, 4—6; 20, 1—3; 21; 22. Fünf Strophen des ersten Teiles (1. 3, 9, 12, 15) hat es in den zweiten Teil hinübergernommen; drei Strophen (13, 14, 19) fehlen ihm gänzlich; dagegen bietet es fünf Strophen, die in den andern Quellen nicht vorhanden sind. Die erste derselben ersetzt Str. 1 und lautet:

- |  |   |
|--|---|
| 1. Si virtutes Christi scires,<br>Dando vires reperires<br>Maxima solacia, | Si temptares et gustares,<br>Quam libenter laborares<br>Ad habenda talia. |
|--|---|

Ferner schaltet es nach Str. 19 folgende drei Strophen ein:

- |  |   |
|--|---|
| CruX excellit omne donum<br>Et acquirit omne bonum<br>Suis amatoribus,<br>CruX expellit omnem metum<br>Et cor facit esse laetum<br>Plenumque fulgoribus. | CruX est tota virtuosa,<br>Speciosa, copiosa<br>Glorioso munere.  |
| CruX est plena gaudiorum,<br>In qua Christus, rex caelorum,<br>Voluit occumbere,   | CruX doctrinas dat divinas,<br>Notas neque peregrinas,<br>Ad se trahit omnia,<br>CruX amanda, cruX miranda,<br>Veneranda praedicanda<br>Dona dat caelestia. |

Am Schlusse des ersten Theiles, nach Str. 22 fügt endlich B noch bei:

- |  |  |
|--|--|
| Nos dignare custodire,<br>Crucifixe, cui servire<br>Iure debent omnia. | Per virtutem sanctae crucis<br>Duc nos ad aeternae lucis<br>Gloriosa gaudia. |
|--|--|

1, 3 Conlectare CD. — 1, 5 in ipsa delectare A. — 2, 2 vivis DH. — 2, 3 Modo procul dubio CDHK. — 2, 4 non tepescas DH. — 2, 5 ut calescas CDK; et valescas H. — 4, 2 Absque sorde sit cum corde CK; Absque sorde sit concorde D; Absque sorde sic concorde H. — 5, 3 Dat B. — 5, 4 bis 6 lauten in B:

CruX est gladius et scutum,  
Quod ex omni parte tutum  
Esse facit hominem.

7, 2 Praecipuum da honorem H. — 7, 3 Crucis A. — 7, 4 Nisi virium BC. — 8, 2 in ipsa CH. — 9, 3 fossa CDH. — 10, 5 Contra zabulontis HK. — 11, 6 Vitam rectitudinis CD. — 12, 3 Et inter CD. — 12, 5 sollicite CHK. — 12, 6 frontem inclinas D. — 13, 1 aut laboras C. — 13, 5 et in poenis K. — 14, 2 Et in gravibus CDK; In gravibus atque duris H. — 14, 3 Est totum CK; Totum est remedium H. — 15, 1 CruX est porta paradisi BCDHK. — 15, 2 In qua sancti sunt BCH. — 16, 2 Sacrum lumen B. — 16, 3 Ac dulcedo B. — 17, 3 Cuncta spes DK; Tuta spes H. — 19, 3 Plena cunctis B. — 19, 4 animae eruunter K. — 19, 4 bis 6 lauten in B:

Quibus animae devotae  
Sunt ab omni labe latae  
Nitentque virtutibus.

20, 1 manebis K. — 20, 2 Si in cruce nunc studebis B. — 20, 3 Si perseveraveris B. — 20, 6 Donec mundo vixeris B. — 21, 2 Crucifixum intnere B. — 21, 3 Ut defendi valeas B. — 22, 2 Mentem debes hinc CD; Mente fehlt H; Debes omnibus placere A; Debet omnibus B. — 22, 3 Hanc corde semper gerere C; Et hanc corde semper gerere CK; Et hanc corde gerere H. — 22, 5 Secus crucem laborare B. — 22, 6 et opere K.

Pars Altera. — Nur dieser zweite Teil auch in: Orat. ms. S. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). L. — Reihenfolge der Strophen in B: II 1; 3; 2; 4 bis 12; I 9; 1; II, 13; 14; I 15; 16, 4—6; 17, 1—3; II 15 bis 17.

1, 6 Et superno CDK. — 2, 1 Hunc si amas B. — 2, 3 Ad habendum

studium B. — 2, 4 Matutinam horam primam H. — 2, 5 Primam, sextam CDHK. — 3. 1 aciaces B. — 3. 4 Iesum quaeras B. — 4, 6 Et in planctu gaudeas D. — 5, 1 et deiectus D. — 6, 5 Memor esto L. — 7, 3 Abierunt discipuli DHK. — 7, 4 pedes perfoderunt DH; proh foderunt C. — 8, 1 Cuius oculi CDHK; Eius oculi L. — 8, 4 und 5 umgestellt L. — 8, 6 Omnis decor B: aufugit CDH. — 9. 2 Sua caro CD: cruentata B. — 9, 3 Dira ferens verbera B. — 9, 4 Membra eius B. — 10, 1 bis 3 und 10, 4 bis 6 umgestellt. L. — 10, 3 Sic emittens spiritum. B. — 11, 1 Dum haec B; Qui haec audis DHKL. — 11, 6 Christique saucias B; Christi mortis saevitias CDK: Secum poenas sentias L. — 12, 6 Compati CH; confitia B. — 13, 1 Quando cernis B. — 13, 2 atque victum B. — 13, 3 Et quasi B. — 13, 4 Iesu cogita B; cogites CDHK. — 13, 5 Poenas graves et CDHKL; et maerores CDHK: Diras poenas et squalores B. — 14, 1 Eia frater B. — 14, 5 Delicati cordis cibi L. — 15, 4 Tecum peto B. — 15, 5 Et libenter H. — 16, 1 Da maerorem B: Da dolorem DHK. — 16, 3 Iesu, qui me B; qui te renoves CK. — 16, 4 Non te plices CDHK; detubices A; da vibices L; da in vices B. — 16, 5 Mille vices cicatrices L. — 16, 6 Vias in me renoves A: refoves C; Tuas in te refoves K. —

Die Gewifsheit, dafs dies Gedicht von Bonaventura verfaßt sei. ist nicht so grofs, wie sie es für das vorhergehende Officium s. crucis ist. Die neuesten Herausgeber, haben dies Gedicht in 20 Handschriften nachgewiesen, von denen nicht weniger als 14 dasselbe ausdrücklich dem doctor seraphicus zuschreiben. Aber gerade die beiden einzigen Hss. des 14. Jahrhunderts. Corsin. 41 E 28 und Faustina A VI. sowie eine Oxforder Hs. von 1433 bezeichnen — irrigerweise selbstredend — Bernhard als Verfasser. Mit Unrecht folgern die Herausgeber aus der von ihnen zitierten Stelle des Repert. Hymnol. (II, 448 Nr. 17045), dafs die Hs. 406 von Grenoble Bonaventura als Verfasser nenne. Chevalier sagt dies nicht: ob es der Fall, entzieht sich meiner Kenntnis. Ein anderer Irrtum ist es, dafs sich das Gedicht in der Münchener Hs. 19139 befinden soll. Dies trifft nicht zu: ich war daher auch nicht in der Lage, die Lesarten dieser Quelle beizufügen.

Von den jüngeren Handschriften (sämtlich saec. 15—16) haben nicht weniger als neun in wörtlicher Übereinstimmung die folgende Rubrik: „Laudismus de sancta cruce, quem ceceinit venerabilis Bonaventura, episcopus et cardinalis, cordis, de visceribus.“ Das weist, namentlich die auffallende Schlußwendung, auf eine gemeinsame Quelle; und da diese Rubrik genau so in der Straßburger Ausgabe von 1495 steht, vielleicht also auch in der Kölner von 1484, kann man sich der Vermutung kaum erwehren, dafs diese späten Handschriften Abschriften aus Wiegendrucken seien, deren älteste sich möglicherweise unserer Kenntnis entziehen, wie denn die früheren Herausgeber gedruckte Quellen kannten, welche den letzten Editores unauffindlich blieben. Gegen diese Vermutung spräche lediglich der Umstand, dafs Bonaventura in der angezogenen Rubrik nicht „heilig“, sondern nur „venerabilis“ genannt wird. was auf die Zeit vor 1482 (Jahr der Kanonisation) weisen würde. Das Gesagte gilt auch von der zweiten Rubrik, die sich übereinstimmend in einer Münchener (Cm. 9003) und einer Darmstädter Hs. (2242) findet. und also ebenfalls auf eine gemeinsame Quelle zurückgeht: „Laudismus sanctae crucis, editus a fratre et domino Bonaventura, ordinis Minorum cardinali episcopo Albanensi, magistro sacrae paginae et doctore eximio.“

Es kommt hinzu, dafs dieser Laudismus im II. Teile, §Str. 13, 1 sq., Str. 14, 2 sq., namentlich aber in Str. 15 so starke Anklänge an das *Stabat mater* enthält, dafs notwendig der Verfasser des einen Liedes das des andern gekannt und vor Augen oder im Ohre gehabt haben mufs. Am liebsten würde man für beide Lieder einen Dichter annehmen. Die Abfassung des *Stabat mater* durch Iacopone da Todi ist bekanntlich nichts weniger als feststehend.

Endlich kann ich mich des Eindruckes nicht erwehren, dafs zwischen dem Tone des *Lignum vitae* und zwischen dem lyrisch getragenen des *Laudismus* ein tiefgehender Unterschied zutage tritt.

Was wir aus dem Gesagten zu folgern haben, ist wohl dies: Das Gedicht findet sich erst in späten Handschriften mit dem Namen Bonaventuras in Verbindung gebracht. Ich meinesteihs würde mich nicht wundern, wenn auch dieses Lied Peckham angehört, an dessen Art und Weise es gemahnt. Wir haben aber keine durchschlagenden Gründe, es aus der Liste der Werke Bonaventuras zu streichen, sondern werden richtiger tun, dasselbe, immer mit der nötigen Reserve, dem herkömmlichen Verfasser zu belassen.

384. (4.) De septem Verbis DN. Iesu Christi.

Primum Verbum.

<p>Iesu. salutis hostia,          Salutis sacrificium,          Iesu, salutis gratia,          Salutis beneficium,          5 Iesu, tuta fiducia,          Iesu, tutum refugium.          Tu pro humano genere,          Ut captivum redimeres,          Tu pro humano foedere,          10 Ut exsulem reduceres,          Tu pro humano scelere,          Culpas nostras ut tollereres,          Tu pro divino munere,          Ut nos Deo coniungeres,          15 Non recusasti vincula,          Non flagella, non verbera,          Non latronum patibula,          Non livores, non vulnera;          Sed dum te crux susciperet          20 Et hostis in te fremeret,          Dum malleus percuteret,          Et clavus carnem scinderet,          Dum sensum dolor angeret          Et sacer sanguis flueret,          25 Dum passio te premeret          Angustiaque cresceret,</p>	<p>Patrem rogasti precibus,          Ut tamquam ignorantibus          Tuis ignoscat hostibus          30 Ac te crucifigentibus,          Dicens: <i>Pater, ignosce illis,          quia nesciunt, quid faciunt.</i>          * * *          O mitis patientia,          O mansueta mititas,          O immensa clementia,          O immensa benignitas,          35 Qui ut ovis mitissima          Non promis querimoniam,          Qui ut mater carissima          Iam excusas iniuriam,          Ut anima dulcissima          40 Tenes benevolentiam,          Ut voluntas piissima          Praestas misericordiam.          Ad te vadit spes animae,          Ad te clamant suspiria,          45 Ad te decurrunt lacrimae,          Te pulsant desideria          Confidenter dicentia:          Ignosce nobis, Domine.</p>
--	---

Secundum Verbum.

<p>Iesu, largitor veniae,          Iesu, solamen tristium,          Iesu, laus paenitentiae,          Iesu, spes paenitentium,          5 Dum penderes innoxius</p>	<p>Crucifixus et anxius          Inter latrones medius,          Horum in poena socius,          Dum te unus argueret          10 Et stulte reprehenderet.</p>
---	--

Dum insultans insurgeret  
 Et blasphemando diceret:  
 „Si tu es Dei filius,  
 Salva te ipsum et nos.  
 15 Esto tibi propitius,  
 Tu, qui salvasti alios“;  
 Dum alter hunc corripere  
 Et hunc stultum ostenderet,  
 Dum se malum concederet  
 20 Et te iustum assereret,  
 Dum ad te se converteret  
 Et supplex tibi diceret:  
 Memento mei, Domine,  
 Dum ad tuum perveneris  
 25 Regnum plenum dulcedine,  
 Dum te regem ostenderis;  
 Tu amans paenitentiam,  
 Corda trahens per gratiam,  
 Non solum hanc memoriam  
 30 Concessisti. sed gloriam

Dicens: *Amen, dico tibi, hodie  
 mecum eris in paradiso.*

\* \* \*

O prompta Dei caritas,  
 Prompta misericordia,  
 O prompta liberalitas,  
 Prompta munificentia,  
 35 Ad te currit devotio,  
 Ad te redit memoria,  
 Ad te languet affectio  
 Et ad te paenitentia.  
 Coram te fit co  
 40 Tibi patent pra  
 Ideo cum fiducia  
 Tibi precamur, L  
 Qui es sine malit  
 Solus et sine crimine,  
 45 In tua patientia  
 Memento nostri, Domine.

Tertium Verbum.

Iesu, lux et rex gloriae,  
 Fili Dei et hominis,  
 Iesu, flos pudicitiae,  
 Fili Mariae virginis,  
 5 Dum haec virgo sanctissima,  
 Tota plena doloribus,  
 Genetrix amantissima,  
 Tot confecta maeroribus,  
 Tua mater carissima  
 10 Tota perfusa fletibus,  
 Nutrix diligentissima,  
 Tota fracta singultibus  
 Iuxta crucem assisteret  
 Et te pendente cerneret,  
 15 Dum tormenta conspiceret  
 Et prae luctu deficeret,  
 Tu videns matrem flebilem,  
 Pressam amaritudine,  
 Matrem tam venerabilem,  
 20 Dignam beatitudine,  
 Videns quoque discipulum  
 Amatam et amabilem,  
 Fidelem Dei famulum,  
 Iohannem vita nobilem

25 Adloquens ambos dulciter  
 Piae vocis oraculo  
 Commendasti benigniter  
 Matrem tristi discipulo  
 Dicens matri: *Mulier, ecce  
 filius tuus. Deinde dis-  
 cipulo; Ecce, mater tua.*

\* \* \*

O qualis permutatio,  
 30 O quanta inaequalitas,  
 O qualis consolatio,  
 O quam magna acerbitas,  
 Dum custos matri traditur,  
 Pro magistro discipulus,  
 35 Dum per matrem suscipitur  
 Pro Deo vir pauperculus,  
 Dum matri custos mittitur  
 Pro rege simplex famulus!  
 Sic tuae, Iesu, gratiae  
 40 Me commendo humiliter  
 Tuaeque providentiae  
 Me committo perenniter,

Ut exorante virgine  
Pro nobis te suppliciter

45 A peccatorum turbine  
Simus securi iugiter.

Quartum Verbum.

<p>Iesu, patris ingenti Virtus et sapientia, Iesu, cuiusque conditi Tenor et consistentia, 5 Tu virtute mirabili Stellam infans produxeras, Tu virtute consimili Panis multiplicaveras, Morbos omnes sanaveras, 10 Defunctos suscitaveras, Opera mira feceras, Totum orbem formaveras, Tu virtute terribili Daemonia eieceras, 15 Tu virtute consimili Hostes tuos prostraveras, Sed affixus patibulo, Patri factus oboediens, Iussu patris in vinculo 20 Vinculus manens et patiens, Qui vult, quod hanc angustiam Ut infirmus sustineas Nec divinam potentiam</p>	<p>Te liberans exerceas: 25 Quapropter tuo sensui Condolens naturaliter. Clamorem confers planctui Dicens lamentabiliter: <i>Heli, Heli, lama sabactani,</i> <i>hoc est: Deus meus, Deus meus,</i> <i>ut quid dereliquisti me?</i> * * * O lamentum mirabile 30 Salutem agens hominum, O innocens cor humile Poenas deplorans criminum! Ad te me fert compassio, Te pro me pati sentio, 35 Ante te me proicio Tecumque luctum facio. Nam iste luctus utilis Est mihi pro solacio. Qui mihi praemiabilis 40 Sit in aeterno gaudio.</p>
---	---

Quintum Verbum.

<p>Iesu, dulcis memoria, Sitibunda dilectio, Iesu, dulcis fiducia, Laetabunda refectio, 5 Dum extensus existeres Super oram patibuli, Dum immolatus ageres Redemptionem populi. Dum lamentum ostenderet 10 Super te vultus saeculi, Dum te nudum aspiceret Mundus instar spectaculi, Dum hostes te deluderent Et noti tui fugerent, 15 Dum clavi membra tenderent Et nervi se contraherent,</p>	<p>Dum vulnera tumescerent Et humores defluerent, Dum carnes contremiscerent 20 Et virtutes arescerent, Sitim sensisti fervidam, Sitim amore languidam, Sitim virtutum cupidam, Nostrae salutis avidam, 25 Benigne dicens: <i>Sitio,</i> Hominum fidem cupio Salutemque desidero, Pro qua me pati offero. * * * O sitis saluberrima 30 Exoptans amicitias,</p>
---	--

- |   |   |
|---|---|
| <p>O sitis cordis intima<br/>Frangens concupiscentias,<br/>Praesta, ut ad te sitiam<br/>Et ista siti ardeam,<br/>35 Pravamque sitim fugiam,</p> | <p>Donec ad fontem transeam.<br/>Potumque vitae capiam,<br/>Quo felix semper maneam<br/>Et Deum meum videam<br/>40 Sanctam ingressus patriam.</p> |
|---|---|

Sextum Verbum.

- |   |  |
|---|--|
| <p>Iesu, nostra redemptio,<br/>Iesu, redemptor omnium,<br/>Iesu, nostra dilectio,<br/>Iesu, salus credentium,<br/>5 Dum per crucis mysterium<br/>Diligenter perageres<br/>Redemptoris officium,<br/>Ut hominem redimeres<br/>Sustinendo supplicium,<br/>10 Ut inde nos eriperes,<br/>Consummans sacrificium<br/>Tuae carnis et sanguinis,<br/>Consummans pacis proelium<br/>Salutaris certaminis,<br/>15 Consummans transitorium<br/>Cursum huius imaginis,<br/>Consummans opificium<br/>Redemptionis hominis,<br/>Dum mortis horam cerneres,<br/>20 Dum hac vita deficeres,<br/>Dum finem iam contingeres,<br/>Dum omnia perficeres,<br/>Ut in summa concluderes,<br/>Dixisti: <i>Consummatum est.</i></p> | <p>25 Nam Iesus crucifixus est<br/>Et agnus immolatus est,<br/>Nam sanguis eius fusus est<br/>Et pretium solutum est,<br/>Diabolus devictus est<br/>30 Et bellum consummatum est,<br/>Chirographum deletum est<br/>Et homo iam redemptus est.</p> <p style="text-align: center;">* * *</p> <p>O bonitas, bone Iesu,<br/>Qui es nostra iustitia,<br/>35 O veritas, vere Iesu,<br/>Qui es nostra scientia,<br/>O caritas, care Iesu,<br/>Qui es nostra redemptio,<br/>O sanctitas, sancte Iesu,<br/>40 Nostra iustificatio,<br/>Consumma nobis gratiam<br/>Et consumma iustitiam,<br/>Consumma conscientiam<br/>Et consumma laetitiam.</p> |
|---|--|

Septimum Verbum.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Iesu, via rectissima,<br/>Iesu, salutis ostium,<br/>Iesu, porta tutissima,<br/>Iesu, protector omnium,<br/>5 Iesu, salubris veritas<br/>Et lux mentem illuminans,<br/>Iesu, vitae felicitas.<br/>Dulcor in corde iubilans,<br/>Dum in extremis ageres,<br/>10 Ut animam deponeres,<br/>Dum hanc vitam desereres,<br/>Ut ad limbum descenderes,<br/>Volens viam ostendere,</p> | <p>Per quam debemus pergere,<br/>15 Volens cunctos instruere,<br/>Qui facti sunt de pulvere,<br/>Volens illum ostendere,<br/>Qui potest nos defendere,<br/>In quo debent confidere,<br/>20 Qui mortem debent capere,<br/>Tuum sacratum spiritum<br/>Tuo patri sanctissimo<br/>Commendasti per gemitum<br/>Sermone devotissimo<br/>Dicens: <i>Pater, in manus tuas<br/>commendo spiritum meum.</i></p> |
|--|---|



- |    |   |    |   |
|----|---|----|---|
| 25 | Et inclinato capite<br>Fixus in crucis stipite<br>Tu emisisti spiritum<br>Et orbi talem fremitum,<br>Quod quisque per circuitum     |    | O mors, mors lacrimabilis,<br>Super quam plorant omnia,   |
| 30 | Tuum percepit obitum,<br>Ut cuncta fletum facerent<br>Et elementa tremerent,<br>Ut saxa se dirumperent<br>Et sepulcra se panderent, | 45 | O mors, mors lamentabilis,<br>Super quam fient innoxia,<br>O mors, mors admirabilis,<br>Qua suscitantur mortui,<br>O mors, mors amicabileis.  |
| 35 | Ut terrae motus fieret,<br>Velum templi se scinderet,<br>Ut luna retrocederet<br>Solque contenebresceret,<br>Ut mundus ingemisceret | 50 | Qua exaltantur strenui,<br>O mors sacra, mors nobilis,<br>Per quam delentur scelera,<br>O mors pia, mors utilis,<br>Per quam donantur munera, |
| 40 | Et natura flens diceret:<br>Ego lugens deficio,<br>Vel Deo inest passio.  | 55 | Praesta, ut haec memoria<br>Nos teneat continue<br>Et stimulet praecordia<br>Corque pungat assidue,<br>Ut menti lumen influat                 |
|    | *       *       *   | 60 | Et in agendis instruat,<br>Ut nos a culpis exuat<br>Et vitae donum tribuat.   |

Collect. ms. Ludovici, ducis Aurelianen., saec. 15. Cod. Parisin. 458. A. — Orat. ms. Caelestinor. S. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605) B, — Orat. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. b I 20. C. — Orat. ms. Franciscan. Monacen. saec. 15. Clm. Monacen. 9084. D. — Collect. ms. Minorum Trecent. anni 1517. Cod. Mazarin. 996 (902). E. — Orat. ms. Cleophae de Baden anni 1516. Cod. Paulan. 25. 1. 18. (ol. Sanbl. memb. 76). F.

Primum Verbum. — 5 und 6 fehlen AB. — 6 Iesu fehlt CF. — 9 und 10 fehlen AB. — 13 und 14 fehlen AB. — 15 verbera AB. — 16 non vincula AB. — 17 und 18 umgestellt AB. — 22 crucem scinderet C. — 23 Dum dolor sensum A; Cum dolor sensum B; ageret B; augeret C. — 31 ff. fehlen F. — 42 Praebes C. — 46 Et pulsant desideria C.

Secundum Verbum. — In AB steht „Quintum verbum“ an zweiter Stelle. — 3 paenitentium F. — 6 und 7 fehlen CF. — 6 Et crucifixus anxius A. — 16 Sicut salvasti CF. — Nach 16 noch einmal: Salva temetipsum et nos A. — 18 fehlt AB. — 20 fehlt AB. — 25 dulcedinis B. — 26 ostenderes ABF. — 29 huic memoriam AB. — 31 ff. fehlen F. — 37 und 38 fehlen C. — 41 und 42 fehlen AB. — 43 Cum tu sine malitia AB. — 44 Tu solus sine AB. — 46 Memento mei AB.

Verbum Tertium. — 6 Tota perfusa fletibus AB. — 7 und 8 fehlen AB. — 10 und 11 fehlen AB. — 10 percussa fletibus CF. — 19 Matrem hanc AB. — 23 Fidelem tuum famulum AB. — 28 Christi discipulo CF. — 29 ff. fehlen F. — 31 desolatio C. — 32 O quae matris acerbitas C. — 34 Pro rege simplex famulus AB. — 37 und 38 fehlen AB. — 39 O Iesu tuae AB. — 42 Commendo me AB. — 44 Pro nobis stet suppliciter C. —

Verbum Quartum. — 3 cuiuscunque A. — 6 induxeras CF. — 6 und 8 vertauscht CF. — 9 steht hinter 11 CF. — 15 fehlt AB. — 19 ut vinculo CF. — 21 Qui vult per hanc AB. — 23 Nec dictam potentiam CF. — 29 ff. fehlen F. — 29 sq. und 31 sq. umgestellt AB. — 33 fert me C: Ad te me confert A. — 34 Pro me te pati C. —

Verbum Quintum — 7 und 8 fehlen AB. — 9 sq. und 11 sq. umgestellt CF. — 9 Dum te mundus aspiceret AB. — 10 Nudum instar AB. —

13 hostes de te luderent C; hostis de te luderet F. — 15 Et clavi AB. — 17 und 18 fehlen AB. — 20 decreseerent AB. — 21 Sitim sumpsisti CF. — 22 und 23 fehlen AB. — 28 Pro quo pati me C; fehlt F. — 29 ff. fehlen F. — 34 isti C. — 35 Pravam sitim effugiam C. — 36 ad te fontem C. — 37 hauriam C. — 39 Et felix in te gaudeam AB.

Verbum Sextum. — 2 Iesu virtus credentium AB. — 3 devotio AB. — 4 Iesu redemptor omnium AB. — 15 Consummas B. — 16 huius fehlt A. — 20 fehlt AB. — 27 Sanguis eius effusus est CF. — 33 ff. fehlen F. — 40 Qui es nostra B: Qui es iustificatio A. —

Verbum Septimum. — 9 in fehlt B. — 17 und 18 fehlen AB. — 26 Iesus in erucis F. — Nach 26 schieben CF zwei Verse ein:

Acriter cruentato te  
Turpiter et indebite,

in denen der Reim unrein ist. — 28 orbis CF; talis C. — 29 und 30 fehlen AB. — 32 und alles weitere fehlt A. — 33 Ut petrae B. — 39 et orbis B. — 42 Dei B. — 43 ff. fehlen F. — 43 sq. und 45. sq. umgestellt B. — 48 und 49 fehlen B. — 50 Qua sublimantur cernui B. — 54 donantur praemia C. — 58 Et cor pungat B. — 62 Et caeli bonum tribuat B.

„G., patriarchae Antiocheni, de septem verbis ultimis in passione Domini“, Aufschriß späterer Hand, B. — „Incipit opus seraphici doctoris, sancti Bonaventurae, valde devotum de septem verbis Domini nostri Iesu Christi in cruce.“ E. — „Incipit opus praeclari Bonaventurae valde devotum de septem verbis Domini nostri Iesu Christi in cruce.“ C. — „Incipit opus sancti Bonaventurae valde devotum de septem verbis Domini nostri Iesu Christi.“ F.

Dieser Hymnus wird Bonaventura nur in jüngeren Handschriften zugeschrieben, denen obendrein B widerspricht. Wir kennen aber scheinbar auch keine älteren Handschriften. In der äußeren Maché der sieben Lieder ist nichts, was die Autorschaft Bonaventuras ausschliesse. Nur zweimal (II, 14 und 16, VII, 6 und 8) kommt ein ungenügender Reim vor; dies ist aber auch in dem zweifellos echten Officium sanctae crucis einmal der Fall. Inhaltlich liegt nichts zutage, was gegen Bonaventura spräche, ja es ist sogar eine groisse Ähnlichkeit zwischen diesem Werke und dem Lignum vitae nicht zu verkennen. So wird man sich dem Urteile der neuesten Herausgeber der WW. Bonaventuras anschliessen müssen: „Deficientibus antiquioribus testimoniis hymnus adnumerandus est dubiis opusculis.“ Opp. Omnia VIII, p. CVI; vgl. p. 674 not. 3. Vgl. denselben aus andern Hss. Anal. XV, 40 ff.

# Thomas Aquinas,

Ordinis Prædicatorum,

† 1274.

Thomas von Aquin erblickte das Licht der Welt zu Roccasecca, unweit von Aquino, wahrscheinlich zu Ende des Jahres 1225. Sein Vater Landolfö, Graf von Aquino, war langobardischer Abkunft, seine Mutter Theodora, eine geborene Gräfin von Theate, normannischen Blutes. Fünf Jahre alt ward Thomas zum Besuch der dortigen Schulen nach Monte Casino verbracht, von wo er 1235 nach Neapel an die dortige Hochschule übersiedelte. Aber noch im selben Jahre nahm er das Kleid des hl. Dominikus. Aus Besorgnis vor dem Unwillen seiner Familie ward er von den Ordensoberen nach Rom und weiter nach Paris verschickt, auf der Reise dahin aber bei Aquapendente von seinen Brüdern überfallen und auf Castell San Giovanni gefangen gesetzt. Nach Jahresfrist durch den Einfluß der Mutter in Freiheit gesetzt, ging er mit dem Magister generalis seines Ordens, Johannes Teutonicus, über Paris nach Köln, wo er Alberts des Großen Schüler wurde. Er begleitete diesen in der Folge nach Paris (1245), kehrte aber 1248 mit ihm an den Rhein zurück, unter seiner Leitung mit Vorlesungen für die studierenden Ordensgenossen betraut. Von 1251 an las er zu Paris im Konvent Saint-Jacques über den Meister der Sentenzen, ward 1254 (oder 56) zum Lizenziaten promoviert und nach längerem Widerstande der Universität im Oktober 1257 in das Dozentenkollegium eingereiht. Im Jahre 1260, spätestens 61, verließ er aber Paris wieder und weilte teils in der unmittelbaren Umgebung des Papstes Urban IV., teils in verschiedenen Städten Italiens. Das Bistum Neapel, das ihm von Clemens IV. angetragen wurde, schlug er aus, wohnte 1265 dem Kapitel seines Ordens in Anagni bei und leitete 1269 bis 71 die Schulen der Dominikaner in Rom; 1272 finden wir ihn wieder in Paris, 1274 in Neapel, von wo ihn Gregor X. zum zweiten Konzil von Lyon berief. Auf dem Wege dahin erkrankte er im Hause seiner Nichte Francesca von Ceccano zu Maënza und starb in dem nahegelegenen Zisterzienserstifte Fossa nuova den 7. März 1274. Johann XXII. versetzte ihn den 18. Juli 1323 in die Zahl der Heiligen.

Für die Hymnologie kommt Thomas von Aquin in Betracht als Verfasser des Officiums für das Fest des Fronleichnam's. Dieses Fest verdankt seinen Ursprung den Gesichten einer Klosterfrau namens Juliana von Cornillon-Mont bei Lüttich, welche sich dem Dominikaner Hugo und dem Erzdiakon Jacobus Pantaleon anvertraute. Ersterer ward bald darauf zum Kardinallegaten ernannt und führte das Fest zunächst im Lütticher Sprengel ein: letzterer ward 1261 Papst und dehnte das neue Fest 1264 auf die ganze Christenheit aus. Mit Abfassung des Officiums, Tagzeiten und Messe, betraute er Thomas von Aquin, der jene mit unvergänglichen Hymnen, diese mit einer unsterblichen Sequenz ausstattete. Außerdem stammt von ihm das tief empfundene Adoro te devote. Ferner wird ihm zuweilen ein Tropus zum Sanctus mit dem Anfange Divinum mysterium zugeschrieben. Vgl. denselben Anal. XLVII, 333.

385. (1.) In Festivitate Corporis Christi.

Sequentia.

- |  |   |
|--|---|
| 1 a. Lauda, Sion, salvatorem,<br>Lauda ducem et pastorem<br>In hymnis et canticis.   | 1 b. Quantum potes, tantum aude,<br>Quia maior omni laude,<br>Nec laudare sufficis.   |
| 2 a. Laudis thema specialis<br>Panis vivus et vitalis<br>Hodie proponitur,   | 2 b. Quem in sacrae mensa cenae<br>Turbae fratrum duodenae<br>Datum non ambigitur.  |
| 3 a. Sit laus plena, sit sonora,<br>Sit iucunda, sit decora<br>Mentis iubiliatio;<br>Dies enim sollennis agitur,<br>In qua mensae prima recolitur<br>Huius institutio. | 3 b. In hac mensa novi regis<br>Novum pascha novae legis<br>Phase vetus terminat;<br>Vetustatem novitas,<br>Umbram fugat veritas,<br>Noctem lux eliminat. |
| 4 a. Quod in cena Christus gessit,<br>Faciendum hoc expressit<br>In sui memoriam,  | 4 b. Docti sacris institutis<br>Panem vinum in salutis<br>Consecramus hostiam.  |
| 5 a. Dogma datur christianis,<br>Quod in carnem transit panis<br>Et vinum in sanguinem;  | 5 b. Quod non capis, quod non<br>vides,<br>Animosa firmat fides<br>Praeter rerum ordinem.   |
| 6 a. Sub diversis speciebus,<br>Signis tantum et non rebus<br>Latent res eximiae.  | 6 b. Caro cibus, sanguis potus,<br>Manet tamen Christus totus<br>Sub utraque specie.  |
| 7 a. A sumente non concisus,<br>Non confractus, non divisus,<br>Integer accipitur;   | 7 b. Sumit unus, sumunt mille,<br>Quantum isti, tantum ille,<br>Nec sumptus consumitur.   |
| 8 a. Sumunt boni, sumunt mali,<br>Sorte tamen inaequali<br>Vitae vel interitus;  | 8 b. Mors est malis, vita bonis;<br>Vide, paris sumptionis<br>Quam sit dispar exitus.   |
| 9 a. Fracto demum sacramento<br>Ne vacilles, sed memento<br>Tantum esse sub fragmento,<br>Quantum toto tegitur.  | 9 b. Nulla rei fit scissura,<br>Signi tantum fit fractura,<br>Qua nec status nec statura<br>Signati minuitur.   |
| 10 a. Ecce, panis angelorum,<br>Factus cibus viatorum,<br>Vere panis filiorum,<br>Non mittendus canibus.   | 10 b. In figuris praesignatur,<br>Cum Isaac immolatur,<br>Agnus Paschae deputatur,<br>Datur manna patribus.   |

- |   |   |
|---|---|
| <p>11 a. Bone pastor, panis vere,<br/>Iesu nostri miserere,<br/>Tu nos pasce, nos tuere,<br/>Tu nos bona fac videre<br/>In terra viventium.</p> | <p>11 b. Tu qui cuncta scis et vales,<br/>Qui nos pascis hic mortales,<br/>Tu nos ibi commensales,<br/>Coheredes et sodales<br/>Fac sanctorum civium.</p> |
|---|---|

Miss. ms. Sitanstettense saec. 12. Cod. Sitanstetten. 14. add. saec. 13. A. — Grad. ms. Bambergense saec. 12<sup>13</sup>. Cod. Bambergen. Ed III 2. add. saec. 13. B. — Miss. ms. Baiocense saec. 13. [et 14.] Cod. Capit. Baiocen. 62. C. — Miss. ms. Dorotheae Vindobonen. (ol. Centulense?) saec. 13. Cod. Vindobonen. 1933. D. — Miss. ms. S. Floriani saec. 13. Cod. Florian. XI 390. add. saec. 13. ex. E. — Miss. ms. Stubenbergense saec. 13<sup>14</sup>. [et 15.] Cod. Graecen. 281. add. saec. 13<sup>14</sup>. F. — Miss. ms. Lambrechtense saec. 13<sup>14</sup>. Cod. Graecen. 703. G. — Miss. ms. Admuntense saec. 13<sup>14</sup>. Cod. Admunten. 751. H. — Grad. ms. Mellicense saec. 13<sup>14</sup>. Cod. Mellicen. 1056. I. — Miss. ms. Hilariense saec. 14. in. Cod. Hilarien. 9. K. — Trop. ms. S. Patricii Dublinen. anni 1352. Cod. Cantabrigien. Add. 710. L. — Miss. ms. Zwettlense saec. 13. Cod. Zwettlen. 398. add. saec. 14. M. — Miss. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Zwettlen. 229. N. — Miss. ms. Hospitalense saec. 14. in. Cod. Paulan. 27. 3. 19. (ol. Hosp. memb. 49.) add. saec. 14. O. — Miss. ms. Praedicatt. Novae civitatis saec. 14. in. Cod. Graecen. 878. P. — Miss. ms. Westmonasteriense saec. 14. Cod. Westmonasterien. s. n. Q. — Miss. ms. Montis S. Michaelis saec. 14. Cod. Abrincen. 43. R. — Miss. ms. Mellicense saec. 14. Cod. Mellicen. 1057. S. — Miss. ms. Ord. S. Iohannis Hierosolymitani saec. 14. Cod. Petrin. a V 12. T. — Miss. ms. Metense saec. 14. Cod. Capit. Treviren. 161. U. — Miss. ms. S. Hippolyti anni 1399. Cod. Vindobonen. 1828. V. — Trop. et Seq. ms. Claromontanum saec. 15. Cod. Claromont. 57. W. — Miss. ms. Sarisberiensis saec. 15. Cod. Rossian. VIII 213. X. — Grad. ms. Lambacense saec. 15. Cod. Lambacen. 60. Y. — Miss. ms. Aquilegiense anni 1478. Cod. Vindobonen. 1831. Z.

Offic. ms. Pratensia saec. 13. Cod. Parisin. 13232. — Grad. ms. Bambergense saec. 13. Cod. Bambergen. Ed III 13. — Miss. ms. Gallicum saec. 13. ex. Cod. Londinen. Add. 23935. — Miss. ms. Romanum saec. 13. ex. Cod. Oxonien. Bodl. Miscell. Liturg. 354. — Miss. ms. Praedicatt. saec. 13. Cod. Carlsruhan. Pm. 46. — Grad. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 13<sup>14</sup>. Cod. Petrin. a IV 14. — Miss. ms. Senonense saec. 14. Cod. Londinen. Add. 30058. — Miss. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. 388. — Miss. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. 391. — Miss. ms. S. Coronae saec. 14. in. Cod. Pragen. XIV B 20. — Miss. ms. Cremifanense saec. 14. Cod. Cremifanen. 14. — Miss. ms. Cremifanense saec. 14. Cod. Cremifanen. 373. — Miss. ms. Aeduense saec. 15. Cod. Semin. Aeducn. 120. add. saec. 15.

1 b, 1 tantum gaude ABEGHIKMNOPUVXZ; gaudes F. — 1 b, 3 sufficit D. — 2 a, 1 thema spiritalis AEHKMOPV. — 2 a, 2 vivus et letalis B. — 2 b, 1 sacra AFKOUV. — 2 b, 2 Turba I. — 3 a, 1 sit serena FMN. — 3 a, 2 Sit incunda itque munda M; Sit iucunda, sit amoena N. — 3 a, 4 enim fehlt M; Dies iste sollemnis B. — 3 a, 5 In fehlt M; prima fehlt X; prima colitur AHM. — 3 b, 3 Pasce vetus Z; Pasche vetus B. — 3 b, 6 Nocte V; eluminat F; illuminat BDKUX. — 4 a, 1 tristis gessit C. — 4 b, 1 Doctis ADEFHIPV; Sacris nobis institutis MN. — 4 b, 3 Consecravit AEF HIMOPV. — 5 b, 1 Quod non sapis HOP. — 6 a, 2 Signis tamen AEFIMN TVZ. — 6 b, 2 Christus tamen O. — 7 a, 1 non consumens W. — 7 a, 2 nec divisus K. — 7 b, 2 Tantum isti, quantum ille FMN; illi G. — 8 a, 2 tamen non aequali B. — 8 b, 2 Inde paris DF; Vide panis N. — 9 a, 2 Non faciles Z. — 9 b, 2 Signi tamen B. — 9 b, 4 Signatim FG. — 10 a, 2 Lux factus cibus W. — 11 a, 3 Tu nos pasche DPX; Tu nos pastor E. — 11 b fehlt. B. — 11 b, 3 Tuos ibi DW. — 11 b, 5 fac sanctorum omnium AEFHIKNOV.

386. (2) In Festivitate Corporis Christi.

Ad Vesperas.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Pange, lingua, gloriosi<br/>Corporis mysterium<br/>Sanguinisque pretiosi,<br/>Quem in mundi pretium<br/>Fructus ventris generosi<br/>Rex effudit gentium.</p> | <p>4. Verbum caro panem verum<br/>Verbo carnem efficit,<br/>Fitque sanguis Christi merum,<br/>Et, si sensus deficit,<br/>Ad firmandum cor sincerum<br/>Sola fides sufficit.</p> |
| <p>2. Nobis natus, nobis datus<br/>Ex intacta virgine<br/>Et in mundo conversatus<br/>Sparso verbi semine<br/>Sui moras incolatus<br/>Miro clausit ordine.</p>      | <p>5. Tantum ergo sacramentum<br/>Veneremur cernui,<br/>Et antiquum documentum<br/>Novo cedat ritui,<br/>Praestet fides supplementum<br/>Sensuum defectui.</p>                  |
| <p>3. In supremæ nocte cenæ<br/>Recumbens cum fratribus<br/>Observata lege plene<br/>Cibis in legalibus<br/>Cibum turbæ duodenæ<br/>Se dat suis manibus.</p>        | <p>6. Genitori genitoque<br/>Laus et iubilatio,<br/>Salus, honor, virtus quoque<br/>Sit et benedictio,<br/>Procedenti ab utroque<br/>Compar sit laudatio.</p>                   |

Brev. ms. S. Dorotheae Vindobonen. saec. 13. Cod. Vindobonen. 1717. A. — Antiph. ms. S. Mariae de Villari saec. 13. Cod. Bruxellen. 6436. B. — Hymn. ms. S. Mariae Magdalенаe Claustroeburgen. saec. 13/14. Cod. Claustroeburgen. 1001. C. — Antiph. ms. Salemitanum anni 1318. Cod. Heidelbergen. Salem. X 6. D. — Brev. ms. Secoviense (Monial.) saec. 14. in. Cod. Graecen. 789. E. — Antiph. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VII II 1. F. — Agenda et hymn. ms. Cistercién. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI E 17. G. — Collect. ms. Aspacense saec. [13. et] 14. in. Clm. Monacen. 3215. H. — Antiph. et hymn. ms. Succicum saec. 14. [et 15.] Cod. Upsalen. C 422. I. — Collect. ms. Hilariense saec. 14. Cod. Hilarien. 48. K. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV E 13. L. — Matutin. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admuntén. 18. add. saec. 14. M. — Viat. ms. Iohannis Noviforen. saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII A 12. N. — Orat. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI G 16 c. add. saec. 14. O. — Brev. ms. Claustroeburgense saec. 14. Cod. Claustroeburgen. 1199. P. — Diurn. ms. S. Petri Salisburgen. (Monial.) saec. 14. Cod. Petrin. a IV 11. Q. — Psalt. et hymn. ms. Portae Mariae V. in Apxach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. R. — Brev. ms. Chimense(?) saec. 14. Cod. Vindobonen. 1893. S. — Brev. ms. Florianum saec. 14 [et 13.] Cod. Florian. XI 384. T. — Antiph. et hymn. ms. Benedictin. Suceic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. U. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 b. V. — Brev. ms. Pragense saec. 14. [et 15.] Cod. Pragen. VI F 12 a. W. — Brev. ms. Hanussii de Kolowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. X. — Psalt. ms. Basileense saec. 15/16. Cod. Paulan. 25. 2. 33 (ol. Sanbl. memb. 57). Y. — Hymn. ms. Sanblasianum anni 1504. Cod. Paulan. 25. 1. 34 (ol. Sanbl. memb. 12). Z.

Nach Str. 2 schalten die Zisterzienserbreviere DK ein:

Ipsè verbum, quo creavit	O mirandum sacramentum,
Alpha cuncta primitus,	Idem, quando nascitur,
Eus antiquum incarnavit	Se daturus alimentum
Innovans paraclitus,	In praesaepe ponitur,
Hinc nos suo carne pavit	Novum condens testamentum,
Deus homo genitus.	Dum [Cum K] pascha recolitur.

Hinter Str. 2 Divisio DK. — 3, 3 legis plene M. — 4, 2 Verbum carnem CE. — 4, 3 Christi sanguis E. — 5, 1 Tandem ergo A; Sanctum ergo C. — 5, 2 Veneremur pretiosi N. — 5, 3 Et antiqui M. — 6, 5 Procedentis A. — 6, 6 Semper sit CHK.

Das Brev. ms. Praedicatorum saec. 13. ex. Cod. Barberin. XI 43 enthält das Officium Corporis Christi nachgetragen mit der Bemerkung: „Incipit officium de corpore Christi editum a fratre Thoma de Aquino. ordinis fratrum Praedicatorum“. Das Brevier enthält bereits das Officium des hl. Dominikus, das später nachgetragen ist.

### 387. (3.) In Festivitate Corporis Christi.

Ad Nocturnum.

1. Sacris sollemniis juncta sint gaudia,  
Et ex praecordiis sonent praeconia,  
Recedant vetera, nova sint omnia.  
Corda, voces et opera.
2. Noctis recolitur cena novissima,  
Qua Christus creditur agnum et azima  
Dedisse fratribus iuxta legitima  
Priscis indulta patribus.
3. Post agnum typicum expletis epulis  
Corpus dominicum datur discipulis  
Sic totum omnibus. quod totum singulis  
Eius fatemur manibus.
4. Dedit fragilibus corporis ferculum.  
Dedit et tristibus sanguinis poculum,  
Dicens: accipite, quod trado. vasculum,  
Omnes ex eo bibite.
5. Sic sacrificium istud instituit,  
Cuius officium committi voluit  
Solis presbyteris, quibus sic congruit,  
Ut sumant et dent ceteris.
6. Panis angelicus fit panis hominum,  
Dat panis caelicus figuris terminum;  
O res mirabilis! Manducat Dominum  
Servus pauper et humilis.

7. Te, trina deitas unaque, poscimus.  
Sic tu nos visita, sicut te colimus,  
Per tuas semitas duc nos, quo tendimus,  
Ad lucem, quam inhabitas.

Hymn. ms. S. Mariae Magdal. Claustroneoburgen. saec. 13<sup>14</sup>. Cod. Claustroneob. 1001. A. — Brev. ms. Secoviense saec. 14. in. Cod. Graecen. 789. B. — Antiph. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VII H 1. C. — Orat. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI G 16 c. D. — Collect. ms. Aspacense saec. 14. in. Clm. Monacen. 3215. E. — Matut. ms. Admuntense anni 1080. Cod. Admunt. 18. add. saec. 14. F. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIV E 13. G. — Viat. ms. Iohannis Noviforen. saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII A 12. H. — Brev. ms. Claustroneoburgense saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1199. I. — Brev. ms. Chimense(?) saec. 14. Cod. Vindobonen. 1893. K. — Brev. ms. Florianum saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. XI 384. L. — Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Florian. XI 399. M. — Brev. ms. Pragense saec. 14. [et 15.] Cod. Pragen. VI F 12 a. N. — Psalt. et hymn. ms. Portae S. Mariae in Axpach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. O. — Antiph. et hymn. ms. Suecicum saec. 14. [et 15.] Cod. Upsalen. C 422. P. — Diurn. ms. S. Petri Salisburgen. (Monial) saec. 14. Cod. Petrin. a IV 11. add. saec. 14 15. Q. — Brev. ms. S. Dorotheae Vindobonen. saec. 13. Cod. Vindobonen. 1717. add. saec. 15. R. — Diurn. et hymn. ms. Benedictin. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 422. S. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 b. T. — Brev. ms. Hanussii de Kolowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. U. — Hymn. ms. Saublasianum anni 1504. Cod. Paulan. 25. 1. 34. (ol. Saubl. memb. 12.) V.

1, 4 Cordis voces B. — 2, 3 legitimae A. — 2, 4 Pacis indulta A. — 3, 2 dator A; datum H. — 3, 3 Fit totum H. — Str. 3 und 4 fehlen B. 4, 2 saluti poculum E. — 4, 3 quod dardo vobis vasculum A. — 7, 2 Sic nosque visitas BE; Sic tu nos visites H; Sicut nos visitas F. — 7, 4 Suppliciter te petimus AB.

### 388. (4.) In Festivitate Corporis Christi.

Ad Laudes.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Verbum supernum prodiens<br>Nec patris linquens dexteram,<br>Ad opus suum exiens<br>Venit ad vitae vesperam. | 4. Se nascens dedit socium,<br>Convalescens in edulium,<br>Se moriens in pretium,<br>Se regnans dat in praemium. |
| 2. In mortem a discipulo<br>Suis tradendus aemulis<br>Prius in vitae ferculo<br>Se tradidit discipulis.         | 5. O salutaris hostia,<br>Quae caeli pandis ostium,<br>Bella premunt hostilia,<br>Da robur, fer auxilium.        |
| 3. Quibus sub bina specie<br>Carnem dedit et sanguinem,<br>Ut duplicis substantiae<br>Totum cibaret hominem.    | 6. Uni trinoque Domino<br>Sit sempiterna gloria,<br>Qui vitam sine termino<br>Nobis donet in patria.             |



Hymn. ms. S. Mariae Magdalenae Claustroneoburgen. saec. 13|14. Cod. Claustroneoburgen. 1001. A. — Brev. ms. Secoviense saec. 14. in. Cod. Graecen. 789. B. — Orat. ms. S. Georgii Pragen. saec. 14. in. Cod. Pragen. VI G 16 c. add. saec. 14. C. — Brev. ms. Pragense saec. 14. [et 15.] Cod. Pragen. VI F 12 a. D. — Matut. ms. Admuntense anni 1180. Cod. Admunten. 18. add. saec. 14. E. — Brev. ms. Claustroneoburgense saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1199. F. — Brev. ms. Chimense(?) saec. 14. Cod. Vindobonen. 1893. G. — Brev. ms. Florianum saec. 14. [et 13.] Cod. Florian. 384. H. — Collect. ms. Hilariense saec. 14. Cod. Hilarien. 48. I. — Collect. ms. Aspacense saec. [13. et] 14. in. Clm. Monacen. 3215. K. — Antiph. et. hymn. ms. Suecicum saec. 14. [et 15.] Cod. Upsalen. C 422. L. — Diurn. ms. S. Petri Salisburgen. (Monial.) saec. 14. Cod. Petrin. a IV 11. add. saec. 14/15. M. — Brev. ms. S. Dorotheae Vindobonen. saec. 13 Cod. Vindobonen. 1717. add. saec. 15. N. — Psalt. et hymn. Portae Mariae V. in Axpach saec. 14. Cod. Vindobonen. 1877. O. — Diurn. et hymn. ms. Benedictin. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477. P. — Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 12 a. Q. — Brev. ms. Hanussii de Kolowrat anni 1470. Cod. Capit. Pragen. P 11. R. — Hymn. ms. Sanblasianum anni 1504. Cod. Paulan. 25. 1. 34. (ol Sanbl. memb. 12.) S.

2, 1 morte B; discipulis E. — 2, 3 ferculis E. — 3, 2 Corpus dedit K. — 3, 3 Ut triplicis substantiae K; dann ist triplicis substantiae auf Christus zu beziehen. — 5, 2 Bella premis B.

### 389. (5.) Oratio in praesentia Corporis Christi.

1. Adoro te devote, latens deitas,  
Quae sub his figuris vere latitas;  
Tibi se cor meum totum subicit,  
Quia te contemplans totum deficit.
2. Visus, gustus, tactus in te fallitur,  
Sed auditu solo tute creditur;  
Credo, quidquid dixit Dei filius,  
Verbo veritatis nihil verius.
3. In cruce latebat sola deitas,  
Sed hic latet simul et humanitas,  
Ambo tamen credens atque confitens  
Peto, quod petivit latro paenitens.
4. Plagas sicut Thomas non intueor,  
Deum tamen meum te confiteor;  
Fac me tibi semper magis credere,  
In te spem habere, te diligere.
5. O memoriale mortis Domini,  
Panis vivus vitam praestans homini,  
Praesta meae menti de te vivere  
Et te illi semper dulce sapere.

6. Pie pelicane, Iesu Domine,  
Me immundum munda tuo sanguine,  
Cuius una stilla salvum facere  
Totum mundum posset omni scelere.
7. Iesu, quem velatum nunc aspicio,  
Quando fiet illud, quod tam sitio,  
Ut te revelata cernens facie  
Visu sim beatus tuae gloriae.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. Theol. lat. IV<sup>o</sup> 29. A. — Orat. ms. Libehardi, prioris Reichenbaecen., anni 1476. Clm. Monacen. 2990. B. — Collect. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Casanaten. D V 26 (311). C. — Orat. ms. Herculis Ferrariensis(?) saec. 15. Cod. Marcian. L II 60. D. — Orat. ms. V. Iustinae Patav. saec. 15. ex. Cod. Marcian. L. III 173. E. — Collect. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. IX 44. F. — Collect. ms. incert. orig. saec. 15. Cod. Vindobonen. 4061. G. — Orat. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. a III 37. H. — Orat. ms. Caelestinorum S. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). I.

Orat. ms. Rhenoviense saec. 15. Cod. Turicen. Rhen. CXIX. K. — Orat. ms. Cisterciense saec. 15. Cod. Darmstadien. 8<sup>o</sup> 1228. L. — Orat. ms. incert. orig. saec. 15. Cod. Darmstadien. 2772. M. — Miss. ms. Casinense(?) saec. 14. Cod. Casinen. 128. add. saec. 14/15. N. — Orat. ms. Wratislaviense saec. 15. Cod. Univ. Friburgen. Helv. s. n. O. — Horae B. M. V. sec. usum Romanae Curiae saec. 15. Cod. Vatican. 6259. P. — Collect. ms. Cluniacense saec. 15. Cod. Parisin. Nouv. acq. 346. Q. — Cursus de Domina sec. ecclesiam Hamburgensem imp. Rostochie (Ludov. Dietz) 1522. R. — Varianten aus K—R nicht verzeichnet.

1, 1 te fehlt FG, nachgetragen G; latens veritas CDEFGII; latens hostia B. — 1, 2 Teque sub his G; sub istis figuris I; sub his formis FG. — 1, 3 Tibi cor meum se E; totum afficit H. — 2, 1 gustus fehlt G; Visus, tactus, gustus FI. — 2, 2 Sed solo auditu BFHI; Sed solus auditus G; tuto creditur A; in te creditur H; in te tuto creditur B. — 2, 3 Nihil veritatis verbo GI; Nihil verbo veritatis H; Nil veritatis hoc verbo CDE. — 3, 1 sola divinitas B. — 3, 2 simul fehlt H. — 3, 3 Ambo vere credens BIII. 4, 1 non fehlt H. — 4, 2 Meum tamen Deum FG; te esse confiteor A. — 5, 2 Panis verus CDEF; Panis vive I; Panis veram vitam G. — 5, 3 Fac me semper de te magis vivere I. — 5, 4 te fehlt H; illi fehlt G; Et te mihi semper I; Et te semper illi CDEF; dulcem I. — 6, 2 Munda me immundum I. — 6, 3 Una stilla sola salvum facere H. — 6, 4 possit A; potest E; Mundum posset totum ab omni I. — 7, 1 Iesum D; Iesu te velatum H; Iesu pie, quem nunc A; O Iesu, quem B; Iesu, quem nunc velatum G. — 7, 2 istud G; puod iam sitio B; quod tantum sitio E; quod tam cupio G. — 7, 3 te fehlt H; cernam I; revelata facie videam B. — 7, 4 Visu fehlt G; Visus H; statt dieses Verses in I: In regno tuae collocatus gloriae I; in B: In perenni requie, ubi tu es gloria beatorum per infinita saecula saeculorum.

„Ad sacramentum eucharistiae oratio beati Thomae“ A. — „Oratio sancti Thomae de Aquino, quam dixit in obitu suo, quando sumpsit eucharistiam“. B. — „Oratio sancti Thomae de Aquino, quam ipse dicebat ante hostiam consecratam“. C. — „Oratio, quam dicebat sanctus Thomas de Aquino post elevationem corporis Domini nostri Iesu Christi“. D. — „Devota oratio sancti Thomae de Aquino in honore corporis Christi dicenda ab omni communicare volenti“. E. — „Oratio, quam dicebat sanctus Thomas de Aquino ante corpus Christi“. F. — „Sequitur oratio, quam fecit Thomas de Aquino super corpus Domini in extremis vitae“

suae horis“. G. — „Oratio sancti Thomae, quam dixit in felici transitu suo, quando recepit eucharistiam“. H. — „Oratio in praesentia corporis Christi“. I.

„Devota oratio beati Thomae de Aquino ad corpus Christi“. K. — „Oratio sancti Thomae de Aquino“. L. — „Oratio sancti Thomae de Aquino, quam dixit in felici transitu suo, [quando] eucharistiam recepit“. M. — „Alia oratio sancti Thomae“. N. — „Oratio beati Thomae de Aquino“. O. — „Hos versus promisit [sic] sanctus Thomas de Aquino instante suo obitu ante sumptionem corporis Domini nostri Iesu Christi“. P. — „Oratio dicenda, quando corpus Christi in altari tractatur, quam sanctus Thomas de Aquino composuit“. Q. — „Oratio beati Thomae de Aquino ante communionem“. R —

---

## Johannes Peckham,

Archiepiscopus Cantuariensis,

† 1292.

John Peckham (Johannes Pecchamus) ward zu Peckham in Sussex in der Nähe von Lewes-Priory geboren. Ob er mit der adeligen Familie der Peckham of Arches, die noch im 18. Jahrhundert blühte, in Verbindung zu bringen ist, bleibt ungewiss. Er studierte zuerst in Lewes-Priory, dann zu Oxford und trat ebenda in den Orden des hl. Franziskus, begab sich dann nach Paris (bald nach 1250), hörte Bonaventura und erhielt nach Erlangung des Doktorgrades einen Lehrstuhl der Theologie. Wie Bonaventura verteidigte auch er den Orden gegen die Angriffe, deren Seele Wilhelm von Saint-Amour war (1252—62). Im Jahre 1270 als Lektor für seine Ordensgenossen nach Oxford zurückgekehrt, ward er 1275 zum Provinzial der englischen Franziskaner erwählt und wohnte im ersten Jahre seines Provinzialates dem Generalkapitel des Ordens in Padua bei. Wenige Jahre später ward er vom Papste als „Lector sacri palatii“ nach Rom berufen. Als solcher sah er Bischöfe, Kardinäle und sonstige Würdenträger unter seinen Zuhörern, die sich erfurechtvoll erhoben, wenn er den Hörsaal betrat, ein Zeichen der Deférenz, das sie alsbald unterliefen, als er zum Erzbischofe ernannt war, da sie es auf den Menschen, nicht auf den Bischof bezogen wissen wollten.

Nach dem Tode Roberd Kilwardbys (1278) war nämlich Robert Burnell zum Erzbischofe von Canterbury gewählt worden. Nikolaus III. verwarf die Wahl und ernannte Peckham, sehr gegen dessen Wunsch und Neigung (25. Jan. 1279). Am ersten Fastensonntage, den 19. Febrnar, wurde dieser konsekriert, reiste über Paris, Amiens (21. Mai) und Abbeville nach England, wo er den 4. Juni landete. Seine Inthronisation fand erst den 8. Oktober in Gegenwart Eduard I. statt; doch hatte er schon am 29. Juli zu Reading eine Synode abgehalten. Eine zweite tagte 1281 zu Lambeth. In dem um diese Zeit sich entspinrenden Kampfe mit Wales spielte Peckham insofern eine hervorragende Rolle, als sein Bestreben, Wales den englischen Gebräuchen zu konformieren, nicht wenig zum Ausbruch der Feindseligkeiten beitrug, Absichten, die er dann nach dem Tode Llywelyns von Wales auszuführen in die Lage kam. Persönlich lebenswürdig und bescheiden ward Peckham als Erzbischof gleichwohl in eine fast ununterbrochene Reihe von Händeln mit seinen Suffraganen, mit Äbten und Klöstern, ja mit dem Könige verwickelt, Händel, die mit wechselndem Geschiek und Erfolg zum Austrage gebracht wurden und sich um so häufiger wiederholten, als der Erzbischof sich nicht nur um die Wahrung der Rechte seines Stuhles (wirklicher oder vermeintlicher), sondern ebenso um die der Mendikanten, in erster Linie des eigenen Ordens bemühte. Eine besonders lebhaft theologische Fehde ent-

spann sich 1284 zu Oxford zwischen ihm und den Dominikanern bezüglich der Lehre über die Form des Leibes Christi im Grabe und in der hl. Eucharistie. Peckham starb nach langwieriger Krankheit zu Mortlake den 8. Dezember 1292 und ward den 19. desselben Monats im nördlichen Querschiff des Domes von Canterbury begraben. Eine ausführliche Lebensbeschreibung Peckhams gab Ch. T. Martin, *Registrum epistolarum Fratris Iohannis Peckham, archiepiscopi Cantuariensis*. Vol. I-III, London 1882—83. I, LVII—LXXV; II, XXXVII—CVIII; III, XXVII—LVI. Ein Auszug daraus *Dictionary of National Biography* XLIV, 190—197.

Peckhams ausgebreitete philosophische und theologische Schriftstellerei kann uns hier ebensowenig beschäftigen als seine umfassende administrative Tätigkeit. Eine Liste seiner Werke, die zum größten Teile ungedruckt sind, gibt Martin a. a. O. III, LVI—CXLIV, zugleich mit dem Nachweise handschriftlicher Quellen, soweit ihm solche auffindbar waren. Was seine religiösen Dichtungen betrifft, die ihm einen der ehrenvollsten Plätze unter den mittelalterlichen Hymnoden sichern, so sind dieselben im folgenden zusammengestellt. Ausgeschlossen habe ich die „*Defensio fratrum mendicantium*“ (Cambridge Dd XIV 20) mit dem Anfange: „*O Christi vicarie monarcha terrarum*“, da dieselbe der didaktischen, nicht der lyrischen Dichtung angehört; Auszüge bei Martin l. c. III, CX sqq. Ferner ein Gedicht über die Unterschiede des Jugend- und Greisenalters (Cambridge Ee VI 6), das mit den Worten beginnt: „*Dum iuvenis crevi, ludens nunquam requievi*“; abgesehen vom Inhalte, ist auch die Autorschaft Peckhams nicht erwiesen, da das Gedicht in der Handschrift ohne Namen ist. Vgl. Martin l. c. III, CXXII sq. Endlich ein langes Gedicht, eine Art Planetus „*humiliter confitentis*“, das in der zuletztgenannten Cambrider Handschrift fol. 42 ausdrücklich Peckham zugeschrieben wird. Es fehlt aber in der Handschrift infolge von Beschädigung der Anfang des Gedichtes. Auch kann ich das Bedenken nicht unterdrücken, daß der häufige und ungenierte Gebrauch des Taktwechsels von der sonstigen Art Peckhams abweicht. Vgl. Martin l. c. III, CXVIII sqq. — Was endlich das nach Tanners *Bibliotheca Britannica* vom Handschriftenkatalog der Universitätsbibl. von Cambridge II, 519 und von Martin l. c. III, CXX Peckham zugeschriebene *Psalterium Beatae Mariae*, beginnend mit den Worten „*Mente concipio laudes conscribere*“ oder vielmehr: „*Ave, virgo virginum, parens absque pari*“ anlangt, muß ich auf das Anal. XXV, 171 Gesagte zurückverweisen. Es ist zu beachten, daß keine Hs. Peckham als Verfasser dieses Psalters bezeichnet, während zwei Stephen Langthon nennen, der auch Hymnograph war.

### 390. (1.) De sanctissima Trinitate.

Officium.

In I. Vesperis.

*Antiphonae.*

- |                         |                            |
|-------------------------|----------------------------|
| 1. Sedenti super solium | 2. Sequamur per suspirium, |
| Congratulans trishagium | Quod geritur per gaudium   |
| Seraphici clamoris      | In sanctis caeli choris,   |
| Cum patre laudat filium | Levemus cordis studium     |
| Indifferens principium  | In trinum lucis radium     |
| Reciproci amoris.       | Splendoris et amoris.      |

Vgl. das Weitere Anal. V, 19 sqq., wo dies Officium abgedruckt ist. — Zu den dort mitgetheilten Quellen wären hinzuzufügen: Collect. ms. Cantuariense anni 1452. Cod. Londinen. Reg. 10 B IX. — Brev. ms. Franciscan. saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1164. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Parisin. 13244. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Parisin. 760. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Borgian. M VI 23. Ferner alle Brevierhandschriften, die zu den folgenden drei Hymnen namhaft gemacht werden. — Betreffs der Autorschaft Peckhams vgl. Anal. XXIII, 5 sq.; XXV, 5; Martin l. c. III, CXXIX. — Einen ausführlichen Kommentar zu diesem Officium schrieb Franciscus Titelmannus unter dem Titel: Liber de sacrosancta et superbenedicta Trinitate, in quo ecclesiasticum officium, quod in illius sollemnitate legit Romana ecclesia clare lucideque explanatur, simul et, quidquid de illa fide tenendum est, facili compendio succincte exponitur. Per fratrem Franciscum Titelmannum Hassellensem etc. Antwerpiae 1580. — Unter Sixtus IV. ward das Officium Peckhams ins römische Brevier aufgenommen, unter Pius V. daraus wieder entfernt.

### 391. (2.) De sanctissima Trinitate.

Ad Vesperas.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. In maiestatis solio<br/>Tres sedent in triclinio,<br/>Nam non est consolatio<br/>Perfecta solitario.</p>     | <p>4. Hoc gaudium est spiritus,<br/>Quo patri natus iungitur,<br/>Et unum bonum funditus<br/>In tribus his concluditur.</p>       |
| <p>2. Aeternae mentis oculo<br/>Dum pater in se flectitur,<br/>In lucis suae speculo<br/>Imago par exprimitur.</p> | <p>5. In tribus est simplicitas,<br/>Quos non distinguit qualitas,<br/>Nec obstat tribus unitas,<br/>Quam ampliat immensitas.</p> |
| <p>3. Imaginis consortium<br/>Nativus praebet exitus,<br/>Consorsque spirant gaudium<br/>Ingenitus et genitus.</p> | <p>6. Per solam vim originis<br/>Communio fit numinis<br/>Nativi ductu germinis<br/>Votivique spiraminis.</p>                     |
7. Ingenito et genito  
Cum spiritu paraclito  
Honoris simpli debito  
Psallamus corde dedito.

Brev. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1164. add. saec. 14/15. A. — Brev. ms. Franciscan. Gallic. saec. 15. Clm. Monacen. 19299. B. — Brev. ms. Lambacense saec. [14. et] 15. Cod. Lambacen. CLXXIII. C. — Diurn. ms. S. Petri Salisburgen. (Monial.) saec. 15. Cod. Petrin. a II 26. D. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 30. E. — Psalt. et hymn. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1494. Clm. Monacen. 4301. F. — Brev. ms. Olivetanum saec. 15. Cod. Ambrosian. Z 33 sup. G. — Brev. sec. rubricam saeri monasterii Montis Pammoniae imp. Venetiis 1506. H. — Psalterium cum fidei castigatione magnis characteribus impressum Parisiis (Berchtoldus Rembolt) 1509. I. — 3, 3 spirans F. — 5, 4 Quos ampliat F. — 7, 4 corde debito A.

**392. (3.) De sanctissima Trinitate.**

Ad Nocturnum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. O lux beata trinitas,<br/>Tres unum, trium unio,<br/>Imperialis unitas<br/>In trium contubernio.</p>             | <p>4. O amor, sancte spiritus,<br/>Concordiae spiraculum,<br/>Summi dulcoris halitus,<br/>Pax, foedus, fructus, osculum.</p> |
| <p>2. O pater innascibilis<br/>Natura semper pullulans,<br/>Pondus rei vertibilis<br/>Verbo virtutis baiulans.</p>     | <p>5. Pater gignit imaginem<br/>Aequatam sibi penitus,<br/>Solamque per originem<br/>Ab ipsis differt spiritus.</p>          |
| <p>3. O verbum in principio,<br/>Paternae splendor gloriae,<br/>Tu conditorum ratio,<br/>Lux cordium, fons veniae.</p> | <p>6. Tres unum Deum credimus,<br/>Unam trium essentiam,<br/>Tribus unam impendimus<br/>Honoris reverentiam.</p>             |

Brev. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Claustroneoburgen. 1164. add. saec. 14/15. A. — Brev. ms. Franciscanum saec. 14/15. Cod. Parisin. 1290. B. — Brev. ms. Franciscanum anni 1474. Cod. Hilarien. CXII. C. — Brev. ms. Franciscan. Gallic. saec. 15. Clm. Monacen. 19299. D. — Brev. ms. Lambacense saec. [14. et] 15. Cod. Lambacen. CLXXIII. E. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 30. F. — Psalt. et hymn. ms. SS. Udalrici et Aerae anni 1494. Clm. Monacen. 4361. G. — Brev. ms. Olivetanum saec. 15. Cod. Ambrosian. Z 33 sup. H. — Brev. see rubricam sacri monasterii Montis Pannoniae imp. Venetiis 1506 I. — Psalterium cum fidei castigatione imp. Parisiis 1509. K. — 1, 2 Tres fehlt A; trinum A. — Str. 1 lautet abweichend in B:

O lux, beata trinitas  
Et vita semper radians,  
Tu principalis unitas,  
Cuncta, quae sunt concilians.

2, 1 O fehlt A. — 3, 3 conditoris C. — 3, 4 fons vive (oder virie) B. — 4, 1 sancti C. — 5, 2 Aequalem sibi I. — 6, 1 Deum colimus DI. — 6, 2 Trinam essentiam B. — 6, 3 unam fehlt B.

**393. (4.) De sanctissima Trinitate.**

Ad Laudes.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Festi laudes hodierni<br/>Ritu ductas annuo<br/>Cives gaudio superni<br/>Celebrant perpetuo,<br/>Regem trinum dum ter terni<br/>Chori laudant mutuo.</p> | <p>2. Vita, melos, cor supinum,<br/>Trini cultus munere<br/>Veneremur regem trinum,<br/>Voce, votis, opere,<br/>Quem lex iubet masculinum<br/>Ter in anno colere.</p> |
|--|---|

3. Singulari maiestati  
 Decus et imperium,  
 Sacrosanctae trinitati  
 Sit perenne gaudium,  
 In quo simus nos beati  
 Per te, Christe, praemium.

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 14. Cod. Claustro-neoburgen. 1164. A. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 14. Cod. Petrin. a IV 1. B. — Brev. ms. Franciscan. Gallicum saec. 15. Clm. Monacen. 19299. C. — Brev. ms. Lambacense saec. 15. Cod. Lambacen. 476. D. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. a IV 12. E. — Brev. ms. S. Petri Salisburgen. saec. 15. Cod. Petrin. a I 10. F. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 30. G. — Brev. ms. Lambacense saec. 15. Cod. Lambacen. CLXXVI. H. — Psalt. et hymn. ms. SS. Udalrici et Afrae anni 1494. Clm. Monacen. 4301. I. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Borgian. M VI 23. K. — Brev. ms. Olivetanum saec. 15. Cod. Ambrosian. Z 33 sup. L. — 2, 3 Veneremur H. — Mel: *Poige lingua*. — Wiederholt aus Anal. IV, 14.

### 394. (5.) De sanctissima Trinitate.

In 2. Vesperis.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Aeternae lucis claritas<br/>         Nos tribus ornans viribus<br/>         Monstrat, quod causans veritas<br/>         Trina sit hypostasibus.</p> | <p>4. Per solam vim originis<br/>         Naturae fit communio,<br/>         Nativitas imaginis,<br/>         Spiraminis processio.</p>         |
| <p>2. Trium una dum cernimus<br/>         Signatos nos imagine.<br/>         Unam trium advertimus<br/>         Lucem in trino lumine.</p>                | <p>5. Quam felix trium caritas<br/>         Uno se fruens gaudio,<br/>         Quia non est iucunditas<br/>         Perfecta solitario.</p>     |
| <p>3. Patris se mens intelligens<br/>         Ortum dat unigenito<br/>         Natamque prolem diligens<br/>         Processum dat paraclito.</p>         | <p>6. Laudum clara praeconia<br/>         Sint trinitati simplici,<br/>         Ipsique nos per omnia<br/>         Subdamus corde supplici.</p> |

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Vatican. 4760 (II). — 1, 3 Monstratque. — 6, 4 corde simplici. — Der Hymnus steht in der Quelle zur zweiten Vesper des Dreifaltigkeitsofficiums von Peckham, ist daher wahrscheinlich von diesem verfasst. Da auch das Officium des hl. Franziskus, nach dessen Schema dasjenige Peckhams gedichtet ist, vier Hymnen besitzt, ebenso das des hl. Antonius von Padua, ist es wahrscheinlich, dafs auch dieses vier Hymnen hatte, von denen der der zweiten Vesper leicht anfer Gebrauch kommen konnte. Auch der Hymnus *Festi laudes* fehlt in vielen Quellen, welche die andern beiden Hymnen haben. Dann atmet aber dieser Hymnus ganz und gar den Geist der drei andern. Vgl. namentlich 5, 3 sq. mit Nr. (2) 1, 3 sq. — Wiederholt aus Anal. XXIII, 10.



395. (6.) De Corpore Christi.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ave, vivens hostia,<br/>Veritas et vita,<br/>In qua sacrificia<br/>Cuncta sunt finita,<br/>Per te patri gloria<br/>Datur infinita,<br/>Per te stat ecclesia<br/>Iugiter munita.</p> | <p>2. Ave, vas clementiae,<br/>Scrinium dulcoris,<br/>In quo sunt deliciae<br/>Caelici saporis,<br/>Veritas substantiae<br/>Tota salvatoris,<br/>Sacramentum gratiae,<br/>Pabulum amoris.</p> |
|---|---|

Vgl. den Text Anal. XXXI, 111 sq.: Über die Autorschaft Peckhams ebenda S. 113: Martin l. c. III, CXIV; ferner weiter unten Nr. (8). Anmerkung, S. 601.

Zu den Anal. XXX, 112 sq. genannten Quellen ist noch hinzuzufügen. Cod. Londinen. Arund. 374 saec. 14: „Incipit devota meditatio de sacramento altaris et eius utilitatibus, edita a fratre Iohanne Pichano, ordinis minorum, archiepiscopo Cantuariensi et primate totius Angliae“. — Cod. Londinen. Harl. 913. saec. 14., der aber nicht den vollständigen Text, sondern nur Bruchstücke bietet: „Hanc meditationem de corpore Christi composuit Frater Iohannes Peckham de ordine Fratrum minorum, archiepiscopus Cantuariensis.“ — Clm. Monacen. 5362 saec. 15: „Dominus Iohannes, archiepiscopus Cantuariensis, composuit istam meditationem. Quicumque eam devote dixerit, XL dies veniae pro peccatis criminalibus obtinebit.“ — Clm. Monacen. 7611 saec. 15: „Hanc orationem de sacramento altaris edidit Iohannes frater de Pichano, ordinis minorum, archiepiscopus Cantuariensis et primate[!] totius Angliae.“ — Collect. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. IX 44: „Devota meditatio de sacramento altaris et eius virtutibus, edita a fratre Iohanne Pisano, archiepiscopo Cantuariensi“ (A). — Brev. ms. Cavense anni 1308. Cod. Casanaten. C III 2 (1575): „Haec carmina de corpore Christi composuit frater Iohannes de Pithyano.“ — Orat. ms. Carth. Hildeshemen. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116: „Iohannes Pisanus, archiepiscopus Cantuariensis.“

Ohne Angabe des Verfassers: Orat. ms. S. Mariae Magdalenaes Hildeshemen. saec. 15. Cod. Gotingan. 233. — Orat. ms. Vallis Iocosaes saec. 15. Cod. Labacen. 44. (B). — Orat. ms. Anglicum saec. 15. Cod. Oxonien. Rawlin. C 558 (C). — Als Hymnus auf Matutin und Laudes verteilt im Breviarium Kimense imp. 1518.

Lesarten in ABC: 1, 3 In quo AC. — 1. 5 patris C. — Str. 3 und 4 umgestellt C. — 4, 2 Muus et finale A. — 5, 6 Est hoc beatorum C. — 6. 8 Pereat divine C. — 7. 4 Non solum AC. — 8. 7 Potestque hoc A. — 9, 7 suggitur C. — 11, 6 Qui vis nos C. — 12, 1 Mos est hinc amantium B. — 13, 4 digneris A. — Str. 13 hinter 15 B. — 15, 1 superna C. — In B folgt am Schluß noch: Nobis consecrantibus etc. (Anal. l. c. 113) und weiter:

Laus et iubilatio sit uni et trino,  
Honor, virtus, gloria sit donanti dona,  
Per quae sacrificia offert (nunc) ecclesia  
Ad delendum crimina per nos perpetrata.

Insuper altissimo grates referamus.  
Qui nos semper reficit, quem nos manducamus,  
Sic ipsum, quem sumimus, ita collaudemus,  
Hic semper sic vivimus, ut secum regnemus.

Dafs diese Strophen unecht, braucht nicht bemerkt zu werden. In C ist das Lied zu einem Stundengebet aufgeteilt; Doxologie jedesmal: Gloria tibi, Domine | Pascens nos cottidie etc. Vgl. Anal. I. c. 114.

Str. 9 und 10 dieses Liedes hat Roth aus einer Darmstädter Hs. abgedruckt, (Romanische Forschungen VI, 44), ohne das Bruchstück als solches zu erkennen. — Auf gleicher Unkenntnis beruhen in Chevalier's Repert. Hymnologicum die Nr. 23597, 23749. 27686, 33769. wo die Bruchstücke dieses Reimgebetes als „Hymnen“ des Papstes Johannes XXII. ausgegeben werden.

### 396. (7.) De Sacramento Altaris.

- Hostia viva, vale, fidei fons, gloria matris,  
 Donum finale, vera figura patris.  
 Vivens panis, ave, cum numine iuncte suave,  
 Me prohibens a vae, mis memor, eia, fave.  
 5 Manna viatorum, veniae via, forma sophiae,  
 Ductor amatorum, sis mihi norma viae.  
 Panis dulcoris, caeli cibus, esca saporis.  
 Vas salvatoris, esto memor memoris.  
 Praesidium, Domine, virtus plebis peregrinae,  
 10 Quam Deus in fine frangere neve sine.  
 In te pane quidem sunt tres, non dii, Deus idem,  
 Sunt tres non idem, non tria numen idem.  
 Duplex natura Deus es, hominis caro plena  
 Permanens pura; laus tibi verbigena!  
 15 Corpus idem numero, quondam de virgine natum,  
 In cruce letatum, credo videre mero.  
 Panis in altari. caelo caro pura videris,  
 Visu mutari. numine non poteris.  
 Nil etiam pateris indignum, si comedaris,  
 20 Ut vis, sic caperis, hostia sponte daris.  
 Tu qui dignaris tribui nobis et in esu,  
 Esca salutaris, mis miserere, Iesu.

Orat. ms. Anglicanum saec. 15. Cod. Oxonien. Rawlinson C 558. — 6 amator. — „Versus compositi a fratre Iohanne de Peccham, totius Angliae primare, de sacramento altaris.“ — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

### 397. (8.) De Deliciis Virginis Gloriosae.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Salve, saneta mater Dei,<br/>         Radix vitae, robur spei<br/>         Mortis in angustiis,<br/>         Per te quaeso consolari,<br/>         Da sincere meditari<br/>         De tuis deliciis.</p> | <p>2. Salve, Deo consecrata,<br/>         Priusquam huic mundo nata,<br/>         Intra matris uterum,<br/>         Dono fixa speciali,<br/>         Ut nec lapsu veniali<br/>         Peccares in posterum.</p> |
|---|--|

3. Salve, stella principalis,  
Tui namque lux natalis  
Finem fert erroribus;  
Virginalis flos illuxit,  
Vita tota formam duxit  
Vitae novae moribus.
4. Salve, tantae puritatis  
Vas, ut regem maiestatis  
De supernis traxeris,  
Gabriele nuntiante  
Inaudita post et ante  
Nuntia susceperis.
5. Salve, tutrix castitatis  
Nec adhaerens nuntiatis,  
Donec certa fieres,  
Salvo virginali flore  
Quod caelesti fusa rore  
Filium conciperes.
6. Salve, casta Sunamitis,  
Fide credens inauditis,  
Dei plena radio;  
Salve, lux humilitatis,  
Te ancillam vocans gratis  
Data regi filio.
7. Salve, spiritu lustrata,  
Salve, carne repurgata  
Caeli refrigerio;  
Salve, Deo superfusa,  
Salve, generans conclusa  
Cordis ex incendio.
8. Salve, Deum ventre gerens,  
Qui humanum genus maerens  
Per te sic laetificat;  
O quam gaudens cecinisti,  
Alvo Christum cum sensisti,  
Canticum Magnificat!
9. Salve, partu singularis,  
Virgo gignens virgo parvis,  
Virginum purissima;  
Gaude tanti vultum regis  
Videns, cuius pannis tegis  
Membra sincerissima.
10. Salve, tantam gerens prolem,  
Fructum vitae laesis, solem  
Tenebratis proferens,  
Visionem pastoralem  
Stellam viamque regalem  
Corde puro conferens.
11. Salve, lege volens regi,  
Non astricta tamen legi  
Purgandae puerperae;  
Nam impurum nil sensisti  
Nec de viro concepisti,  
Sed de Dei munere.
12. Salve, templo figurali  
Finem cultui legali  
Ferens tuum filium,  
Simeone gratulante  
Sed et tibi comminante  
Suae mortis gladium.
13. Salve, tutrix Nazarei,  
Qui est omnis tutor rei,  
Secessu Aegyptio,  
Tui cura et custodis  
Frustrans furiam Herodis  
Fugiens cum filio.
14. Salve, gratulans infantem  
Ex Aegypto remeantem  
Galilaeae civibus;  
Sic stans extra nunc Iudaeam  
Tandem visitabit eam  
Veniens ex gentibus.
15. Salve, Iesum quae latentem  
Repperisti disserentem  
Tridui post reditum;  
Laeta tecum reduxisti,  
Gaudens tecum tenuisti  
Regem regum subditum.
16. Salve, cernens coruscantem  
Miris factis et monstrantem  
Deitatis gloriam,  
Operando potestatem,  
Praedicando veritatem,  
Vitae sanctimoniam.

- |  |  |
|--|--|
| <p>17. Salve, grandi cum dolore<br/>Iesum madidum cruore<br/>Cernens in patibulo;<br/>Sed hinc minus doluisti,<br/>Quod hunc pati credidisti<br/>Pro salvando saeculo.</p> | <p>22. Salve, caelitus assumpta,<br/>Non mens sola, sed resumpta<br/>Corporis substantia,<br/>Ubi sola te transcendit.<br/>Olim in te qui descendit,<br/>Incarnati gloria.</p> |
| <p>18. Salve, salutis alumna,<br/>Salve, fidei columna,<br/>In qua fides floruit,<br/>Quando percusso pastore<br/>Grex dispersus est timore<br/>Et in fide corrui.</p>     | <p>23. Salve, iubar singulare,<br/>Caeli summi luminare<br/>Toti mundo radians.<br/>Universum restauratum<br/>Per te videns et substratum<br/>Tibi digne glorians.</p>         |
| <p>19. Salve, Iesum triumphantem<br/>Et infernum spoliante<br/>Cognoscens cum gaudio.<br/>Et post mortem vitae datum<br/>Vique sua suscitatum,<br/>Gaudens tali filio.</p> | <p>24. Salve, virgo tam sublimis,<br/>Carceratos nos in imis<br/>Prece tua libera.<br/>In te iuva confidentes<br/>Et devote recensentes<br/>Data tibi munera.</p>              |
| <p>20. Salve, virgo, videns laeta<br/>Mala mundi post deleta<br/>Conscendentem filium,<br/>Super solium caeleste<br/>Concurrente turba teste<br/>Civium caelestium.</p>    | <p>25. Salve, sola spes salutis,<br/>Nos in valle servitutis<br/>Pressos tot miseriis<br/>Iuva pia potestate,<br/>Tabescentes egestate<br/>Tuis reple gaudiis.</p>             |
| <p>21. Salve, gaudens contemplata<br/>De supernis destinata<br/>Munera discipulis,<br/>Iuxta filii promissum<br/>Spiritus de caelis missum<br/>Igneis in lingulis.</p>     | <p>26. Hoc in fine, mater, oro,<br/>Votis totis hoc imploro,<br/>Virginum piissima,<br/>A me diligi dignare<br/>Et me digne fac amare<br/>Te, virgo dulcissima.</p>            |
27. Cessent alii amores.  
Tui trahant me odores  
Et incendant gratiae:  
Hoc detinear languore,  
Hoc nutriri da dulcore  
Ad obtentum gloriae.

Collect. ms. Anglicum saec. 13. Cod. Coll. Balliol. Oxonien. 230. add. saec. 13. A. — Collect. ms. Italicum saec. 14. Cod. Marcian. VI 174. B. — Collect. ms. Dunelmense saec. 14. ex. Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. C. — Orat. ms. Augiense saec. 14 15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36. D. — Rotuli

ms. precum *Margaretæ Andegaven., reginæ Angliæ 1445—1448.* Cod. Coll. Iesu Oxoniens. 124. E. — Orat. ms. Flandricum saec. 15. Cod. Bruxellen. 5826. F.

Str. 2 bis 23 inkl. fehlen A. — 1, 5 Da sermonem meditari B. — 2, 2 Ante huic mundo D; Postquam huic B. — 2, 5 Ut ne CD; totam B. — 4, 2 virga regem B. — 4, 6 susciperes D. — 5, 1 turris C; nutrix E; mater D. — 5, 2 adhaeres D. — 5, 4 Salve DEF. — 5, 5 Quae caelesti BD. — 6, 1 sola mitis F. — 6, 3 plena gaudio E. — 6, 4 Ave, lux D. — 6, 5 vocant B. — 6, 6 Dato regni solio CE; Data regni solio D. — 7, 1 illustrata F. — 7, 2 carne fehlt C. — 7, 6 in incendio E. — 8, 2 Qua E. — 8, 3 Per te hoc laetificat D. — 8, 4 gaudens occurristi B. — 8, 5 gaudens genuisti D. — 9, 2 Virgo manens D. — 9, 4 Gaudet vultum tanti B; Ave, vultum tante regis D. — 9, 5 eius pannis D; pannis regis DEF. — 10, 1 geris F. — 10, 2 lapsum [l. lapsis] solem D. — 10, 6 proferens C; perferens DF. — 11, 2 astricta vero legi B. — 12, 4 Simeonem gratulantem D. — 12, 5 tibi comminante B; Atque tibi comminantem D. — 13, 2 Quae est tutor omnis D. — 13, 3 Secessu in Aegypto D. — 13, 4 Tui iura cum custodis C; Cui curam cum custodis E. — 13, 5 furias D. — 14, 4 nunc fehlt D; Sic stans non extra B; Sic reducens ad F. — 14, 5 visitabat B; visitasti D. — 15, 1 Salve Christum BCDE; reclusisti B. — 16, 6 Vita BE. — 17, 2 Christum BCEF. — 17, 4 hinc fehlt D. — 17, 5 Quod tunc D. — 17, 6 pati doluisti C. — 18, 2 Ave D. — 18, 5 dispersus prae timore D. — 18, 6 Dum in fide D. — 18, 6 Gaude EF. — 19, 6 Gaude tali BC. — 20, 2 Mundi huius post D. — 20, 3 Concedentem B; Ascendentem D. — 20, 4 Supra BCE. — 20, 5 Occurrente D. — 21, 6 In liguis igneis D. — 22, 4 solam ACEF. — 22, 6 incarnata C. — 23, 2 summum BCDE. — 23, 5 Pro te F. — 24, 4 In te vive confidentes B. — 24, 6 Tua sancta munera D. — 25, 1 Salve, schola, spes C; Salve, spes nostrae salutis D. — 25, 3 Pressus D. — 25, 4 Iuva tua pietate BD. — 25, 6 reple copiis BF. — 26, 3 purissima D. — 26, 6 Virgo dilectissima D. — 27, 2 me dulciores D. — 27, 3 incendant D; intendant E. — 27, 4 detineant C. — 27, 5 Hoc nutriti da C; Hoc nutri tuque dulcore F. — 27, 6 Ad optatum D.

„Iubilis sancti Bernardi abbatis ad Mariam virginem de omnibus deliciis eiusdem“ D. — Die Handschrift F bemerkt zu diesem Liede u. zu Nr. 395(6) das Folgende:

„Simplex pertractatio deliciarum virginis gloriosae: item meditatio de sacramento altaris perutilis.

Universi noverint christifideles, quod anno Domini 1276 existente anno primo pontificatus Domini papae Nicolai tertii, qui vocabatur dominus Iohannes Gaytans[!] eodem anno frater Iohannes Anglicus, lector fratrum minorum, Romae composuit duas salutationes, unam de beata virgine Maria et alteram de sacramento altaris, quas scripsit in quadam scedula, quam scedulam pependit iuxta ostium altaris domini papae in ecclesia beati Petri Romae. Et eodem anno ego Iohannes Iudoci Flandrigena, Morinensis dioecesis, iuvenis clericus existens in curia Romana et impetratione mea perpetrata in forma communi copiam praedictarum salutationum obtinui gratiose. Deinde anno Domini 1326 ego praedictus Iohannes Iudoci, senex effectus et debilis, quia per 48 annos curam animarum personaliter obtinui et ad praesens habeo curam animarum parochiae Montis glaciei i. e. de Ysembelghe in territorio Furnensi, et maxime desiderans salutem animarum omnium fidelium christianorum, et ideo praedictas salutationes, quae praevalent omni auro et argento et omni lapide pretioso, in quadam scedula scriptas nomine testamenti mei multis praelatis et presbyteris curatis Morinensis dioecesis destinare propono. Quam scedulam, domini mei, in ecclesiis vestris, si vobis placuerit, honeste ponatis, ita quod quilibet fidelis literatus valeat copiam obtinere. Valete in nostro salutari, pro me et pro fratre Iohanne Anglico, compositore praedictarum salutationum, si placuerit, velitis orare“. — Die Lesarten von ACE verdanke ich Rev. H. M. Bannister.

398. (9.) *Philomena.*

I. *Prooemium.*

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. <i>Philomena, praevia<br/>temporis amoeni,<br/>Quae recessum nuntias<br/>imbris atque caeni,<br/>Dum demulces animos<br/>tuo cantu leni,<br/>Avis prudentissima,<br/>ad me. quaeso, veni.</i></p>  | <p>6. <i>De hac ave legitur,<br/>quod, cum deprehendit<br/>Mortem sibi proximam,<br/>arborem ascendit<br/>Summoque diluculo<br/>sursum rostrum tendit<br/>Diversisque cantibus<br/>totam se impendit.</i></p>     |
| <p>2. <i>Veni, veni, mittam te.<br/>quo non possum ire,<br/>Ut amicum valeas<br/>cantu delinire.<br/>Tollens eius taedia<br/>voce dulcis lyrae,<br/>Quem. heu. modo nequeo<br/>verbis convenire.</i></p> | <p>7. <i>Cantilenis dulcibus<br/>praevenit auroram,<br/>Sed cum dies rutilat<br/>circa primam horam,<br/>Elevatur altius<br/>vocem in sonoram,<br/>In cantando nesciens<br/>pausam sive moram.</i></p>            |
| <p>3. <i>Ergo, pia, supplicas<br/>meum imperfectum<br/>Salutando dulciter<br/>unicum dilectum<br/>Eique denunties,<br/>qualiter affectum<br/>Sit cor meum iugiter<br/>eius ad prospectum.</i></p>        | <p>8. <i>Circa vero tertiam<br/>quasi modum nescit,<br/>Quia semper gaudium<br/>cordis eius crescit,<br/>Fere guttur rumpitur,<br/>sic vox invalescit,<br/>Et quo cantat amplius,<br/>et plus inardescit.</i></p> |
| <p>4. <i>Quod si quaerat aliquis,<br/>quare te elegi<br/>Meum esse nuntium,<br/>sciat, quia legi<br/>De te quaedam propria,<br/>quae divinae legi<br/>Coaptata mystice<br/>placent summo regi.</i></p>   | <p>9. <i>Et cum in meridie<br/>sol est in fervore,<br/>Tunc dirumpit viscera<br/>nimio clamore,<br/>Oci, oci clamitat<br/>illo suo more<br/>Sicque sensim deficit<br/>cantus prae labore.</i></p>                 |
| <p>5. <i>Igitur, carissime,<br/>audi nunc attente,<br/>Nam si cantum volucris<br/>huius serves mente,<br/>Eius imitatio<br/>spiritu docente<br/>Te caelestem musicum<br/>faciet repente.</i></p>         | <p>10. <i>Sic quassatis organis<br/>huius philomenae,<br/>Rostro tantum palpitans<br/>fit exsanguis paene,<br/>Sed ad nonam veniens<br/>moritur iam plene,<br/>Cum totius corporis<br/>dirumpuntur venae.</i></p> |

11. Ecce, dilectissime,  
breviter audisti  
Factum huius volucris,  
sed, si meministi,  
Diximus iam primitus,  
quia cantus isti  
Mystice conveniunt  
legi Iesu Christi.
12. Restat, ut intellegas  
esse philomenam  
Animam virtutibus  
et amore plenam,  
Quae, dum mente cogitat  
patriam amoenam,  
Satis favorabilem  
textit cantilenam.
13. Ad augmentum etenim  
suae sanctae spei  
Quaedam dies mystica  
demonstratur ei,  
Porro beneficia,  
quae de manu Dei  
Homo consecutus est,  
horae sunt diei.
14. Mane vel diluculum  
hominis est status,  
In quo mirabiliter  
Adam est creatus;  
Hora prima, quando est  
Christus incarnatus;  
Tertiam die spatium  
eius incolatus;
15. Sextam, cum a perfidis  
voluit ligari,  
Flagellari, conspui,  
dire cruciari,  
A Iudaeis perfidis  
nequiter tractari,  
Crucifigi denique,  
clavis terebrari.
16. Nonam die, cum moritur,  
quando consummatus  
Cursus est certaminis,  
quando superatus  
Est omnino zabulus  
et hinc exturbatus;  
Vesperam, cum Christus est  
sepulturae datus.

## II. Cantus in Diluculo.

17. Diem istam anima  
commorans in hortis  
Suae facit terminum  
spiritalis mortis,  
Scandens crucis arborem,  
in qua leo fortis  
Vicit adversarium  
fractis mortis portis.
18. Statim cordis organa  
sursum elevando,  
Suum a diluculo  
cantum inchoando  
Laudat et glorificat  
Deum replicando  
Ei, quam munificus  
fuit hanc creando.
19. Pie, inquit, conditor,  
quando me creasti,  
Quam sit tua pietas  
larga, declarasti,  
Nam consortem gloriae  
tuae cogitasti  
Facere gratuito,  
gratis quam amasti.
20. O quam mira dignitas  
mihi est concessa,  
Cum imago Domini  
mihi est impressa,  
Sed crevisset amplius  
dignitas possessa,  
Nisi iussum Domini  
fuissem transgressa.

21. Nam tu, summa caritas,  
tibi cohaerere  
Me volebas iugiter  
sursumque habere  
Dulce domicilium  
tecumque manere  
Et me velut filiam  
alere, docere.
22. Ex tunc disposueras  
me coadunare  
Caelicis agminibus  
teque mihi dare,  
Sed pro tanta gratia  
quid recompensare  
Possum, prorsus nescio,  
nisi te amare.
23. Unica suavitas,  
unica dulcedo,  
Cordium amantium  
salutaris praedo,  
Totum, quidquid habeo  
vel sum, tibi dedo,  
Denique depositum  
meum tibi credo.
24. Oci cantat tale cor  
gaudens in pressura,  
Dicens, quia dignum est,  
ut a creatura  
Diligatur opifex  
talis mente pura.  
Ei cum exstiterit  
de se tanta cura.

### III. Cantus ad Primam.

25. Sic mens hoc diluculum  
transit meditando;  
Sed ad Primam transferens  
vocem exaltando.  
Tempus acceptabile  
pie ruminando,  
In quo venit Dominus  
carne se velando.
26. Tunc liquescit anima  
tota per amorem.  
Pavida considerans  
omnium auctorem  
Vagientem puerum  
iuxta nostrum morem,  
Ut curaret veterem  
servuli languorem.
27. Plorans ergo clamat:  
dic, fons pietatis,  
Quis te pannis induit  
nostrae paupertatis?  
Tibi quis consuluit  
sic te dare gratis,  
Nisi zelus vehemens,  
ardor caritatis?
28. Digne zelus vehemens  
est hic ardor dictus,  
Cuius est dominio  
rex caelorum victus,  
Cuius sanctis vinculis  
captus et constrictus  
Pauperis infantuli  
pannis est amictus.
29. O praedulcis parvule,  
puer sine pari,  
Felix, cui datum est  
te tunc amplexari,  
Pedes, manus lambere,  
de te consolari,  
Tuis in obsequiis  
iugiter morari.
30. Heu me, cur non licuit  
mihi demulcere  
Vagientem parvulum,  
dulciter tenere,  
Illos artus teneros  
sinu refovere  
Eiusque cuuabulis  
semper assidere.



31. Credo, pius parvulus  
hoc non abhorreret,  
Immo more parvuli  
forsan arrideret  
Nec se a pauperculo  
tangi prohiberet  
Et petenti veniam  
facile faveret.
32. Felix, qui tunc temporis  
matri singulari  
Potuisset precibus  
ita famulari,  
Ut in die sineret  
semel osculari  
Suum dulcem parvulum  
eique iocari.
33. O quam dulce balueum  
ei praeparassem.  
O quam libens umeris  
aquam adportassem,  
Praesto matri virgini  
semper ministrassem  
Pauperisque parvuli  
pannulos lavassem.
34. Sic affecta pia mens  
sitiit paupertatem,  
Cibi parcimoniam,  
vestis vilitatem,  
Labor ei vertitur  
in iucunditatem,  
Vilem esse saeculi  
dicit venustatem.

IV. Cantus ad Tertiam.

35. Ergo sic infantiam  
Christi recolendo,  
Horae primae canticum  
strenue psallendo,  
Transitum ad Tertiam  
facit recolendo,  
Quanta Christus passus est  
homines docendo.
36. Tunc cum fletu recolit  
illius labores,  
Sitim, famem, frigora,  
aestus et sudores,  
Quae dignanter pertulit  
propter peccatores,  
Dum illorum voluit  
innovare mores.
37. Mox amoris facibus  
tota concremata  
Oci, oci clamat  
avis haec beata,  
Mundo mori cupiens,  
quia via lata,  
Ei foetet saeculi,  
sic est delicata.
38. Clamat ergo: Domine,  
dulcis praedicator,  
Exsulum refugium,  
pauperum amator,  
Qui es paenitentium  
pius consolator,  
Post te debet currere  
iustus et peccator.
39. Iusto quippe regula  
tua est doctrina.  
Peccatorum speculum,  
vitae disciplina,  
Fessis et debilibus  
efficax resina,  
Aegris et languentibus  
potens medicina.
40. Primus in hoc saeculo  
caritatis scholam  
Instaurasti, quaerere  
docens Dei solam  
Gloriam, deponere  
gravem mundi molam  
Et sic posse perditam  
rehabere stolam.

41. Sed hanc scholam temere  
mundus irridebat,  
Spernens et adnihilans,  
quidquid promittebat;  
Tua vero bonitas  
vices non reddebat,  
Immo paenitentibus  
totum ignoscebat.
42. Quippe cui proprium  
erat misereri,  
Diligi desiderans  
magis, quam timeri,  
Ubera, non verbera  
proferens austeri  
Praeceptoris noluit  
more revereri.
43. Hoc in adulterio  
novit deprehensa,  
Quam sit tua pietas  
dulcis et immensa,  
Magdalena sensit hoc,  
ei cum offensa  
Est dimissa, gratia  
multiplex impensa.
44. Ut quid multa dicerem?  
quotquot sunt secuti  
Eius magisterium,  
a suis abluti  
Vitiis sunt, optimis  
moribus imbuti  
Et ab hostis invidi  
fraude facti tuti.
45. Felix, cui licuit  
sub hoc praeceptore  
Conversari iugiter  
et ab eius ore  
Mel caeleste sugere,  
cuius prae dulcore  
Amarescunt cetera,  
plena sunt foetore.
46. Haec et multa talia  
dum mens meditatur,  
Ad reddendas gratias  
tota praeparatur,  
Et laudando Dominum  
magis inflammatur,  
Sicque horae tertiae  
cantus terminatur.

V. Cantus ad Meridiem.

47. Oci, oci anima  
clamat in hoc statu,  
Crebro fundens lacrimas  
sub hoc incolatu,  
Laudans et glorificans  
magno cum conatu  
Christum, qui tot pertulit  
suo pro reatu.
48. In hac hora pia mens  
ebria videtur,  
Sed circa meridiem  
calor cum augetur,  
Ut amoris iaculo  
tota perforetur,  
Mox ab illa passio  
Christi recensetur.
49. Plorans ergo respicit  
agnum delicatum,  
Agnum sine macula,  
spinis coronatum,  
Lividum vulneribus,  
clavis terebratum,  
Per tot loca corporis  
totum cruentatum.
50. Tunc exclamat milies  
oci cum lamentis,  
Oci, oci miseram,  
quia meae mentis  
Turbat statum pallidus  
vultus morientis  
Et languentes oculi  
in cruce pendentis.

51. Quare sic decuerat,  
inquit, te benignum  
Agnum mortis exitum  
pati tam indignum?  
Sed sic disposueras  
vincere malignum,  
Et hoc totum factum est  
ad amoris signum.
52. Haec amoris signa sunt,  
quae postrema primis  
Copulans associas,  
summa iungens imis,  
Monstrans, quod sic moriens  
nos amares nimis;  
Totum enim effluis  
tot apertis rimis.
53. Tu amicus novus es,  
tu es novum mustum;  
Sic te vocat sapiens,  
et est satis iustum,  
Totus enim effluis  
reddens dulcem gustum,  
Fundens carnis dolium,  
licet vas venustum.
54. Tantis signis monitus  
paenitens iam credat,  
Quod praecordialiter  
Christus ei se dat;  
Ista signa recolam,  
ne me Satan laedat,  
Nam peccati rabiem  
nihil ita sedat.
55. Ista signa recolens  
oci, oci clamo,  
Dulcis Iesu, querula,  
quod te minus amo,  
Stringi tamen cupio  
disciplinae chamo,  
Sicut pro me captus es  
caritatis hamo.
56. Quasi hamum caritas  
tibi praesentavit,  
Mori cum pro homine  
te sollicitavit,  
Sed sub esca placita  
hamum occultavit,  
Cum lucrari animas  
te per hoc monstravit.
57. Te quidem aculeus  
hami non latebat.  
Sed illius punctio  
te non deterrebat,  
Immo hunc impetere  
tibi complacebat,  
Quia desiderium  
escae te trahebat.
58. Ergo pro me misera,  
quam tu dilexisti,  
Mortis in aculeum  
sciens impegisti,  
Cum te patri victimam  
sanctam obtulisti  
Et in tuo sanguine  
sordidam lavisti.
59. Quis miretur igitur,  
si pro te suspiro,  
Iuncta sine meritis  
tam zelanti viro?  
Nam affectum allicis  
meum modo miro,  
Pro me vitam finiens  
exitu tam diro.
60. Vere iam non debeo  
tantum suspirare,  
Immo iuxta verbum Iob  
carnem lacerare,  
In caverna lateris  
nidum praeparare  
Et extremum spiritum  
illic exhalare.

61. Plane, nisi moriar,  
 tecum non quiescam.  
 Oci, oci clamitans  
 nunquam conticescam,  
 Ab hoc desiderio  
 vere non tepescam,  
 Quantumcunque plus in hoc  
 saeculo vilescam.
62. Tunc ut demens clamitat:  
 veniant lanistae,  
 Qui adfigant miseram  
 cruci tuae. Christe;  
 Erit enim exitus  
 dulcis mihi iste,  
 Si complectar moriens  
 propriis ulnis te.
63. Vere sic, non aliter  
 rabies doloris.  
 Qua cor meum singulis  
 terebratur horis,  
 Deliniri poterit,  
 nisi tu, dulcoris  
 Fons abundans, medicus  
 mei sis languoris.
64. Sane dulcis medicus  
 es, qui nunquam pungis,  
 Sed a corde vitium  
 leniter emungis;  
 Nam, quos tibi firmiter  
 per amorem iungis,  
 Tuis charismatibus  
 semper eos ungis.
65. Heu, quam damnabiliter  
 mundus est caecatus,  
 Qui cum sit ab hostibus  
 dire vulneratus,  
 Hunc detrectet medicum,  
 cum sit tam paratus,  
 Languidis aperiens  
 suum dulce latus!
66. Heu, cur beneficia  
 Christi passionis  
 Penes te memoriter,  
 homo, non reponis?  
 Per hanc enim rupti sunt  
 laquei praedonis,  
 Per hanc Christus maximis  
 te ditavit bonis.
67. Suo quippe corpore  
 languidum te pavit,  
 Quem in suo sanguine  
 gratis balneavit,  
 Post hoc suum dulce cor  
 tibi denudavit,  
 Ut sic innotesceret,  
 quantum te amavit.
68. O quam dulce balneum,  
 esca quam suavis,  
 Quae sumentis digne fis  
 paradisi clavis!  
 Ei, quem tu reficis,  
 nullus labor gravis,  
 Licet sis fastidio  
 cordibus ignavis.
69. Cor ignavi siquidem  
 minime perpendit,  
 Ad quid Christus suum cor  
 homini ostendit,  
 Super alas positum  
 crucis nec attendit,  
 Quod reclinatorii  
 vices hoc praetendit.
70. Hoc reclinatorium  
 quotiens monstratur  
 Piae menti, totiens  
 ei glutinatur,  
 Et sicut accipiter  
 totus inescatur  
 Super carnem rubeam,  
 per quam revocatur.

71. Post hoc clamat anima  
quasi dementata:  
O reclinatorium,  
caro cruentata  
Per tot loca propter me,  
cur non cruciata  
Tecum sum, dum moreris,  
tibi colligata?
72. Quamvis tamen miserae  
istud sit negatum,  
Mihī quendam eligam  
novum cruciatum,  
Gemitum videlicet  
iugemque ploratum,  
Donec mundi deseram  
gravem incolatum.
73. Post haec dulcis anima  
plus et plus fervescens  
Sensu tota deficit,  
corpore tabescens  
Iam vix loqui sufficit,  
sed affectu crescens  
Suo lecto recubat  
utpote languescens.
74. Ergo dulcis gutturis  
organo quassato,  
Lingua tantum palpitans  
sonitu sublato,  
Sed pro verbis pia mens  
fletu compensato  
Lamentatur Dominum  
corde sauciato.
75. Sic languenti siquidem  
nil nisi plorare  
Potest satisfacere,  
sive suspirare;  
Suos enim oculos  
nequit revocare  
A Christi vulneribus  
aut cor separare.
76. Sic est autem animus  
illius illectus,  
Quasi ei praesens sit  
moriens dilectus,  
Nec a cruce Domini  
retrahit aspectus,  
Quia ibi oculus,  
ubi est affectus.
77. Gemitus, suspiria,  
lacrimae, lamenta,  
Sibi sunt deliciae,  
cibus, alimenta,  
Quibus nova martyr est  
iugiter intenta,  
Suoque martyrio  
praebent incrementa.

VI. Cantus ad Nonam.

78. In hoc statu respuit,  
quidquid est terrenum,  
Mundique solacium  
reputat venenum,  
Sed ad Nonam veniens  
moritur ad plenum,  
Cum amoris impetus  
rumpit carnis frenum.
79. Nam cum *Consummatum est*  
recolit clamasse  
Hora nona Dominum  
et sic exspirasse,  
Quasi simul moriens  
clamat penetrasse  
Vocem istam suum cor  
atque lacerasse.

80. Ferre tandem impotens  
iaculum tam forte,  
Moritur, ut dictum est,  
sed felici morte;  
Nam panduntur protinus  
ei caeli portae,  
Dignam ut intellegat  
se sanctorum sorte.
81. *Requiem* pro anima  
tali non cantamus,  
Immo est Introitus  
missae *Gaudeamus*,  
Quia, si pro martyre  
Deum exoramus,  
Ut decretum loquitur,  
ei derogamus.
82. Eia, dulcis anima,  
eia, rubens rosa,  
Lilium convallium,  
gemma gratiosa,  
Cui carnis exstitit  
foeditas exosa,  
Felix tuus exitus  
morsque pretiosa.
83. Felix, quae iam frueris  
reque cupita,  
Inter sponsi brachia  
dulciter sopita  
Eiusque spiritui  
fortiter unita,  
Ab eodem recipis  
oscula mellita.
84. Iam quiescant oculi,  
cesset aquaeductus,  
Nam ex parte percipis  
spei tuae fructus,  
Quia, per quem saeculi  
evasisti fluctus,  
Tuos inter oscula  
consolatur luctus.
85. Dic, dic, dulcis anima,  
ad quid ultra feres?  
Habes caeli gaudium  
tecum, et lugeres?  
Et si velles amplius,  
certe non valeres,  
Quia salus omnium  
est, cui adhaeres.
86. Sed iam metrum finio,  
ne sim taediosus,  
Nam si vellem scribere,  
quam deliciosus  
Sit hic status animae  
quamque gloriosus,  
A malignis dicerer  
fallax et mendosus.
87. Quidquid tamen alii  
dicunt, frater care,  
Istam novam martyrem  
libens imitare,  
Dumque talis fueris,  
Christum deprecare,  
Ut nos cantus martyris  
doceat cantare.

Collect. ms. S. Cuthberti Dunelm. saec. [13. et] 14. Cod. Oxonien. Laud. miscell. 368. A. — Collect. ms. Anglicum saec. 15. in. Cod. Oxonien. Rawlinson A 389. B. — Collect. ms. Anglicum saec. 14. Cod. Cantabrigien. Ee VI 6. C. — Collect. ms. Anglicum saec. 15. Cod. Cantabrigien. Dd IV 35. D. — Collect. ms. Anglicum saec. 15. Cod. Londinen. Reg. 8 G VI. E. — Collect. ms. Gottwicense saec. 14. [et 15.] Cod. Gottwicen. 192. F. — Collect. ms. Campense saec. 14/15. Cod. Vindobonen. 883. G. — Collect. ms. Claustrii Superioris apud Nursiam saec. 15. Cod. Vindobonen. 4547. H. — Orat. ms. Caelestin. S. Mariae de Parisius saec. 15. Cod. Mazarin. 3897 (605). I. — Collect. ms. Roggenburgense saec. 15. Clm. Monacen. 15312. K. — Collect. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruban. Augien. 36. L. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19824. M.

Str. 1 bis 7 fehlen C. — 1, 4 atque sceni EM; nivis, brumae, caeni L.

— 1, 5 Dum mulcescis FKM. — 1, 6 cantu tuo A. — 1, 7 Avis prae-  
dulcissima ABDEGHIL. — 1, 8 quero E. — 2, 1 Veni, precor, mittam te  
L. — 2, 3 Ut dilectum H; dilectam FG. — 2, 5 eius tristitia KM. — 2, 6  
vice dulcis BEI; sono dulcis F. — 2, 7 Quam FGH; modo nescio FHK. —  
3, 4 cor mihi dilectum FG. — 3, 8 ad eius I; profectum FGHI; in aspectum  
A. — 4, 4 sciant I. — 4, 7 Et optato munere K; Adoptata mystica G. —  
4, 8 summo placent BE. — 5, 1 carissima ABDEFGI. — 5, 3 cantu G. —  
5, 4 serves huius A; servas GH. — 5, 5 Et secutus fueris H. — 5, 7  
musicam AI; tibiam GH; scire tuam musicam L. — Nach Str. 5. „Explicit  
prologus“. Incipit carmen Philomena M. — 6, 2 deprehendi G. — 6, 3  
proprium E. — 6, 4 ascendi G. — 6, 6 rostrum sursum FGHKM; tendi G.  
— 6, 7 Et diversis F; Diversis melodiis L. — 6, 8 se totam BDEI; impendi  
G. — 7, 2 praeivat M. — 7, 3 rutilat dies I. — 7, 5 Elevata dulcius M. —  
7, 6 in canoram ABDEFL. — 7, 8 neque moram IL. — 8, 2 moram nescit  
H. — 8, 4 eius cordis I; cordis ei L. — 8, 7 Ex quo I; cantat altius  
FGHIKM. — 8, 8 hinc plus D; hic plus A; magis inardescit H. — 9, 1 At  
cum H; Sed cum LM. — 9, 2 solet in fervore F. — 9, 3 discerpit viscera  
FGH. — 9, 5 clamitans CDEFIL. — 9, 6 fehlt G; illa suo H. — 9, 7 sensu  
FH; sensus CD. — 9, 8 dolore L. — 10, 1 cassatis ABCDE. — 10, 3 tamen  
palpitans HLM. — 10, 5 Sic ad nonam H; iam pene G. — 11, 1 Ecce,  
dilectissima FG; Ecce, o duleissima ABE: Ecce, iam duleissima D: Ecce,  
nunc duleissima H: En, dilecte frater mi L. — 11, 2 quia breviter L. —  
11, 5 Dicimus D; Factus sum tam L. — 12, 1 ut intellegam G; ut intellego  
FM. — 12, 5 mente peragrat FGHKM; mente pertractat I. — 12, 7 delecta-  
bilem GKM. — 12, 8 tesit L. — 13, 2 sanctae suae F. — 13, 3 Quae dum  
mystica dies F; quidam dies mystici M. — 13, 4 demonstrantur M. — 13, 8  
sunt horae FGHM. — 14, 4 homo est F. — 14, 5 Prima quando filius H.  
— 14, 5 Dei incarnatus H. — 14, 5 sq. Christus est A. — 14, 7 Tertia  
est spatium C; Tertia dum Pontio H. — 14, 8 esse incolatus M; Pilato  
immolatus H. — 15, 1 Sexta cum CG; Sexta dum H. — 15, 4 dure cruciari  
GM; dire cruciari D; spinis coronari L. — 15, 5 und 6 fehlen L. — 15, 5  
bis 8<sup>r</sup> lauten in FGHKM:

Crucifigi denique, clavis terebrari  
Caputque sanctissimum spinis coronari.

Nach 15, 8 in L:

Pendens cum latronibus tandem lanceari.

16, 1 Nona cum sic moritur G; Nona vero moritur H; Nonam, quando  
moritur F; Sed nona cum L. — 16, 6 conturbatus G; effugatus L. — 16, 7  
Vespera GHIL. — 17, 1 ictum GH. — 17, 2 meditans in F. — 17, 4  
specialis C. — 17, 5 Crucis scandens A. — 17, 8 mortis fractis portis  
mortis ABCH. — 18, 1 Sique cordis L; cordis organum FGM; fractis portis  
G; mentis organum CD. — 18, 3 Eum a diluculo C; Summoque diluculo H. —  
18, 5 Pandat et B. — 18, 6 meditando F. — 18, 7 Ei quam magnificus ABFH;  
Ei quam mirificus I; Sibi quam mirificus M; Quantumque mirificus L. —  
19, 1 Die, inquit D; Clemens, inquit L. — 19, 3 Quam sic H; Quam sit  
larga pietas F; Quam larga sit pietas L. — 19, 4 tua declarasti FL. —  
19, 6 tuae coaptasti L. — 19, 7 gratuitam H. — 19, 8 quem ABCEFIM.  
— 20, 2 est mihi BCDE. — 20, 6 dignitas concessa H; res possessa  
M. — 21, 1 summa deitas G. — 21, 4 tecumque habere AC; et tecum  
habere F; tecum habere D. — 21, 5 bis 32, 5 fehlen G. — 21, 7 me fehlt  
D; Et me velis filiam A; Et me velut filium IM. — 21, 8 et docere D;  
fovendo docere L. — 22, 1 iam tunc F. — 22, 5 pro tua gratia F. — 22, 7  
Possim BFIL. — 22, 8 fehlt F. — 23, 4 salvatoris praedo CD. — 23, 5  
totum quod. D. — 23, 6 aut sum L; tibi cedo BH; tibi redo AD; tibi  
reddo I. — 23, 7 Meumque depositum L. — 23, 8 tibi, Iesu, credo L. —  
24, 1 clamat F; cantant D. — 24, 1 sq. Congaudens tale cantat oei in

pressura L. — 24, 7 Cum diligentis fuerit AC: Cum diligenti fuerat E: Cum dilecta fuerit B; Cui diligens fuerit DI: Cum de ipsa fuerit L. — 24, 8 tanta de se cura H; de te tanta G: de me tanta F; illi tanta L. — Str. 25 fehlt AD. — 25, 1 diluculo C. — 25, 2 pergit meditando L. — 25, 4 elevando F. — 26, 1 Hinc liquescit D: Sic liquescit L. — 26, 4 aetorem E. — 26, 5 Vagientem parvulum ACDEHILM. — 27, 1 clamita L. — 27, 2 Diffons pietatis A. — 27, 5 Quis tibi ABCEI: Quis te D. — 27, 7 Nobis nisi vehemens L. — 28, 1 Dignus C. — 28, 2 hic amor CDE. — 28, 3 Per quam sponte Dominus L. — 28, 4 sq. und 5 sq. umgestellt C. — 28, 4 est caelorum L. — 28, 5 Suis sanctis C. — 29, 1 Pie dulcis D. — 29, 2 Iesu sine L. — 29, 4 cui nunc D. — 29, 5 Manus, pedes H. — 29, 6 flentem consolare FHM. — 29, 7 Tuis et obsequiis L. — 29, 8 digne mancipare L. — 30, 1 Heu, heu, cur non H; Heu cur me D. — 30, 3 puerum H. — 30, 4 et cum flente flere FHKM; blandaque tenere L. — 30, 5 Illius artus D; teneres E. — 30, 6 confovere HM. — 31, 1 Puto pius FHKLM. — 31, 2 haec FHIKM. — 31, 3 sq. und 5 sq. umgestellt FHILM. — 31, 4 forsitan rideret H. — 31, 7 Et peccanti veniam F. — 31, 8 facillime faveret BE: facile praeberet HL. — 32, 6 semel amplexari H. — 32, 7 pedes sui parvuli L. — 32, 8 locari E. — 33, 1 sq. und 3 sq. umgestellt FH. — 33, 1 O quam libens balneum FGIK: Et quam libens balneum H. — 33, 3 humero CD; libens humilis H: Quam libens in humeris M. — 33, 5 In hoc libens virgini FGHKM: O quam matri L. — 33, 7 Pannulosque parvuli H; Eiusque infantuli L: Ut sic tristem animum F. — 33, 8 pannulos levassem G; pauperis lavissem H: meum recreassem F. — 34, 3 parsimoniam L. — 34, 7 saeculi fehlt M: saeculo H. — 35, 2 retexendo FGHKM. — 35, 3 primae strenue A. — 35, 6 revolvendo L. — 35, 4 canticum psallendo A; strenue canendo IM. — 35, 7 Quantum FI: Christus pertulit L. — 35, 8 hominem C; populos docendo A. — 36, 1 recitat FGHKM: replicat L. — 36, 4 et dolores L. — 36, 5 dignanter passus est L. — 36, 8 emendare L. — 37, 1 Mox illorum fascibus ABCDE; illorum facibus I. — 37, 4 mente sublimata L. — 37, 6 cuius via lata FK. — 37, 7 Ei foret saeculi C; Et foetet saeculi D; Cui foetet saeculum FK. — 37, 8 sic est Deo data I. — 38, 1 Domino CDEIL; Dominus G. — 38, 3 O exsulum E. — 38, 5 Atque paenitentium L. — 39, 1 Iusta EFG; Iusta nempe L; Iusti HI. — 39, 2 vitae est F; via es M; tu es et doctrina I. — 39, 3 Sanctitatis speculum L. — 39, 4 Menti disciplina F; Mitis disciplina GH; Miti disciplina M; vitae medicina D. — 39, 5 ac L. — 40, 1 Prius in hoc GH. — 40, 3 Instaurare C; Docuisti quaerere G. — 40, 4 Doees BE: ei solam GH; stolam L. — 41, 2 deridebat GL: abhorrebat F. — 41, 3 Spernans G. — 41, 6 vicem F. — 41, 8 remittebat GH. — 42, 1 Quippe tui AB: Quippe tibi CGH. — 42, 3 Desiderans diligi BEI. — 42, 5 Verba et non verbera C. — 42, 7 voluit DG; renuens L. — Nach Str. 42 folgt in D Str. 53. — 43, 1 Haec in FM: Sic in G. — 43, 2 movit F. — 43, 3 Quanta sit H: eius pietas BE. — 43, 3 sq. scilicet pietas G. — 43, 4 scilicet immensa FM; bonitas immensa H. — 43, 5 sentit E: Hoc sensit Magdalene L. — 43, 6 Cum ei L. — 43, 7 et gratia C. — 44, 1 Et quid BCDEGHM: Et quid plura L; Quitquit multa dicere F. — 44, 2 quotquot sint F; quidquid sint secuti G. — 44, 3 tuum magisterium L. — 44, 4 a suis absoluti G; a suis imbuti D. — 44, 5 sunt moribus GHM. — 44, 6 moribus induti D; optimis imbuti GHM. — 45, 1 Quam felix cui L. — 45, 3 Conservari G. — 45, 5 caelestis E; suggere CD. — 45, 7 Pompa mundi vilis est L. — 45, 8 sunt dolore G; plenaque foetore L. — 47, 1 Oci, oci clamitat F. — 47, 2 anima in hoc F. — 47, 3 fundans E. — 47, 6 cum magno ABCEIL: dulci pro palatu F. — 47, 7 Illum qui tot L. — 47, 8 prorsus L: pro suo ABCEI: pro nostro F. — Str. 48 fehlt H. — 48, 1 pura mens M. — 48, 4 cum calor ABCEI. — 48, 6 vita perforatur E. — 48, 7 Sic ab illa I: ab illo G. — 48, 8 remittetur G. — 49, 1 respice L. — 49, 5 verberibus M. — 49, 6 perforatum LM. — 49, 7 loca laterum M; lacrum FG: Ac per eumeta corporis L. — 49, 8 fosság, eruentatum FGHKM: loca eruentatum L. — Str. 50 fehlt G. — 50, 1 Nunc



D; exclama L; exclamat milies FHIM. — 50, 3 misera L: Oci, o me miseram BE; oocy, oocy miseriam D. — 50, 5 Statum turbat L. — 50, 7 languentis D; oculos AC. — 50, 8 cruce morientis I. — 51, 1 Siccine decuratur FGM; decreveras H; decreverat D; Quare sic oportuit L. — 51, 2 Iesu te L; benigno G. — 51, 3 Agni A. — 51, 4 patri iam E; indigno G. — 51, 5 Atque sic H; proposuerat A. — 51, 6 maligno G. — 51, 7 totum pati est M. — 51, 8 ob amoris signum HL; sub amoris signo G. — 52, 1 Haec amoris signa sunt L: Sed amoris A. — 52, 2 et postrema M. — 52, 3 copulas associans AB; copulans associans E; copulans associat FILM; copulansque dulciter G. — 52, 4 summis F. — 52, 5 Monstrans DFHI. — 52, 6 nos amare A; nos amores E; nos amaret F. — 52, 7 Dum te totum funderes FGHILM. — 52, 5 bis 8 lauten in D:

Dum te totum funderes tot apertis rimis,  
Ut et me virtutibus reficeres opimis.

53, 1 Tu verus es amicus L. — 53, 2 atque novum L: tuum novum F. — 53, 4 dignum hoc et iustum L. — 53, 5 affluis M. — 53, 6 dulce BDE. — 53, 7 Mentemque inebrians L. — 53, 8 licet sit vetustum A; licet vas vetustum BCDH; licet vas nec ustum G; facis cor venustum L. — Str. 53 stetit in D hinter Str. 42. — 54, 1 signis paenitens M. — 54, 2 paenitens dum credat F; merito iam credat M. — 54, 3 Quam praecordialiter CDFGHM. — 54, 4 ei cedat AE. — 54, 6 non me Satan G. — 54, 7 peccandi rabiem BCDEL; Nec peccati G. — 54, 8 ita cedat G. — 55, 1 recolans E; recolam C; Mortem Christi recolans L. — 55, 3 Dulce GH; querulor M. — 55, 4 quare te non amo L; nimis amo GH. — 55, 5 Stringi tantum C; cupiens F. — 55, 6 hamo G. — 55, 7 per me G: es fehlt L. — Str. 56 fehlt H. — 56, 3 Cum mori L. — 56, 5 Et cum esca placida BC; Sed hunc hamum placita L. — 56, 6 esca palliavit L. — 56, 7 lucraretur G; Per eum cum lucrari L. — 56, 8 per hoc te monstravit FG; per hoc demonstravit C; animas monstravit L. — 57, 3 Aut illius punctum L. — 57, 4 non te L; detinebat G. — 57, 5 appetere F; competere BEI; Sed sic hunc competere L. — 57, 8 escae attrahebat F; esse detrahebat G; sitis te L. — 58, 1 per me G. — 58, 2 quam sic dilexisti FH. — 58, 5 Dum te GH; Cum tu D; patri hostiam F. — 58, 6 sponte obtulisti L. — 58, 7 in cruce meque tuo L. — 58, 8 sanguine lavisti L. — 59, 1 miratur H. — 59, 2 pro te si FGHM. — 59, 3 merito B; si cuncta sine E. — 59, 5 Cum affectum illieis I. — 59, 6 modum D. — 59, 7 Vitam pro me L. — 59, 8 vere morte dero L. — 60, 4 carnes FGHM; macerare I. — 60, 6 nidulum parare FGHM; iam nidificare L. — 60, 8 illuc BEH. — Str. 61 fehlt G. — 61, 7 Quantumcunque saeculo FM; Quantumcunque polero H; Quantumcunque propter hoc L. — 61, 8 propter hoc vilescam FM; propter te vilescam H. — Str. 62 fehlt G. — 62, 1 Nunc ut DM; En. ut L; clamito LM. — 62, 3 adfigant animam A; effigant miseram E. — 62, 6 mihi dulcis iste BCEFIM. — 62, 7 Si complexar BE; Si amplexar M; Si complector H; Si complectens moriar F; Si complector propriis CD. — 62, 8 moriens ulnis te CD. — 63, 1 Sic, sic et non L. — 63, 3 Quia cor D. — 63, 8 mei sis doloris AFGHM. — 64, 1 Plane dulcis F; Valde dulcis M. — 64, 3 sq. leviter vitium A. — 64, 5 Nam illos, quos firmiter GH. — 64, 4 leviter C. — 64, 7 Tuis caris manibus ABCDE; Tuis sanctis manibus I; In pressuris, gaudiis L. — 64, 8 Supernis inungis L. — 65, 1 quam mirabiliter G. — 65, 2 est creatus AE; caecatus korrig. in creatus B; mundus est datus D. — 65, 5 detractat D; retractat E; detractat FG; refutat H; renuit D; devitat L; declinat M. — 65, 6 tam fehlt G; cuius dulce latus L. — 65, 7 Languido FI; Libens tam aperuit L. — 65, 8 semper sanare paratus L. — 66, 1 sq. und 3 sq. umgestellt H. — 66, 1 O mi beneficia G; Tanta beneficia H. — 66, 2 suae passionis E. — 66, 4 homo cur non H. — 66, 7 Per hunc AC; Christi D; maximus F. — 66, 8 nos ditavit I; donis ABC. — 67, 1 quippe sanguine A. — 67, 2 languidum depavit BE; languido nos pavit I. — 67, 3 Quam H; Quos I. — 67, 4 Christus baiulavit G. — 67, 4 Post hoc dulce

suum D; Post haec suum dulce C; Post haec dulce suum D; Demum suum dulce FGM; Unde suum dulce H; 67, 6 nobis denudavit I. — 67, 1 innotesceres C. — 67, 8 nos amavit I. — 68, 2 cibusque suavis L. — 68, 3 digne sis CDEGH; Qui sumenti L; digne fit LM. — 68, 5 Sed et quem reficis C; Et ei quem M. — 68, 7 Licet sit ADEM. — 68, 8 ignaris B. — 69, 1 ignavum H; ignavus I. — 69, 3 Ad quid Deus GH; Christus homini EGH; Quare Christus homini L; Ad quid homini M. — 67, 4 suum cor ostendit FHLM; cor suum ostendit G. — 69, 5 positus AD. — 69, 6 non attendit E. — 69, 7 Sed reclinatorii M; Quod reclinatorium F; Quod reclinatorii ABDE; Et quis sicut moriens L. — 69, 8 vice hoc ABDE; vires hoc F; videt hoc H; hoc vice I; vices hoc pependit C; vice hoc protendit; in ligno pependit L. — 70, 1 reclamatorium ABCDE. — 70, 3 Pene menti D. — 71, 1 Post haec D. — 71, 2 demendata E. — 71, 3 reclamatorium ABCDE. — 71, 5 Propter me per tot loca L. — 71, 6 non vulnerata F. — 71, 7 cum moreris M; Tecum sum et moriens L. — 71, 8 tecum colligata C; tibi colligata L. — 72, 1 Licet tamen FGM; Licet mihi H. — 72, 2 sit istud L; istud relegatum G. — 72, 3 Mihi enim eligam H. — 72, 5 Geminum E. — 72, 6 luctumque ploratum H. — 72, 7 Dones mundi G. — Str. 73 fehlt M. — 73, 1 sancta anima I. — 73, 2 plus plusque L; fervereit F. — 73, 4 tabescit F. — 73, 5 Iam vis D; Nam vix FGH; Vix iam L. — 73, 6 sed amore L; crescit F. — 73, 7 Suo loco H; Lecto suo L; decubat FGH. — 73, 8 languescit F. — 74, 3 palpitat F; Piae mentis labiis I. — 75, 1 si quidem fehlt H. — 75, 6 nescit revocare FGHM. — 75, 8 aut corde separare C. — 76, 1 Si est BC; Sic autem est F; Sic est enim GH; Sic namque est I; Est namque sic L. — 76, 2 illius electus G; illius allectus H; eius tum illectus M. — 76, 3 praesens ei sit FIM; praesens sit ei GL; praesens moriens H. — 76, 4 Sit ei dilectus H. — 76, 5 sq. fehlen G. — 76, 5 Et a cruce minime FGHM. — 76, 7 ubi H. — 76, 8 ibi est H; ubi est D. — Nach 76, 8 fügt G bei: Illuc[!] solum efficit, purus intellectus. — 77, 1 Hinc fletus, suspiria L. — 77, 3 Sunt sibi I; Cibi sunt L; Tibi sunt G. — 77, 4 et aliena E; dapes, alimentia L. — 77, 6 interim intenta FHM; iterum intenta G. — 77, 7 Suo sic martyrio M. — 77, 8 praebens M; adiumenta G. — 78, 1 Iam hoc statu M. — 78, 8 carnis sumpsit M; rupit carnis G; transit carnis I. — 79, 1 Nam dum BCDIL; Ac dum G; Ac tum H. — 79, 2 recolis E. — 79, 3 nono D. — 79, 5 secum moriens CL. — 79, 6 sentit penetrare L. — 79, 7 illum G; Cor suum clamat ista L. — 79, 8 perforasse BEL. — 80, 1 Ferre quidem L. — 80, 2 iam B. — 8, 4 tam felici H. — 80, 7 Dignum D. — 80, 8 se fehlt D. — 81, 2 huic non F. — 81, 3 introitus est I. — 81, 8 sancto derogamus FGHM. — 82, 1 Ey, dulcis F; O mi dulcis GH. — 82, 2 Ey, dulcis rosa F; Eia dulcis rosa HM. — 82, 4 generosa M; gloriosa I; pretiosa D. — 82, 4 sq. foeditas exstitit F. — 82, 6 voluptas exisa L; 82, 7 Felix cuius FGL. — 83, 1 iam fueris E; quae sic frueris H. — 83, 6 firmiter FM. — 83, 7 A quo tu nunc recipis H; respicis E; percipis FM; percipe D. — 84, 1 quiescunt FGH. — 84, 2 cessant FGH; cessant M. — 84, 3 Iam ex parte C; Ab eodem H; recipis ABCDE. — 84, 5 Sed cum carne saeculi L. — 84, 6 luctus G; post istius fluctus L. — 84, 7 Plenum erit gaudium L. — 84, 8 consolaris I. — Nach Str. 84 schiebt L ein:

Cum ad plenum taedia cessabuunt malorum,  
 Cum coniuncta fueris choris angelorum,  
 Ubi salus gaudii durat, fons bonorum,  
 Ibiq̄ue in domino cris dominorum.

85, 1 Dic, o dulcis G; In tali gaudio L. — 85, 3 Habens CFM; Tanto pro solacio L. — 85, 4 tecum quid lugeres A; quo modo lugeres L; tecum cur langueres BE; tuum cur lugeres M. — 85, 5 sq. und 7 sq. ungestellt M. — 85, 5 Nonne salus omnium L. — 85, 6 non langueres GFM; est, cui iam adhaeres L. — 85, 7 Qui salus est M; Quia solus dux est omnium G;

Utinam solacium L. — 85, 8 est fehlt G; huic nunc adhaeres M; iuge hoc haberes. — Nach Str. 85 schiebt L folgende Strophen ein:

Sed hora dimidia  
vix hic tam laetaris,  
Cito, heu, impelleris  
fluctibus amaris,  
Seiuncta ab oculis  
viatori caris,  
Mundo, carne, daemone  
nam saepe turbaris.

Vitam tandem mortuam  
inde condolendo,  
Pro tuis defectibus  
hoc esse credendo,  
Vide matrem virginem  
astare lugendo,  
Sed et multos alios  
Dominum deflendo.

Post hoc Ioseph conspice  
ire ad Pilatum,  
Domini deoscare  
corpus sibi gratum,  
Ad crucem accedere  
virum tam beatum  
Et corpus deponere  
totum vulneratum.

Parans murram, sindonem  
Lugens contemplant  
Magdalenae lacrimas  
Et collaerimare,  
Nicodemi gemitus  
gemeus recordare,  
Haec et his similia  
tractans lamentare.

Dulcemque Dei filium  
supplex memorare,  
Eius actus ruminans  
tuosque, narrare  
Actus, verba satage  
menteque mundare  
Atque soli ocuis  
castum te servare.

In praedicto cantico  
cor sic citharizet.  
Se baptizet lacrimis,  
planetu martyrizet  
Crebrisque suspiriis  
nunc sic organizet,  
Ut cum Christo postea  
semper sollempnizet.

86. 3 vellem dicere L. — 86, 4 quam sit gratiosus A. — 86, 6 quam deliciosus A; que fehlt E; quamque gratiosus I. — 86, 8 fallax vel D; et ventosus H. — 87, 1 bis 5 lauten in EFGH:

Sed tu, cui volui, metrum destinare,  
Soror, novam martyrem libens imitare,

87, 1 Ergo quidquid alii L. — 87, 2 dicant ABDILM. — 87, 5 Cumque B; talis fehlt D; Atque supplex Dominum L. — 87, 6 Deum deprecare A; necum deprecare L. — 87, 7 Ut me GHM; Ut te F; cantum H; martyrurum M; Ut nos secum iugiter L. — 87, 8 facit regnare L.

Mit Str. 87 schliessen die englischen Hss. mit Ausnahme von E; ebenso IL. — FGHM fügen nach Str. 87, E vor derselben, noch folgende drei Strophen bei:

88. Frequentemus canticum  
istud, soror pia,  
Ne nos frangat taedio  
vitae huius via,  
Nam laetantem animam  
in hac melodia  
Post hanc vitam suscipit  
Iesus et Maria.

89. Ergo, soror, tuum cor  
ita citharizet,  
Se baptizet lacrimis,  
planetu martyrizet,  
Christo totis viribus  
sic nunc organizet,  
Ut cum Christo postea  
semper sollempnizet.

90. Tunc cessabunt gemitus  
planetuum, dolorum,  
Cum adiuncta fueris  
choris angelorum,  
Nam cantando transies  
ad caelestem chorum,  
Nupta felicissime  
regi saeculorum.

88, 1 istud canticum H. — 88, 2 soror nunc o pia H. — 88, 4 mundi huius E. — 89, 1 Nunc dilectum tuum cor H. — 89, 7 ut cum ipso H. — 90, 2 Et planetus dolorum F. — 90, 5 transiens G. — 90, 7 iuncta felicissime E; Nupta felicissima F; felicissimo HM. — 90, 8 regi angelorum HM.

Diese drei Strophen brauchen nicht unecht zu sein; denn es liegt offenbar eine doppelte Bearbeitung des Gedichtes vor, die eine gerichtet an einen Freund (2, 3 sq ut amicum valeas cantu delinire: 87, 2 frater care), die andere einer Freundin gewidmet (2, 3 ut dilectam valeas: 87, 1 sqq. Sed tu, cui volui | metrum destinare | soror). Deshalb schreibt z. B. Cod. Colonien. 7, ein Orat. saec. 15. ex: „Explicit meditatio beati Bernardi abbatis de philomela, quam destinavit sorori suae.“ Auffallend ist es nur, daß es Handschriften, ja Drucke gibt, in denen die beiden Redaktionen verquickt sind. So redet die Hs. M 87, 2 einen frater carus und gleich darauf 88, 2 eine soror pia an. In der vorstehenden Wiedergabe habe ich alle Wendungen der zweiten Redaktion in die Noten verlegt.

Die Vergleichung der Hss. ABE besorgte Rev. H. M. Bannister, die von CD Mr. Rogers, Cambridge. Die Varianten von K habe ich nicht vollständig eingetragen, da die Hs. stark gekürzt und schlecht ist. — L schickt dem Opusculum ein „Prohemium spirituale“ voraus *Si virtutes Christi scires etc.* Es ist das nichts anderes als eine Anzahl Strophen aus dem *Laudismus sanctae crucis*. Die Philomena schließt dort mit dem Distichon: *Tractatus est hic merito dietus philomena, Illius verba quia sunt ut cantus amoena.*

Die Autorschaft Peckhams ist zweifellos. Nur späte Handschriften außerhalb Englands nennen Bonaventura. „Incipit meditatio fratris Iohannis de Peccham, quondam Cantuariensis archiepiscopi, de ordine fratrum minorum, quae vocatur philomena.“ A. — „Explicit philomena Peccham.“ A. — „Hic incipit passio salvatoris sub proprietatibus philomenae, compilata a fratre Iohanne“, das weitere ist weggerissen.

Bonaventura nennen eine Hs. in Donaueschingen (31) vom Jahre 1495, eine in Löwen (15 A) vom Jahre 1487, eine in Salzburg (Petrin. b I 20) die gleichfalls dem Ende des Jahrhunderts angehört. Daß auch Bernhard als Verfasser genannt wird, ist nahezu selbstverständlich. Ebenso wenig Wert ist auf die Angabe der Stamser Hs. 81 vom Jahre 1489 zu legen: „De philomena Alani sub nota *Ave cirens hostia*“; — „Explicit philomena Alani, poetae eximii, sub nota *Ave cirens hostia*.“

Die Philomena Peckhams darf nicht verwechselt werden mit dem gleichnamigen, viel umfangreicheren Gedichte John Hovedens, das mit den Worten beginnt: *Ave verbum, ens in principio*. Den Herausgebern der neuen Ausgabe Bonaventuras ist die Verschiedenheit der beiden Philomenen leider entgangen. Vgl. *Opera Omnia VIII*, p. CV. Auch Hauréau, *Notices et extraits VI*, 278 unterscheidet die beiden Nachtigallen nicht, und weist daher nicht, welchem von beiden Autoren, Peckham oder Hoveden, er die vorliegende zuweisen soll.

Peckhams Philomena ist schon von C. Vötter in „Teutsche Sprach übersetzt.“ Die Übersetzung erschien 1612 zu München. Die Münchener Bibliotheken besitzen kein Exemplar derselben, wohl aber das Britische Museum. Später brachte Balde den Nachtigallensang in klassische Verse: „Paraphrasis Lyrica in Philomelam D. Bonaventurae. Monachii 1645.“

## Orricus Scacabarotius,

Archipresbyter Mediolanensis,

† 1293.

Was uns über die Lebensschicksale dieses Dichters bekannt ist, habe Analecta XIV b, S. 149 sq. mitgeteilt. Beifügen möchte ich zu dem dort Gesagten nur, daß sich unter den Urkunden Papst Alexander IV. eine vom 25. Febr. 1256 datierte, Scaccabarozi betreffende befindet, welche ihn, ob schon er bereits Probst von San Nazario in Brolio sei, ermächtigt, „Forisdecanatu et praebenda in ecclesia Brivatensi, Claromontensis dioecesis, resignatis non obstantibus quibuscumque“ andere Beneficien in seiner mailändischen Diözese zu kumulieren. Vgl. Les registres d'Alexandre IV. publiées par C. Bourel de la Roncière etc. p. 334. n. 1116.

An der bezeichneten Stelle der Analecta ist sodann bereits Scaccabarozi's Liber Officiorum ediert worden. Einen Nachtrag zu demselben bildet das im folgenden erstmals publizierte Officium des hl. Ulrich mit den zugehörigen Hymnen und der eingeschalteten Sequenz. Die Kenntniss dieses Officiums verdanke ich einer Note in Wilhelm Meyers Gesammelten Abhandlungen II, 119; die Abschrift aus Cod. Ambrosian. P 165 sup. Herrn Georg Fell, S. I., Poenitentiar am Dome zu Mailand. Das Officium ist für die Humiliaten zu Pavia im Jahre 1282 verfaßt, wie die folgende in der Hs. dem Officium beigefügte Epistel bekundet:

Epistola ad praepositum Michaellem, ad preces cuius dominus archipresbyter compillavit hoc opus.

Viro religiosissimo et suo praedilecto in Christo amico, domno fratri Michaeli, praeposito Domus Novae ultra Ticinum Papiensis, ordinis Humiliatorum, Orricus Scacabarotius, sanctae Mediolanensis ecclesiae archipresbyter, se ipsum cum salute. Quamvis insufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ad compillandam beati Odelrici historiam nos sciremus, confidentes tamen de Dei misericordia, qui dat omnibus affluenter et non impropere nec non de meritis gloriosi confessoris Odelrici ad precumstrarum instantiam pro modulo nostrae scientiae perfectam historiam tam in dictamine quam in cantu laboravimus et studuimus compilare de legenda ipsius pauca de multis, quibus ipse commendabilis redditur, decerpentes et ipsi historiae inserentes, quam vestrae dilectioni per latorem praesentium, nostrum familiarem cum legenda ipsius duximus destinandam, parati in consimilibus et aliis semper ad vestra beneplacita et mandata. Vestris orationibus nos multipliciter recommendamus. Data Mediolani die Martis XXIII. mensis MCCLXXXII.

Vor dem Officium die Note: „Incipit officium, quod compillavit dominus Orricus Scacabarotius, Mediolanensis ecclesiae archipresbyter, tam in dictamine quam in cantu“.

---

## De sancto Udalrico.

### 399. (1.) Hymnus ad Vesperam.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Odelrici pontificis<br>Festivum natalitium<br>Concelebret sollenniter<br>Cunctorum plebs fidelium.     | 5. Orationi deditus,<br>Frequentibus ieiuniis,<br>Largus in elemosynis,<br>Assiduus vigiliis.                 |
| 2. Odas suaves personet<br>Agens festiva gaudia<br>Et reverenter concinat<br>Eius mira praeconia.         | 6. Odelricum sanctissimum<br>Miraculorum gratia<br>Mirificavit Dominus<br>Mirabili potentia.                  |
| 3. Ortus ex Alamanniae<br>Patre, matre nobilibus,<br>Honestis verbis claruit<br>Hic et iustus operibus.   | 7. Hic praesul post tot opera<br>Claustra relinquens infera<br>Locatus super sidera<br>Gaudet in aula supera. |
| 4. Hic constans patientia,<br>Pius misericordia,<br>Caritate praestabilis,<br>Hic mitis, castus, humilis. | 8. Tua nos prece muniens<br>Ab hostium insidiis,<br>Odelrice, perennibus<br>Fac perfrui nos praemiis.         |
|   | 9. Patri, nato et flamine<br>Honor, virtus et gloria,<br>Potestas, laus, imperium<br>Per saecula sint omnia.  |

### 400. (2.) Hymnus ad Matutinum.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Festum solenne celebrent<br>Odelrici cum laudibus<br>Cuncti coetus fidelium<br>Festivis cum honoribus. | 5. Hic praesul Christi vernula<br>Fidelis mente sedula<br>Verbi divini pabula<br>Dat populo non pauca.      |
| 2. Ut honoratus merito,<br>Benignus et laudabilis<br>Hic in eorum precibus<br>Reddatur exaudibilis.       | 6. Sanctis fulgens operibus,<br>Potentibus miraculis,<br>Hic felix gaudens residet<br>Aeternis habitaculis. |
| 3. Hic in commissi populi<br>Cura se dedit vigilem<br>Coram Deo et homine<br>Se praebuit et humilem.      | 7. Consociatus coetibus<br>Beatis caeli sedibus<br>Nunc fruitur honoribus<br>Debitis et operibus.           |
| 4. Talenta sacra duplicans<br>Pastoris per officium<br>Fidele reddit Domino<br>Servus prudens servitium.  | 8. Sit patri semper gloria,<br>Honor, potestas filio<br>Una cum sancto spiritu,<br>Qui regnat caeli solio.  |

401. (3.) **Hymnus ad Laudes.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Felix Augusta civitas<br/>Agat solenne gaudium,<br/>Pangat insigne multiplex<br/>Odelrici praeconium.</p>                        | <p>5. Aquarum Tarri pontifex<br/>Tumorem sedat fluminis<br/>Eius ripa conficiens<br/>Dei corpus et hominis.</p>       |
| <p>2. Laetetur, quod per praesulem,<br/>Suum germen egregium,<br/>Odelricum multiplicat<br/>Semper<sup>1)</sup> nostrum collegium.</p> | <p>6. Hunc sanctum in virtutibus<br/>Sequamur et operibus.<br/>Veneremur cum laudibus<br/>Et debitis honoribus.</p>   |
| <p>3. Quem Dei providentia<br/>Monstrant nati primordia,<br/>Quod sperneret terrestria,<br/>Diligeret caelestia.</p>                   | <p>7. Odelricum frequentibus<br/>Rogemus omnes precibus,<br/>Ut in beata patria<br/>Nobis praestet suffragia.</p>     |
| <p>4. Cuius sancta sunt opera,<br/>Excellens sanctimonia,<br/>Fides, spes atque caritas<br/>Et ingens patientia.</p>                   | <p>8. Patri. nato, spiritui<br/>Paraclito sit gloria.<br/>Tribus personis singulis,<br/>Quae sunt una substantia.</p> |

402. (4.) **De sancto Udalrico.**

Sequentia.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 a. Odelrico collaetemur,<br/>Eius festo incundemur<br/>Lyra, viella, tympano;</p>    | <p>1 b. Sancta vita hunc sectemur,<br/>Hunc laudantes veneremur<br/>In cymbalis et organo.</p> |
| <p>2 a. Nobilis hic Alamannus<br/>Fuit, civis Augustanus,<br/>Clara natus prosapia,</p>   | <p>2 b. Praesul iustus et urbanus,<br/>Cuius fuit larga manus,<br/>Pius misericordia.</p>      |
| <p>3 a. Sublimant istum sanctitas,<br/>Episcopalis dignitas<br/>In Augustensi patria,</p> | <p>3 b. Ornat morum nobilitas<br/>Mundumque reddit castitas<br/>Mentis, carnis munditia.</p>   |
| <p>4 a. Fervens fuit caritate,<br/>Perennis humilitate.<br/>Miris pollens operibus,</p>   | <p>4 b. Affluens benignitate,<br/>Liberalis largitate<br/>Subveniens pauperibus.</p>           |
| <p>5 a. Trina pavit hic pastura<br/>Diligenti plebem cura<br/>Fidelis pastor ovium,</p>   | <p>5 b. Verbo, cibo, vita pura<br/>Gregi sua reddens iura,<br/>Ut docet evangelium.</p>        |
| <p>6 a. Miraculis mirabilis,<br/>Fide firmus, spe stabilis<br/>Et fortis patientia,</p>   | <p>6 b. Deo fuit amabilis,<br/>Hominibus affabilis,<br/>Circumspectus prudentia.</p>           |

<sup>1)</sup> Super Hs.

- |  |   |
|--|---|
| <p>7 a. Servus bonus Odelricus<br/>Domini fuit amicus,<br/>Modestus temperantia,</p> | <p>7 b. Vitiorum inimicus<br/>Dat virtutum dulces ficus<br/>Suavi cum fragrantia.</p>       |
| <p>8 a. Odelrice, nobis dona,<br/>Perfruamur ut corona<br/>Tuae precis instantia</p> | <p>8 b. In superna caeli zona,<br/>In qua bonis cuncta bona<br/>Praestantur Dei gratia.</p> |

403. (5.) De sancto Udalrico.

Officium.

In 1. Vesperis.

*Antiphonae.*

1. Ad Odelrici praesulis  
Festum concurrant populi,  
Hunc honorent cum gaudio  
Magni, maiores, parvuli.
2. In sancti monasterio  
Galli docendus traditur  
Odelricus, qui moribus,  
Scientia imbuitur.
3. Odelricus sublimatus  
Ad pastoris dignitatem  
Est in caelis coronatus  
Propter suam sanctitatem.
4. Odelricus ecclesias  
Collapsas reaedificat  
Et studio pervigili  
Has renovans magnificat.
5. Religiosa mulier  
Aegris membris dissoluta  
Est Odelrici precibus  
Sanitati restituta.

*Ad Magnificat.*

- A. Magnificemus Dominum  
Magnificum per omnia,  
Qui Odelricum praesulem  
Sua magnificentia  
Magnifice magnificat  
In supernorum patria;  
Hunc laudibus magnificis  
Magnificet ecclesia.

Ad Matutinum.

*Invitorium.*

Exsultantes iubilemus  
Redemptori omnium,  
Qui perduxit Odelricum  
Ad caeleste solium.

In 1. Nocturno.

*Antiphonae.*

1. Sagina scientiae  
ac religionis  
Odelricus exstitit  
plenus Dei donis.
2. Festum fideles celebrent  
Odelrici sollemniter  
Et eius mira personent  
Magnalia suaviter.
3. Suis diebus Domino  
Iustus inventus placuit  
Odelricus, qui Dominum  
Sacerdos magnus coluit.

*Responsoria.*

1. Concelebret ecclesia  
Odelrici sollemniter  
Festiva cum laetitia,  
Qui verbo vitae claruit,  
Sanctitate resplenduit,  
Miraculis emicuit,
- V. Cuius beatis meritis  
Suffragiis et inclitis  
Tanto magis adiuvamur,  
Hunc quo magis veneramur.



2. Sanctus ex Alemanniae  
Udalricus maioribus  
In Augustensi exstitit  
Urbe natus parentibus.

V. Cuius Ubaldus genitor,  
Mater Teberga opibus,  
Nobilitate praeminent,  
Decorantur insignibus.

3. Hic Odelricus duplicans  
Talenta pastor ovium  
Intrat in sui Domini  
Servus fidelis gaudium.

V. Non in terra fodiens  
Abscondit pecuniam,  
Sed ipsam multiplicat  
Prudens per industriam.

In 2. Nocturno.  
*Antiphonae.*

1. Serve prudens et fidelis,  
Subvenire nobis velis,  
Odelrice, colentibus  
Te tuis sanctis precibus.

2. Praesul mirae sanctitatis  
Est talentis duplicatis  
Odelricus cum beatis.

3. A paganis incolas  
Augustae molestantibus  
Odelrici liberat  
Deus orationibus.

*Responsoria.*

1. Odelricus conspicuus  
Fuit omni bonitate,  
In fide cum spe stabilis,  
Fortis fuit caritate.

V. Hic Odelricus patiens  
Et verax in eloquiis  
Rectus, mitis et humilis  
Et iustus in iudiciis.

2. Quam felix, Augustensium  
Urbs, cuius pontificium  
Tuae proli Odelrico  
Dei traditur amico <sup>1)</sup>!  
Miraculorum fulgidus  
Mira fuit claritate.

V. Hunc, christiana contio,  
Implora piis precibus,  
Ut per suum praesidium  
Loceris caeli sedibus.

3. Nitore castimoniae  
Odelricus coruscabat,  
Corpus conculcans proprium  
Hic frequenter ieiunabat,  
Austerus hic vigiliis  
Hoc orando castigabat.

V. Quam clara et pulcherrima  
Est casta generatio,  
Quam cum eleemosynis  
Bona semper oratio!

In tertio Nocturno.  
*Antiphonae.*

1. Inter regem et filium  
Pacis componit foedera  
Odelricus pacificus  
Qui regnat super sidera.

2. Tarri sedavit impetum  
Hic praesul sanctis precibus,  
Ut esset tutus transitus  
Transire hunc volentibus.

3. Dum Odelrico aderat  
Corporalis potentia,  
Celebrabat cottidie  
Missarum hic sollemnia.

*Responsoria.*

1. Odelricum pontificem  
Honoremus sollenniter,  
Eius laudes magnificas  
Personemus suaviter  
Et hunc devotis precibus  
Imploremus humiliter,

<sup>1)</sup> Das Wort *amico* hinter R 2, 6. Hs.

V. Ut ipse rogat Dominum  
Pro nobis efficaciter,  
Quod ad aeternam gloriam  
Perducat nos feliciter.

2. Fuit praesul Odelricus  
Maximus Dei amicus,  
Viridis, non ramus siccus,  
Bonus, bonas ferens ficus,  
Quem recepit caeli vicus.

V. Hic a cunctis fidelibus  
Reverenter honorandus,  
Sanctissimus hic pontifex  
Odelricus est laudandus.

3. Odelricus exuberat  
Pietatis operibus,  
Qui largas elemosynas  
Largus donat pauperibus  
Et hospitalis colligit  
Vagabundos in domibus.

V. Felix, qui super pauperes  
Toto corde intelligit,  
Non habentes hospitium  
In sua domo colligit.

In Laudibus.

*Antiphonae.*

1. Odelricum Dominus  
Induit fortitudine,  
Praecinxit virtutibus  
In omni certamine.

2. Cuncti fideles populi,  
Deo nostro iubilate,  
Servite in laetitia,  
Odelricum honorate.

3. Odelricus ad Dominum  
Sanctus de luce vigilat,  
Qui fidei et operum  
Splendore clarus rutilat.

4. Benedicite Domino,  
Caeli, terra, maria,  
Qui Odelrico praesuli  
Regno dat caelestia.

5. In Odelrici praesulis  
Festo laudet in tympano  
Deum fidelis populus,  
In cymbalis et organo.

*Ad Benedictus.*

A. Dominus Deus Israel,  
Benedictus per omnia,  
Odelricum pontificem  
Benedixit in patria  
Et sibi dedit perfrui  
Vitae perennis gloria.

In 2. Vesperis.

*Antiphonae.*

1. Odelricus iustissimus  
In aeterna memoria  
Non ab auditu metuens  
Malo gaudet in patria.

2. Odelrice, praesidium  
Tuum da tuis famulis,  
Libera piis precibus  
Nos a cunctis periculis.

3. Odelrice, roga Christum,  
Ut expurget mundum istum  
A vitiorum sordibus  
Informetque virtutibus.

4. Festivas age gratias,  
Christicolarum contio,  
In Odelrici praesulis  
Festivo natalitio.

5. Odelrice, succurrere  
Digneris tuis precibus  
Tuis devotis servulis  
Tuum festum colentibus.

*Ad Magnificat.*

A. Odelrice magnificis  
Magnifica praeconiis  
Christum, qui te magnificat  
Cum gloriosis praemiis  
Associatum superis  
Beatorum collegiis.

404. (6.) De sancto Udalrico.

Missa.

Introitus.

Hic Odelricus deserens  
Huius vitae miseriam  
Christi, solis iustitiae,  
Desideratam regiam  
Gaudens intravit hodie,  
Adeptus caeli gloriam.

Graduale.

Sunt apertae caeli portae  
Odelrico sumpta sorte  
Supernorum cum cohorte,  
Quibus vita sine morte,

In qua sanctis gaudium  
est sine maerore  
Beataque requies  
est sine labore.

Alleluia.

Hic Odelricus pontifex  
Caelum ascendit hodie,  
Optata qui perfruitur  
Beatae vita gloriae.

Offertorium.

Acceptam laudis Domino  
Nos offeramus hostiam,  
Dantes eius obsequiis  
Nos per vitae munditiam,  
Qui Odelrici praesulis  
Peragimus memoriam.

Communio.

Christi sub panis specie  
Corpus quod nuper latuit,  
A sacerdote sumitur,  
Sicut Christus instituit;  
Conficere, recipere  
Hoc Odelricus meruit.

---

## Iacobus Caietani de Stephanescis,

Cardinalis Diaconus S. Georgii ad Velum Aureum,

† 1343.

Als das Geburtsjahr des Kardinals Iacobus Gaëtani de Stephanesci wird das Jahr 1270 angegeben. Sein Vater, Petrus Stephani, wie er selbst den Namen schreibt, war 1292—1294 römischer Senator, seine Mutter Perna gehörte dem Hause der Orsini an. Zu weiterer Ausbildung begab sich der junge Römer an die Hochschule zu Paris, wo er nach knapp sechs Semestern *Artium liberalium magister* wurde und die *venia legendi* erhielt. Nach dem Befehle der Eltern (*Maiorum suorum iussu*), nicht aus eigener Neigung (*invitus*), wandte er sich dem Studium des kanonischen und, heimgekehrt, dem des zivilen Rechtes zu, nebenbei literarischen Neigungen nachgebend, die ihn zu Lucan und Vergil hinführten. Vielleicht 1289, jedenfalls aber 1291 (*quarto Nicolai IV. anno*) war er Subdiakon, wurde Kanonikus von S. Peter und Auditor Rotae. Nach der Wahl Bonifaz VIII., seines Verwandten (12. Dez. 1294), ward er von diesem zum Kardinaldiakon mit dem Titel des hl. Georgius in Velabro ernannt (14. Febr. 1296) und in der Folge zu verschiedenen Legationen in Italien verwandt. Als Kenner und Förderer der bildenden Künste erwies er sich, indem er das Paradies der Basilika des hl. Petrus sowie seine eigene Titelkirche mit musivischen Bildwerken schmücken liefs (Reumont, *Gesch. der Stadt Rom II*, 711). Den Nachfolgern Bonifaz VIII. folgte er nach Avignon. Ein von ihm herrührendes Zeremoniale (Avignon Cod. 1706; Mabillon, *Museum Italicum II*, 243—443; Labande, *Bibliothèque de l'École des Chartes LIV* [1893] 45 ff.) beschreibt uns einen Teil der festlichen und denkwürdigen Anlässe, bei denen er zugegen war, u. a. die Sitzungen des Konzils von Vienne (16. Okt. 1311 bis 6. Mai 1312), auf dem die Aufhebung des Templerordens verfügt wurde. Im Jahre 1334 ernannte ihn Johann XXII. zum Kardinalprotector der Minderbrüder. Er starb zu Avignon den 23. Juni 1343, nachdem er 48 Jahre Kardinal gewesen und an der Kürung von fünf Päpsten teilgenommen hatte. Seine Leiche wurde nach Rom überführt und in St. Peter beigesetzt (Cod. Capit. S. Petri in Vaticano 129 C). Vgl. über sein Leben vor allem die kurze Selbstbiographie in der Vorrede zum dritten Teile seines *Opus Metricum* (*Acta SS. Mai IV*, 243); Eggs, *Purpura Docta*, Francofurti 1710, I 257—59. Eine Monographie über Stephanesci von Dr. Ignaz Hösl wird im Laufe dieses Jahres erscheinen.

Unter den dichterischen Werken des Kardinals steht an erster Stelle sein *Opus metricum tripartitum*, welches Leben und Abdankung Coelestins V., die Wahl Bonifaz VIII. und die Heiligsprechung des ersteren behandelt (*Acta SS. Mai IV*, 437 sqq.). Außerdem kennen wir zwei Gedichte über das Jubiläum der Jahrhundertwende (ebenfalls in den *Acta SS.* gedruckt) und ein noch unveröffentlichtes *Carmen heroicum* über ein Wunder der allers. Jungfrau zu Avignon, welches sich in der Pariser Handschrift 5931 findet. Diese Handschrift enthält ferner eine Reihe von kleinen Gebeten

und Epigrammen für die Marienfeste des Jahres, die im folgenden mitgeteilt sind. Ferner verfasste Stephaneschi eine Anzahl von Responsorien und Antiphonen auf den hl. Petrus de Murrone, einige darunter in Versen. Endlich enthält ein Graduale des Kardinals, Cod. 129 C des Kapitelarchivs von St. Peter in Rom, zwei Hymnen auf den hl. Georg, ein Responsorium, zwei Antiphonen und zwei Versus Alleluatici auf denselben. Von diesen scheinen die letzteren mit den Anfängen: „*Detege funestos*“ und „*Miles in arma ferox*“ metrisch zu sein. Bei den Umständlichkeiten, welche die Benutzung des Archivs zu erschweren und zu verleiden bestimmt scheinen, konnte ich nicht daran denken, irgend jemand zuzumuten, um solcher Kleinigkeiten willen jene Barrieren zu überwinden. Was ich über die Handschrift weiß, verdanke ich Mitteilungen Dr. I. Hösls.

### 405. (1.) De sancto Georgio.

Ad Vesp. et Noct.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Scandit caelum, micans telum<br/>Draconi figens acrius,<br/>Flagrans miles, nostras viles<br/>Terras linquens Georgius.</p> | <p>3. Docet rudes hoc, quod tu des,<br/>Christe Deus, potentiam,<br/>Quos convertit et avertit<br/>Baptismi praebens gratiam.</p>      |
| <p>2. Hic venustus, haud exustus,<br/>Florem indutus speciem<br/>Intus nitet, cum evitet<br/>Obscaenam mundi faciem.</p>          | <p>4. Fraudem cernit hanc et sternit,<br/>Unum prospectans daem-<br/>num,<br/>Quem delusum cruce fusum<br/>Mittit Averno dissonum.</p> |
5. Patrem, natum, miles, datum  
Almum deposce meritis,  
Ut victores allectores  
Trudamus procul abditis.

Grad. ms. Iacobi de Stephanescis. saec. 14. Cod. Capit. Vaticani 129 C. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisin. 1024. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisin. 1263. C. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisin. 1291. D. — Brev. ms. Parisiense(?) saec. 15. Cod. Carlopolitan. 146. E. — Brev. ms. Parisiense saec. <sup>15</sup>/<sub>16</sub>. Cod. Parisien. (Arsen.) 660. F.

1, 1 Caudit caelum micans A: Cadit micans caelum C: caelum mittens telum DE. — 1, 2 fidens C. — 2, 1 Hic vir iustus hanc exustus C: Hic non ustus aut exustus BF. — 2, 3 cum evitet D. — 3, 1 Docet vides A. — 3, 2 Deus clementiam D. — 3, 3 aut avertit C: ac vertit A. — 3, 4 praebens fehlt C. — 4, 1 Fraudem fuit et refundit C. — 4, 2 Virum prospectans CDE; Rumen prospectans C. — 4, 4 Mittit a verbo C. — 5, 2 sqq. Almum deposce mentis victores tuideamus procul abditis C. — „Subsequentia, ynnos videlicet duos: „*Scandit caelum*“ et „*O athleta*“, Responsorium unum „*Exurgat in laudes*“, Antiphonas duas: „*Georgii(!) miles egregie*“, et „*Invictus victor Georgius*“ nec non Alleluia duo: „*Detege funestos*“ et „*Miles in arma ferox*“, singula quaeque tam in litera (prosa videlicet et metro) quam in cantu de beato Georgio martyre idem Iacobus sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis composuit“. A. — Wiederholt aus Anal. XIX, 143.

406. (2.) De sancto Georgio.

Ad Laudes.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. O athleta victor, laeta,<br/>Georgi, fulgens laurea,<br/>Te laudamus, hic ovamus,<br/>Lux, ecce, surgit aurea.</p>          | <p>3, Multos terror vicit, error<br/>Multorum palam dissonat,<br/>Cum egressus vir nec fessus,<br/>Vox clara, ecce, intonat.</p> |
| <p>2. Fide rectus, spe proventus,<br/>Quem fruens ignit caritas,<br/>Mortem spernit, vitam cernit,<br/>O lux, beata trinitas.</p> | <p>4. Christum fatur, quo datur,<br/>Strages firmavit comitum,<br/>Stat tribunus, princeps unus,<br/>Deus, tuorum militum.</p>   |
5. Ergo fortem contra mortem  
Poscat mens ducem saucia,  
Ut existat, quae nunc distat,  
Aeterna caeli gloria.

Grad. ms. Iacobi de Stephanesis saec. 14. Cod. Capit. Vaticani 129 C. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisin. 1024. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisin. 1291. C. — Brev. ms. Parisiense(?) saec. 15. Cod. Caropolitan. 146. D. — Brev. ms. Parisiense saec. <sup>15</sup>/<sub>16</sub>. Cod. Parisin. (Arsen.) 660. E. —

1, 1 virgo laeta C. — 1, 3 huic oramus D. — 3, 1 Multa BCE. — 3, 3 vix nec B. — 4, 1 Ipsum fatur D. — 4, 2 firmat D; firmatur B. — 5, 1 Virgo fortem C. — Die Lesarten von A stehen mir nicht zu Gebote. Vgl. das zum vorigen Hymnus Bemerkte. — Wiederholt aus Anal. XIX, 143.

407. (3.) De s. Petro Caelestino.

Responsorium.

- R. Fit monachus, qui papa fuit, simplexque sacerdos  
Praesul et inclinans se his, cui regia scepra  
Paruerant,  
V. Imperii diadema sacrum mitraeque bicornes.

Cod. Casanaten. 934 (D III 13.) saec. <sup>16</sup>/<sub>17</sub>. A. — Acta SS. Maii IV, 484. B. — 2 inclinans aliis B. — „Subsequentia responsoria tria, Alleluia unum cum versibus in litera cantuque ac orationes tres nec non antiphonas duas in litera et cantu de beato Petro confessore Iacobus S. Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis composuit“. A. — Vorauf geht ein Brief „Religiosis viris, amicis carissimis, Priori Generali, Definitoribus Capituli Generalis ordinis s. Petri de Murrone“ etc. Bedauernd, die versprochene Historia metro heroico, durch Amtsgeschäfte verhindert, noch nicht senden zu können, schicke er einstweilen einige Antiphonen usw. „Verum ne interim nostrae devotionis modulus sileat, quin immo sub dulcis harmoniae musica ipse vesterque chorus eidem egregio confessori laudibus inbilet, Responsoria tria una cum versibus, Alleluia in litera cantuque et orationes tres per nos composita de ipso confessore per fratrem Petrum de Romano, priorem monasterii S. Mariae de Collemadio, ordinis vestri, latorem praesentium, . . . destinamus. In eiusdem igitur sancti laudem et gloriam, quae misimus, grate suscipite illaque ipsius festivo applicetis officio decantanda“ etc. AB.

408. (4.) De s. Petro Caelestino.

Alleluia.

O felix, papale decus supremaque calcans,  
Quaeque supergressus vincensque per omnia luxum,  
Ingrediens caeleste solum terrasque supernis  
Commutas fineque probas te attingere palmam.

Cod. Casanatens. 934 (D III 13) saec. 16/17. A. — Acta SS. Maii IV, 484. B. — 4 Commutans B. — Vgl. die Bemerkung zur vorigen Nummer.

409. (5.) De s. Petro Caelestino.

Antiphonae.

Ad Magnificat.

Alme pater, natos memora, quos sacra profudit  
Religio, memoransque doce doctosque reserva,  
Ne pereant, sed eant in caelum, dirige calles.

Ad Benedictus.

Te caelo insertum nobis assistere terris  
Poscimus, ut celebrem sectemur in ardua patrem.

Cod. Casanatens. 934 (D III 13.) saec. 16/17. A. — Acta SS. Maii IV, 484. B. — „Subsequentes duas antiphonas in litera cantuque Iacobus S. Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis composuit post confectam epistolam positam in principio libri et ideo de ipsis antiphonis non fit mentio in prima epistola“. A. — Als ein Beispiel der Kompositionsweise des Kardinals möge hier der Cantus der Antiphona ad Benedictus Raum gegönnt sein.

Te cae - lo in - ser - - - tum no - bis as - - sis -  
te - re ter - ris Po - - - sci - mus, ut ce - le - brem  
sec - te - - mur in ar - - - du - a  
pa - - - - - trem.

**410. (6.) De Nativitate beatæ Mariæ.**

Humani generis sator et qui parcere lapsis  
Instituis, maculas veteris rubiginis aufer  
Argento, thalamus tibi sit quo virgo refulges.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Iacobi, sancti Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis, de nativitate gloriosæ Dei genetricis virginis Mariæ dudum factum heroicum carmen“.

**411. (7.) De Annuntiatione beatæ Virginis.**

Tuque, super cunctis benedicta puerpera, salve,  
Virgula, quæ sponsum nescis, quam gratia sacri  
Flaminis irradiat, caelo maris adnue sidus.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Eiusdem de Annuntiatione beatæ virginis“.

**412. (8.) De Nativitate Christi.**

Iam puerum, iam, summe pater, post tempora natum  
Accipimus, genitum tibi quem nos esse coævum  
Credimus hincque olei scaturire liquamina Tibrim.

Cod. Parisin. 5931. saec. [15. 16.] 14. — „Eiusdem de Nativitate Christi“.

**413. (9.) De Adoratione et Oblatione Magorum.**

Gentibus ignotus stella duce noscitur infans  
In praesaepe iacens, caeli terraeque profundi  
Conditor atque magi murræ, tus, accipit aurum.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Eiusdem de adoratione et oblatione Magorum“.

**414. (10.) De Purificatione beatæ Virginis.**

Sistitur in templo puer et Simeonis in ulnas  
Accipitur, cui danda quies, nam lumina servi  
Conspexere Deum, clarum iubar omnibus ortum.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Eiusdem de oblatione Christi in templo Simeoni sive de Purificatione beatæ virginis“.

**415. (11.) De Assumptione beatæ Virginis.**

Ad summi regina thronum defertur in altum  
Angelicis praelata choris, cui fertur et ipse  
Filius occurrens, matrem super aethera ponit.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Eiusdem de Assumptione beatæ virginis“.



**416. (12.) Ad beatam Virginem deprecatio.**

Lucida regna tenens, humili virtute superbos  
Contere fidentes coeptis fallacibus hostes  
Tuque Deum complexa sinu servando pudorem  
Virgineum matris fundens per saecula nomen,  
Aspice compunctos animos miserata tuorum,  
Nam tua collisos prospectans gratia vultus  
Erexit tutamque dedit sub numine curam.

Cod. Parisin. 5931. saec. 14. — „Eiusdem humilis et devota ad beatam virginem deprecatio receptique beneficii recognitio“.

---

## Gualterus Wiburnus,

Ordinis Minorum Franciscanorum,

† nach 1367.

Über das Leben dieses fruchtbaren und gewandten Franziskanerdichters sind wir ohne alle Nachrichten. Seine Zugehörigkeit zum Franziskanerorden folgerte Pitseus aus dem Umstande, daß er an Minoriten schreibend, diese seine „Brüder“ nenne. Die Tatsache bestätigt das folgende Gedicht (Str. 156, 6). Derselbe Autor mutmaßt, daß Wiburn dem Kloster in Norwich angehört habe und läßt ihn 1367 unter Eduard III. tätig sein; es ist dies aber eine bloße Konjektur desselben. Sprache und Stil des Dichters würden eher das 13. Jahrh. vermuten lassen. Baläus will seine Werke in der „Bibliothek der Mönche von Norwich“ gesehen haben. Als solche führen beide außer einem prosaischen Werke „Proprietates terrae sanctae“ betitelt, das mit den Worten beginnt „*Pulsante fratrum industria*“ auf: 1. De virgine Maria carmine hexametro lib. unum. — 2. De eadem et eius filio lib. unum, mit dem Anfange: „*Mariae carmina quondam hexametra*“; dies Gedicht ist uns erhalten in Cod. Oxonien. Laud. Miscell. 368 fol. 203a sqq. und umfaßt einige tausend Verse. — 3. Encomium virginis lib. unum. Das Incipit wird nicht mitgeteilt. Da dies Encomium virginis bei Pitseus ausdrücklich von 1 unterschieden wird, so ist die Annahme naheliegend, daß das im folgenden mitgeteilte Gedicht eben dies Encomium sei. — 4. Carminum diversi generis lib. unum. — Vgl. Lelandus, Comment. de Scriptt. Britan. (Oxon. 1709.) p. 326. — Pitseus, Relationum historic. de rebus Anglicis Tom. I. (Parisiis 1619) p. 500. — Balaeus Scriptt. Illustr. Britanniae Catalogus (Basileae s. a. 1557) p. 45. — Tanner, Bibl. Britannica (Lond. 1748) p. 765 und Wadding Scriptt. Ord. Minorum (Romae 1806) p. 102, fügen keine neue Linie hinzu; Sbaralea, Supplementum et Castigatio ad Scriptt. trium Ordinum S. Francisci (Romae 1806), p. 765 führt nur den Namen an.

Das auf den folgenden Blättern zum Abdrucke gelangte Gedicht auf Maria, als dessen Verfasser sich Str. 153 und 156 ein Gauterus bekennt, der sich an letzterem Orte „*alga cleri Minorumque scoria*“ betitelt, scheint mir nach dem Gesagten ein Werk Wiburns zu sein. Dasselbe befindet sich in der Handschrift 232 des Corpus-Christi-College in Oxford (fol. 73b sqq.) saec. 14., aus der es Rev. H. M. Bannister abgeschrieben hat. Es findet sich wieder in Cod. Digby 19., von einer Hand des 14. Jahrhunderts. Hier ist aber das Gedicht zu einem Psalterium Mariae von drei Quinquagenen (vgl. Anal. XXXV, 5) umgearbeitet und hat dabei solche Veränderungen erfahren, daß die Varianten, Umstellungen und Auslassungen, wollte ich sie verzeichnen, ebensoviel Platz beanspruchen würden als das Gedicht, ohne für die Textkritik Wesentliches zu bieten. Leider fehlen in Digby 19 gerade die wenigen Stellen, in denen Corpus 232 einer Korrektur bedürfte.

---

417. (1.) *Encomium Beatae Mariae.*

1. Ave, virgo, mater Christi,  
Quae pudore meruisti  
Dici phoenix virginum;  
Ave, virgo, cuius fructus  
Nobis dedit finem luctus  
Et lamenti terminum.
2. Ave, virgo speciosa,  
Cuius laudi neque prosa  
Neque metrum sufficit;  
Ave, virgo, mali meta,  
Vena vitae, per quam theta  
Taetrae mortis explicit.
3. Ave, virgo gloriosa,  
Quae commentum es et glosa  
Scripturae propheticae,  
Cuius glosa facit nudum,  
Quod velatum erat dudum  
Literali cortice.
4. Ave, virgo, caeli clavis,  
Ave, novis nova navis  
Onerata mercibus,  
Per quam plena plenis velis  
Est allata lux de caelis  
Caecis et errantibus.
5. Ave, gemma puellaris,  
Ave, clara stella maris,  
Ave, capsula numinis,  
Ave, lampas et laterna,  
Quam accendit lux superna,  
Fax aeterni luminis.
6. Ave, virgo, cuius venter  
Sigillatus diligenter  
Fetu novo tumuit;  
Sine poenis et tortura  
Splendor patris et figura  
De te nasci voluit.
7. Ave, virgo, verbi zeta,  
Caste casto flatu laeta,  
Non immundo semine;  
Tibi digne damus odas,  
Quae cum Deo limum nodas  
Et matrem cum virgine.
8. Ave, virgo, verbi cella  
Carnis condens sub nubella  
Deitatis radium;  
Ave, virgo. Dei theca,  
Per quam lusca. lippa, caeca  
Mens habet collirium.
9. Ave, virgo, gurgis mellis,  
Quae fel priscae procul pellis  
Mortis et maestitiae,  
Quae coniungis Deo limum  
Et cum summo suis imum  
Acu providentiae.
10. Ave, virgo, mortis serra,  
Cuius venter est acerra  
Caelestis aromatis;  
Ave, virgo, quam sacraavit,  
Fortunavit et formavit  
Virtus almi pneumatis.
11. Ave, virgo gratiosa,  
Sola praegnans et ventrosa  
Sine maris opere,  
Firmamentum infirmorum  
Tollens onus peccatorum  
Pio ventris onere.
12. Ave, virgo, mentis dulcor,  
In qua reus et exsul cor  
Fundat, figit, anchorat,  
Quam in morbo. quam in mari,  
Quisquis studet liberari,  
Studiose memorat.

13. Ave, virgo, quam in artis  
Christiani mortis Martis  
    Invocant terroribus;  
Ave, prudens et cordata,  
Per quam salus profligata  
    Redditur credentibus.
14. Ave, caeli thymiana,  
Cuius odor, cuius fama  
    Summa ferit sidera,  
Cuius nomen aures mellit,  
Cum prolatum has percellit,  
    Et pigmentat aera.
15. Ave, pelta peccatorum  
Et asyllum elegorum<sup>1)</sup>,  
    Immo rectorium;  
Ave, sporta pane plena,  
Christi cielas, Christi lena<sup>2)</sup>,  
    Christi dogmatorium.
16. Ave, per quam uniuntur,  
Coniugantur, coniunguntur  
    Virginali fibula  
Agnus leo, via finis,  
Splendor nubes. numen cinis.  
    Radius et nebula.
17. Ave, cuius est ex alvo  
Sed pudoris flore salvo  
    Verbum patris editum,  
Sine mare marem paris,  
Non per germen sata maris,  
    Sed per sanctum spiritum.
18. Ave, nubes penetrata  
Phoebe flammis et ornata  
    Deitatis iride,  
Quae sub umbra lucem celas  
Et aeternum verbum velas  
    Nostrae carnis chlamyde.
19. Ave, vertex honestatis,  
Ave, monstrum sanctitatis,  
    Ave, vitae scatebra,  
Ave, pinna puritatis,  
Ave, thoral trinitatis,  
    Ave, lucis latebra.
20. Ave, virgo, Dei reda,  
Dei fanum, in quo taeda  
    Caelestis accenditur,  
Tu salutis es minera,  
Clava, cuspis et machaera,  
    Qua mors caesa moritur.
21. Ave, per quam surgunt hi, qui  
Ceciderunt per antiqui  
    Serpentis astutiam;  
Ave, quae per castum thorum  
Carnis ius et logicorum  
    Fallis consequentiam.
22. Dicunt enim sequi tales,  
Quibus favent naturales:  
    Haec est mater, igitur  
Virum novit et est facta;  
Sed Maria prolem nacta  
    Dicit, quod non sequitur.
23. Dicant illi, quod, si caret  
Planta succo, semper aret,  
    Arens nunquam pullulat;  
Sed intacta virgo Christum  
Pariendo nodum istum  
    Solvit et effibulat.
24. Ave, parens, partus morem  
Partu mutans, nam dolorem  
    Partui postposteras,  
Florem paris, sed in partu  
Neque florem nec iubar tu  
    Pudoris obliteras.

<sup>1)</sup> vel miserorum. —

<sup>2)</sup> vestis senatoria. —

25. Dolor matris prolongatur,  
Donec proles patiatur,  
Ut simul parturiant,  
Quia probra patientis  
Sputa, clavi, crux parentis  
Animam digladiant.
26. Ave, virgo singularis,  
Apotheca salutaris  
Pigmenti thearchici,  
Ave, cuius cor a cunis  
Consecratum erat prunis  
Amoris exstatici.
27. Ave, virgo, vas verbale  
Decus plantans matronale  
Virginis in stipite;  
Ave, cuius ventris promus  
Et virtutis sacrae domus  
Deo gaudent hospite.
28. Ave, virgo laeta prole,  
Quam amictam vidit sole  
Iohannes deividus,  
Cuius plantis est substratus  
Lunae globus, ut praefatus  
Astruit altividus.
29. Ave, virgo, morum schola,  
Quae naturae nostrae stola  
Trabeasti filium<sup>1)</sup>,  
Praeparasti Deo thorum  
Et actorem<sup>2)</sup> angelorum  
Fecisti novitium.
30. Ave, mater, virgo pura,  
Leti letum et censura,  
Melos musae tristibus;  
Ave, gaude, virgo dulcis,  
Laxis fibris et hiulcis  
Collaudanda faucibus.
31. Ave, gemma feminarum,  
Quae prae cunctis gratiarum  
Invenisti copiam,  
Pulchrum in te fecit zeuma,  
Cum univit verbo pneuma  
Duplicem substantiam.
32. Ave, virgo, pulchra tota,  
Cuius nulla naevi nota  
Pudorem deliliat,  
Ave, novi musti crater,  
Ave, parens, ave, mater,  
Quam Venus non vitiat.
33. Ave, crater, cuius mustum  
Illum fidum, illum iustum  
Petrum debriaverat,  
Haustu cuius ausum nactus  
Novus verbi praeco factus  
In verba proruperat.
34. Ave, caeli decor, ave,  
Dei templum et conclave,  
Cuius in praeconio  
Omnis altus scriba iacet,  
Omnis rhetor acer acet  
Et sordet eloquio.
35. Ave, cuius pia prece  
Peccatorum tersa faece  
Rei gaudent venia,  
Quos confractis inferorum  
Claustris<sup>3)</sup> transfers ad cae-  
lorum  
Stellata palatia.
36. Ave, novum vas humanas  
Aguas prius malesanas  
Dei sale condiens;  
Ave, Deum in secretum  
Thorum trahens et concretum  
Ex abstracto faciens.

<sup>1)</sup> elarium. —

<sup>2)</sup> alborem. —

<sup>3)</sup> elatras. —

37. Ave, cuius pia dextra  
Sordescentes intus, extra  
Pie solet tergere  
Et deterso culpae caeno  
Serenatos in sereno  
Regno Dei ponere.
38. Ave, virgo, virga Iesse,  
Quam caelestis indefesse  
Laudat chorus curiae,  
Et succumbunt omnes Musae  
Laudatorum sub diffusae  
Pondere materiae.
39. Ave, virgo, mater, gaude,  
Cuius in canenda laude  
Par est Cherub cherilo<sup>1)</sup>,  
Satis culta sine cultu  
Fratrem Phoebes vincis vultu  
Rutilantem rutilo.
40. Ave, victrix hostis saevi.  
Claudens Deum claustro brevi,  
Magnum parvo metiens,  
In frumentum carnis foenum  
Et in aurum vertis caenum  
Verbo carnem uniens.
41. Ave, cuius speciei  
Comparata lux dici  
Sudae nox est horrida;  
Phoebus funus, caelum caenum,  
Luna limus, mel venenum,  
Favus coloquintida.
42. Ave, casta sponsa Dei,  
Quae beatæ faciei  
Nive nives superas,  
Quae per vultum praefulgorum  
Aquilinam angelorum  
Aciam reverberas.
43. Ave, virgo, vas argutum  
Maiestatis, quae virtutum  
Summas carpis semitas,  
Expers labis, expers sordis,  
Quia tui chordas<sup>2)</sup> cordis  
Dei tendit<sup>3)</sup> caritas.
44. Ave, virgo, quae diurnam  
Facem vincis et nocturnam  
Radiosa facie,  
Tui sacri ventris cista  
Placet Christo, quia crista  
Cares arrogantiae.
45. Ave, thymum, caltha, rosa,  
Vitis ferax et frondosa  
Palmaque vermicoma,  
Ave, fornax, in qua flagrat  
Et flagrando magis fragrat  
Caritas ignicoma.
46. Ave, doxa virginalis,  
Vas arvinæ spiritalis,  
Gratiae lardarium,  
Strena pacis, arrha vitae,  
Maiestatis infinitae  
Subtile compendium.
47. Ave, caeli brevis apis,  
Quae de Dei sinu rapis  
Redolentem flosculum  
Et de flore sugis favum,  
Gustu cuius ad octavum  
Pervenitur saeculum.
48. Ave, mater, ave, virgo,  
Quem in summo vitae pyrgo,  
Quisquis credit, invocat,  
Quam, qui motor est caelorum,  
Super trinam angelorum  
Ierarchiam collocat.

<sup>1)</sup> chilo. —

<sup>2)</sup> chorda. —

<sup>3)</sup> ardescendit. —

49. Ave, mater, quam in throni  
Dignitate superponi  
Voluit caelicolis  
Is, qui frenat et aurigat  
Caeli raptum et qui ligat  
Elementa symbolis.
50. Ave, virgo, quae tonantem  
Lacte nutris et lactantem  
Stricta cingis fascia;  
Ave, semel, ave rursus,  
Quae per carnem sistis cursum  
Carnis ad declivia.
51. Sicut unda praeceps fluit,  
Sic corruptae carnis ruit  
Moles ad flagitia,  
Sed, dum unis carni Deum,  
Carnis aquam in Lyaeum  
Vertis ventris hydria.
52. Ave, de qua Deo gratum  
Est numisma fabricatum,  
Quo mundus redimitur,  
Praeter morem usitatum,  
Non per follem, sed per flatum  
Haec moneta cuditur.
53. Ave, per quam fit passivum  
Verbum illud, quod activum  
Erat ab initio,  
Ave, per quam serpens ille,  
Qui maeandros serpit mille,  
Tollitur de medio.
54. Ave, virgo, mater alma,  
Quae divinum es agalma,  
Nidulus et camera,  
Cuius fructu vegetamur,  
Vegetati veneramur  
Viscera deifera.
55. Ave, digna Deum ferre,  
Cuius sancta caelum terrae  
Castitas conterminat,  
Cuius cor in caelo fixum  
Et amoris igne frixum  
Iesum semper ruminat.
56. Ave, pura virgo, mater,  
Ave semel, bis, ter, quater,  
Ave mille vicibus.  
Ave, virgo comis, mitis,  
Ave, mater exquisitis  
Extollenda laudibus.
57. Ave, mater, maestis prompta,  
Quam non possunt satis compta  
Laudare facundia  
Tot Marones, tot Sibyllae,  
Quot sunt vasti maris stillae,  
Conflantes ingenia.
58. In te primum ultimatur,  
Primitivum derivatur;  
Talis derivatio  
Non est nota Prisciano  
Nec Maroni Mantuano  
Nec vati Maeonio.
59. Tu mortis es ablativa.  
Quia prolis genitiva  
Sine culpa genitae,  
Tu fletus es abstersiva,  
Restauratrix et dativa  
Libertatis perditae.
60. Ave, mater et puella.  
Quae captivos a dicella  
Servitutis liberat  
Et in lucis regione  
Superato Pharaone  
Superis adlateras.
61. Ave, cama Iesu Christi.  
Quae mortalis ostendisti  
Nobis vitae speculum,  
Quae latoris es fiscella  
Novae legis et cistella,  
Currus et vehiculum.
62. Tu lechythus es olivi,  
Tu vitalis via rivi,  
Dei brevigerula,  
Tu columna clinicorum,  
Tu celeuma naufragorum  
Et secunda tabula.

63. Tu vas mellis, lactis uter,  
Scaturigo, fons et luter  
Purgativus sordium,  
Christi lectus et lectica,  
Sponsa. mater et amica.  
Velum et tentorium.
64. Tu fons es, qui non arescis,  
Tu flos es, qui non marcescis,  
Paradisi lilium,  
Tu nutantis es bacillus,  
Tu tonantis es pulvillus  
Et reclinatorium.
65. Tu portella procis clausa,  
Salus aegris, fessis pausa,  
Tristibus tripudium,  
Sabbatismus fatigatis  
Et morboris sanitatis  
Es electuarium.
66. Tu naucleri nostri linter,  
Tu catella sive spinter  
Luto iungens figulum,  
Tu pastoris es magale,  
Qua fideles ad vitale  
Minat oves pabulum.
67. Ave, virgo, norma morum,  
Ave, lima vitiorum,  
Ave, serra sordium,  
Ave, pyxis deitatis,  
Ave, summae maiestatis  
Sacrum breviarium.
68. Ave, virgo pia, quae nos  
Proseuchantes et egenos  
Suscitas de pulvere;  
Nostra nostrum herum hera  
Salva tamen alvi sera  
Meruisti parere.
69. Ave, cuius pia prole  
Peccatores sunt a mole  
Peccatorum liberi,  
Quae potenti caelos palmo  
Concludentem brevis almo  
Vallo vallas uteri.
70. Miro quodam argumento  
Cum extremis adiumento  
Virginali medio  
Minus infers de maiori,  
Sed et maius de minori;  
Felix haec illatio.
71. Ave, virgo, cuius rore  
Mundus ante florens flore  
Redivivo viruit,  
Ave. mater, mater, ave,  
Cuius dirae mortis a vae  
Partus nos eripuit.
72. Ave, stella matutina,  
Quae nutantes in labina  
Vitae regis lubricae;  
Ave, virgo, quam super se  
Recognoscunt tersam tersae  
Virtutes uranicae.
73. Ave, templum Salomonis,  
Ave, vellus Gedeonis,  
Ave, verbi casula,  
In qua Deus incarnatur  
Ut ansatus teneatur  
Nostrae carnis ansula.
74. Ave, virgo gloriosa,  
Cuius semper est rimosa  
Manus indigentibus;  
Tu lusco lux, tu claudio pes,  
Aerumnosis opem, opes  
Influis inopibus.
75. Ave, virgo, quam turbavit  
Ille, qui te salutavit  
In conclavi, Gabriel;  
Per te rectus fit obliquus,  
Per te puer fit antiquus,  
De quo scripsit Daniel.
76. Ave, virgo columbina,  
Sedes, aedes, officina  
Grata Dei filio,  
Cuius cordis in asbesto  
Caritatis fax honesto  
Flammavit incendio.



77. Ave, virgo, verbi parens,  
Ante partum et post carens  
Corruptelae notula,  
Cuius laudes minus fide,  
Quamvis manu tacta Midae,  
Personaret fistula.
78. Ave, nostris spes, Maria,  
Languidorum salus, quia  
Salutis confectio,  
Qua languori subvenitur,  
Tui ventris invenitur  
In antidotario.
79. Ave, virgo, casa dia,  
Quae dolentis es Thalia,  
Pauperis refugium,  
Ave, virgo, Clio maestis.  
Quae canalis es caelestis  
Roris et impluvium.
80. Laudes tantae matris Maro  
Non araret celte claro  
Neque Titus Livius;  
Hic Homerus est exlinguis  
Et Minerva flatu pinguis,  
Hic est traulus Tullius.
81. Ave, veba nostri ducis,  
Ave, gleba, quae producis  
Gramen sine palea,  
Vulnerasti crine bello  
Sponsum tuum et ocello  
Faciesque lactea.
82. Ave, virgo, per quam sospes  
Fit morbosus tuus hospes,  
Per quam exsul remeat;  
Ave, per quam est subacta  
Mors immitis, quae compacta  
Solvit et disuneat.
83. Ave, luna semper plena  
Flammis Phoebi, quam terrena  
Pila non eclipticat,  
Quam sanctorum chorus totus  
Pronus, supplex et devotus  
Cernuusque praedicat.
84. Ave, lampas caeli suda,  
Cuius sudus fulgor uda  
Nunquam nube tegitur,  
Cuius vultus vibramen dat,  
In quam Cherub ut intendat,  
Connivere cogitur.
85. Ave, caste nacta prolem,  
Supergressa sola solem  
Femina<sup>1)</sup> specie,  
Perspicacem visum vincis  
Aquilarum, immo lyncis,  
Oculorum acie.
86. Ave. pulchro pulchra crine,  
Dente, labris, o divinae  
Maiestatis mantica  
Pulchra mammis, pulchra  
fronte,  
Pulchra foetu, tamen non te  
Venus urit lubrica.
87. Ave, pulchra pelle pulpa,  
Fecundata sine culpa,  
Sine viri semine,  
Ave, cuius pulchritenti  
Totus splendor firmamenti  
Vincitur vibramine.
88. Ave, pulchra naso, malis,  
Pulchra dorso, pulchra palis  
Dentiumque serie,  
Pulchra pulchram filiorum  
Formam vincis et olorum  
Olorina facie.

<sup>1)</sup> veninina. —

89. Ave, pulchra colomellis  
Et gingivis et labellis,  
Pulchro pulchra cilio,  
Ave, cuius calcem clare  
Nec centenni commendare  
Sciret Seraph studio.
90. Ave, pulchris pulchra suris,  
Pulchra pulchri nive cruris,  
Musculis et tibiis,  
Pulchra plantis, pulchra talis,  
Umbilico, coxis, alis,  
Nervis et arteriis.
91. Ave, pulchra fauce, nare,  
Cuius nemo caraxare  
Potest formam graphio,  
Pulchra nive digitorum,  
Scapularum, lacertorum  
Et interscapulio.
92. Ave, pulchra flexu fagi  
Vincens trica, quidquid Tagi  
Fulvum ripae redditur  
Ave, pulchra, per quam, in qua  
Deitatis lux propinqua  
Pulchre nobis oritur.
93. Ave, pulchra lacte colli,  
Nullo luxu, nulla molli  
Fracta petulantia,  
Cuius castae sanctitatis,  
Cuius sanctae castitatis  
Alternantur lilia.
94. Ave, pulchris pulchra costis,  
In quam ne quis urgens hostis  
Notellam impungeret,  
Cuius solis et aurorae  
Faber fabri stilo flore  
Solum laudes pingeret.
95. Ave, pulchra lynceorum,  
Immo magis limpidorum  
Oculorum acie,  
Pulchra prole gravidata  
Nullo tamen urticata  
Pruritu lasciviae.
96. Ave, scopa, qua purgatur  
Et qua procul relegatur  
Prisca mundi foeditas;  
Per te rectum circulatur,  
Dum naturae copulatur  
Infimae divinitas.
97. Tuo pio partu recta  
Naturarum imperfecta  
Consummatur linea,  
Dum supremus fit extremus  
Et extremus fit supremus  
Sumpta carnis trabea.
98. Ave, virgo, schema poli,  
Quam novercam habent soli,  
Qui iacent in sordibus;  
Ave, fornax caritatis,  
Clara colo castitatis,  
Clarissis clara moribus.
99. Ave, vivi panis pera,  
Conditorum condens stera  
Trinae mundi machinae;  
Ave, caste fecundata,  
Nulla carnis titillata  
Lasciva libidine.
100. Ave, virgo, per quam rei  
Consequuntur iubilaei  
Sempiternam feriam;  
Ave, per quam homicidae,  
Paricidae, patricidae  
Redeunt ad patriam.
101. Ave, templum summi regis  
Et latoris novae legis  
Altare turicremum;  
Ave, cuius faber poli  
Renovavit sibi soli  
Virginalium eremum.
102. Ave, mater et virago,  
Quae vestisti carnis sago  
Vestientem lilia;  
Ave, per quam Deus nascens  
Ex antiquo puerascens  
Vinctus est initia.

103. Ave, summi regis ostrum,  
Ave, virgo Deum nostrum  
Casto lactans ubere,  
Partu gaudens glorioso,  
Quia nunquam fastuoso  
Tumuisti tubere.
104. Ave, per quam sol saccatur,  
Per quam Deus humanatur,  
Per quam Deus panditur,  
Per quam luctus limitatur,  
Per quam dolor obelatur,  
Per quam risus redditur.
105. Ave, casta sponsa Dei,  
Quae pulsata pandis ei  
Tuae mentis pessulum,  
Dulcis dulce das responsum  
Et admittis dulcem sponsum  
Ruentem in osculum.
106. Ave, pluta caeli nimbo,  
Udas orcum et a limbo  
Sanctos patres eruis;  
Huius mundi cataclismo  
Foedos vitae barbarismo  
Mundas, purgas, abluis.
107. Fons es lactis nunquam arens  
Puteusque fundo carens  
Et abyssus mellea,  
Paradisi fragrans rosa,  
Vestis verbi non corrosa  
Corruptelae tinea.
108. Tui mellis cataclismus  
Salutaris est baptismus,  
Quo mundus abluitur;  
Tuum nectar est medela,  
Qua peccatum et sequela  
Peccati detegitur.
109. Ave, via veritatis  
Et amussis<sup>1)</sup> aequitatis,  
Ave, recti regula,  
Sanctitatis ordinale,  
Novum morum doctrinale,  
Novae vitae formula.
110. Ave, mater et ancilla,  
Summi regis quae papilla  
Tuum pascis pabulum,  
Lacte pascis te pascentem,  
Ventre claudis te claudentem,  
Tuum geris gerulum.
111. Deus ad te salutandam  
Et salute gravidandam  
Suum mittit militem;  
Tu respondes verbis gnaris,  
Visco carnis puellaris  
Capis Dei alitem.
112. Tu caelestis es hirudo  
Favum sugens, plenitudo  
Cuius non ebibitur;  
Sugit Deus favum tuum,  
Et tu sugis favum suum,  
Melle mel rependitur.
113. Ave, nostra mediatrix,  
Ave, cuius tumet matrix  
Sine viri copula,  
Tu pistrinum es abundum,  
In quo Deus munda mundum  
Panem pinsit pinsula.
114. Ave, virgo Deo placeus,  
De mundanis muta, tacens,  
De divinis garrula;  
Quidquid habet in thesauris  
Deus dives, pauper hauris  
Virginali situla.

<sup>1)</sup> immensis. —

115. Ave, mater praevignorum,  
Ave, bibax divinorum  
Fluentorum spongia,  
Tu es rubus ardens igni  
Iuventutis, sed insigni  
Salva pudicitia.
116. Ardet in te calens aetas  
Iuventutis, sed tu metas  
Juveniles praeteris,  
Nam natus in te calor  
Flagrat, sed te nullus squalor  
Foedae foedet Veneris.
117. Ave, cuius lanae floccum  
In regale vertit coccum,  
Qui floccat et fulminat;  
Ave, per quam spoliatur  
Mortis carcer et is datur,  
Qui mortem exterminat.
118. Ave, virgo, quia per te  
Portae caeli sunt apertae,  
Per te caelum aeneum  
Emollitur et mollitum  
Rorem fundit concupitum  
Et madorem melleum.
119. Ave, quae nos a draconis  
Imposturis et leonis  
Eruisti rabie;  
Vivi panis te canistrum  
Confitemur et registrum  
Totius ecclesiae.
120. Ave, per quam fit creator  
Creaturae ministrator,  
Dominus mancipium,  
Rei iudex rei Iesus,  
Rhetor primus puer blesus,  
Verbum participium.
121. Ave, virgo, mortis frenum,  
Plenum, immo superplenum  
Vitae promptuarium,  
Ave, mater, arx timenti,  
Quae vitalis es frumenti  
Vitale granarium.
122. Ave, per quam mors mor-  
detur,  
In qua tota continetur  
Annona fidelium,  
Is, qui caelos fabricavit,  
Tuum sibi dedicavit  
Ventrale palatium.
123. Ave, virgo, quae paventi  
Pax es et fons sitiendi,  
Flenti facitergium,  
Tu virtutis es exemplum,  
Dei penus, Dei templum  
Et gazophylacium.
124. Ave, per quam insons reus  
Et per quam fit noster Deus  
Noster convicaneus.  
Per te magnus minoratus,  
Per te papa fit legatus,  
Primas suffraganeus.
125. Per te fit sol hypogaeus,  
Dum de caelo lapsus Deus  
Carnis toga tegitur;  
Sic noctescit, sed psalmista  
Teste sicut dies ista  
Nox illuminabitur.
126. Fulgor solis aeternalis  
Umbra glebae virginalis  
Involutus conditur,  
Nulla tamen hac eclypsi  
Pulchritudo vel lux ipsi  
Cynthiae detrahitur.
127. Per te leo fit agnellus,  
Dominator domicellus  
Et antiquus pusio;  
Tu de colle facis callem,  
De praerupta monte vallem  
Et viam ex invio.
128. Sol in sacco clanculatur  
Et ventrali trutinatur  
Statera divinitas,  
Lumen limo temperatur,  
Deitate penulatur  
Mortalis infirmitas.

129. Ave, virgo, vas pudicum,  
Ad quam auris per posticum  
Venit rex altissonus,  
Cuius pectus clipeavit  
Et ab hoste defensavit  
Increatus trigonus.
130. Deus pater gignit natum,  
Qui cum patre spirat flatum,  
Ecce, scutum trigonum!  
Istud scutum te, Maria,  
Contra tela tuit<sup>1)</sup> tria  
Mundi, carnis, daemonum.
131. Dum te laudo, mater Dei,  
Verecundor propter mei  
Sensus scabri sairosim;  
Nam nil ago te laudando,  
Sed remgrandem defalcando  
Pecco per tapeiussim.
132. Deus in te se minorat,  
Minoratus te maiorat  
Sanctitatis apice,  
Quam dum conor commendare,  
Nihil loquor in tanta re,  
Sed cornicis ethice.
133. Omnes caeli philomenae  
Laetabundo tibi plene  
Dulces cantant modulos;  
Sed succumbit harmonia  
Quia vincis, o Maria,  
Tanti meli titulos.
134. Cum non possis laude claudi,  
Te laudando tuae laudi  
Vereor detrahere,  
Quam non potest Cherub chelys  
Digne dignis stilis, melis  
Digniter attollere.
135. Omnis aetas, omnis sexus  
Inclinatus, curvus, flexus,  
Omnis cosmi natio,  
Omnis caeli symphonista  
Te collaudat, sed non ista  
Sufficit laudatio.
136. Tibi laudes curvae, pronae,  
Tam puellae quam matronae,  
Senesque cum pueris  
Phono fundunt indefesso,  
Quas virtutum inaccessio  
Phono<sup>2)</sup> supergrederis.
137. Nec Homerus neque Maro<sup>3)</sup>,  
Virgo clara, stilo claro  
Laudes tuas caneret,  
Immo neque Gabriel te  
Digna musa, digno celte  
Lucubrando pingeret.
138. Ave, cuius in figura  
Potens plus quam ars natura  
Descripsit ingenium,  
Sed natura succumbente  
Dei patris ars intente  
Complevit negotium.
139. Ave, cuius pulchritudo  
Plus excellit, quidquid cudo,  
Quam lux solis faculam;  
Ergo, qui me laudatorem  
Laudum leget et scriptorem,  
Irridebit ululam.
140. Ave, virgo, quae candore  
Nives vincis et decore  
Plus, quam corvos lilium,  
Cuius vultu sepelitur,  
Quidquid splendens invenitur  
Infra Dei radium.

<sup>1)</sup> cluit. —

<sup>2)</sup> Fone. —

<sup>3)</sup> Caro. —

141. Quae candore tanto cluis,  
 Esto nobis, servis tuis.  
 Clemens et propitia,  
 Rumpe viles Evae netus,  
 Nec nos saltus ille vetus  
 Arceat a gloria.
142. Ave, virgo reverenda,  
 Sine naevo, sine menda,  
 Luna sine cornibus,  
 Tu, quae prava sunt, emenda,  
 Claudis gressum et lumen da  
 Caecis, risum tristibus.
143. Virgo pia, virgo lenis,  
 Quae dedisti calcem threnis,  
 Opem nobis tribue  
 Et in huius vitae salo  
 Naufragantes nos a malo  
 Tempestatum erue.
144. Felix tellus ingravata,  
 Sed nec scissa nec sulcata  
 Rusticani vomere,  
 Captiones eius cassa,  
 Qui nos hamo, reti, nassa  
 Nititur decipere.
145. Virgo, staurum perditorum  
 Et medela languidorum  
 Lyraque lugentium,  
 Servum tuum, qui te balbo  
 Laudat ore. fac in albo  
 Scribi triumphantium.
146. Virgo munda, mundi vita,  
 Concha, de qua margarita  
 Pretiosa nascitur,  
 Miserere tuo servo,  
 Qui peccati tentus ervo  
 Iesum lente sequitur.
147. Virgo, nutrix orphanorum,  
 Virgo, parma pavidorum  
 Et aegis egentium,  
 Tuum<sup>1)</sup> quaeso vel ocellum  
 Ad curvosum et misellum  
 Convertete mancipium.
148. Virgo, tuam tuo servo,  
 Qui virtutis caret nervo,  
 Dextram peto porrigi,  
 Quando labor, esto prope,  
 Cuius fulcro, cuius ope  
 Lapsi solent erigi.
149. Virgo, verbi genialis,  
 Tutis tue<sup>2)</sup> tuum alis  
 Et extento brachio.  
 Trahe tuum post te sursum,  
 Fausto falsae vitae cursum  
 Claudens completorio.
150. Scelus meum et peccamen  
 Recognosco. lente tamen  
 Hoc deflare satago,  
 Irretitus sum peccatis,  
 Sed de tuae pietatis  
 Vasto fido pelago.
151. Mentem meam premit tremor,  
 Cum attendo, quibus premor  
 Et quot malis sordeo,  
 Memor horum in spe nuto  
 Tui memor te saluto  
 Et spem mihi spondeo.
152. Per te servo tuo detur,  
 Ut hymnizet et laetetur  
 In conventu caelitum,  
 Ubi cedit maeror melis,  
 Ubi non est infirmae lis  
 Carnis contra spiritum.

<sup>1)</sup> Meum. —

<sup>2)</sup> clue. —

153. Virgo casta, sed fecunda,  
Cuius fabrum mundi munda  
Lactaverunt ubera,  
Salvum tuum fac Gauterum,  
Cum instabit tempus serum,  
Id est mundi vespera.
154. Te supinis oro palmis,  
Corde, oris hymnis, psalmis,  
Angelorum domina.  
Servo tuo da quietam  
Frui vita post expleta  
Temporum volumina.
155. Benedictum benedicta  
Profers fructum non afflicta.  
Quia tecum Dominus,  
Per te, quaeso, mihi detur  
Panis ille, quo repletur  
Ventricus tuus cophinus.
156. Virgo, sacrae legis arca,  
Quas nulli parcens parca.<sup>1)</sup>  
Quae tamen inertia,  
Memor, oro, sis Gauteri,  
Qui faex est et alga cleri  
Minorumque scoria.
157. Fons dulcoris inexhaustae,  
Servi tui claude fauste  
Cosmicam periodum,  
Ut pro malis non multetur,  
Cum citatus propelletur  
Ad extremum synodum.
158. Per te, mater, inter illos  
Servos tuos et carnillos  
Mihi detur synedra,  
Quibus doctor angelorum  
Librum legit ethicorum  
In sublimi cathedra.
159. Virgo candens ut ligustrum,  
Cuius felix venter lustrum  
Est caelestis hinnuli,  
Hanc errantem ad pastorem  
Ovem mina post laborem  
Et palaestram saeculi.
160. Virgo, per quam Deus datur  
Et humanae tunicatur  
Naturae diploide,  
Servum tuum duc ad vitam  
Post conscissam et detritam  
Togam carnis putridae.
161. Virgo, mundi medicina,  
Verbi vestis et vagina,  
Christi creditaria,  
De ruina vitiorum  
Nos ereptos angelorum  
Coetibus associa.
162. Servum tuum de profundis  
Tractum misce laetabundis  
Superum consortiis,  
Ut cum illis iucundetur  
In aeternum et cibetur  
Dapibus ambrosiis.

<sup>1)</sup> Dieser und der folgende Vers scheinen verderbt zu sein.

## Arnoldus Heimericius,

Decanus Sanctensis,

† 1491.

Arnoldus Heimerich entstammte einer clevischen Schöffenfamilie. Sein Großvater war aller Wahrscheinlichkeit nach Arnold Heimerich, der 1357 als Schöffe und Richter zu Cleve und Rindern urkundlich vorkommt, 1359 noch am Leben, 1400 aber bereits verschieden war. Die Clever Stiftsherren Friedrich, Wienand und Johann, die 1371 und 1399 genannt werden, sowie Gottfried Heimerich, der Scholaster und Rentmeister des Grafen Adolf von Cleve war (1371), werden seine Verwandten, vielleicht Vatersbrüder gewesen sein. Als seinen Vater werden wir vielleicht einen Johann Heimerich, gleichfalls Schöffen zu Cleve, ansetzen können. Arnold, der später Dechant von Xanten wurde, ward 1460 von Herzog Johann I. zu Pius II. nach Rom, und von Johann II. 1481 an Kaiser Friedrich entsandt, um von diesem die Belehnung mit der Grafschaft Cleve zu erlangen. Im Jahre 1484 widmete er „VI Libri Sophiologici“ dem Bischöfe Philipp von Nevers, einem Sohne Johanns I. Ein langer Brief an Ludolph von Venna, Dekan von Utrecht, findet sich bei Dumbar, G. Analecta, Daventriae 1719. S. 345—440; er behandelt „conflictum inter patientiam et fortunam Roperti, Archiepiscopi Coloniensis cum historia Davidis episcopi Traiectensis“ und ist datiert „ex urbe Xantensi Troia minore anno ab ortu salvatoris Christi sexto et septuagesimo supra millesimum quadringentesimumque quinto idus Iulias.“ In diesem Briefe erwähnt Heimericius eines weiteren von ihm verfassten Werkes, betitelt: „Libellus de religione ante puberes annos non ineunda.“ Dumbar bemerkt hierzu (p. 416) „Exstat hic libellus in bibliotheca Daventriensi.“ Nach Scholten wäre auch ein von Heimericius verfasstes „Rosarium explicitum“ im Drucke erschienen. Als Dekan von Xanten entfaltete er eine rege Tätigkeit zur Wiederaufnahme der feierlichen Viktorstracht, die 1464 nach langer Ruhe zum erstenmal wieder gehalten wurde, und die der Herzog, die Prinzen und der Hof mit ihrer Gegenwart beehrten. Arnold starb 1491 den 30. November zu Deventer. Vgl. Scholten, Die Stadt Cleve, Cleve 1879, 258 u. f.

Die im folgenden mitgetheilten, sich ausschließlich dem Xantener Stiftspatrone Viktor zuwendenden Dichtungen entnehme ich folgenden Quellen: 1. Opuscula Arnoldi Heimericii Cliviensis, decani Xantensis. Stiftsarchiv Xanten. (A). — 2. Miss. et Collect. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786—90 (B). — 3. F. I. Pels, Deliciae Xantenses. 1735. Vol. 2. Stiftsarchiv Xanten (C).



**418. (1.) Oratio ad Patronum.**

O Victor aeterne, victoria nocuos sterne,  
Et martyr fidelis, nos fidei cura medelis,  
Atque miles fortis, disrumpe vincula mortis,  
Et sancte patrone, nobiscum sis in agone.

A. — fol. 37a. Hierzu die Bemerkung: Quodsi cuiquam haec oratio longa nimis appareat, breviorē, quae sequitur, cotidie dicendam accipiat.

**419. (2.) Oratio Brevior.**

O Victor bone, martyr, milesque patrone,  
Nos in agone fac Christus evehat prone.

A. fol. 37a. —

**420. (3.) Antiphona cum Versu.**

Salve, miles triumphalis  
Caeli inter athletas,  
Salve, dux et consodalis  
Sacraque societas,  
Victor, ave.  
Vas suave,  
Martyr et patrone,  
Nobis fave,  
Morbos cave,  
Assis in agone.

V. Laetetur in caelis Thebaeorum turba fidelis,  
Et Victor cum sociis exsultet martyr fidelis.

A. fol. 6b.

**421. (4.) Antiphona cum Collecta, per decanum  
factae ad patronum.**

Eia, Victor gloriose,  
Qui vicisti animose  
Mortem fide stabili  
Quique mortem delegisti,  
Ut gauderes pro hac tristi  
Vita perdurabili;

Tuos servos et devotos  
Fac cruore tuo lotos,  
    Ut, qui empti sanguine  
Christi, queant vivere  
Tecum omni tempore.

A

**422. (5.) In Octava beati Victoris super [Magnificat].**

- |  |  |
|--|--|
| 1. Dominum magnificemus<br>Et devote celebremus<br>Victoris sollempnia,<br>Eius quoque sociorum,<br>Quibus Christus, rex caelorum,<br>Dedit vitae praemia. | 2. Nam pro fide sunt prostrati,<br>Immo magis evocati<br>Ad aeternam patriam,<br>Cum, pro fide qui necantur,<br>In aeternum ostendantur<br>Vivere per gloriam. |
|--|--|

3. Sancte Victor, martyr mitis,  
Pro nobis cum tuae litis  
    Supplices consortibus,  
Ut rex regum, qui nos gratis  
Redemit, ab insperatis  
    Nos conservet mortibus.

A.

**423. 6.) De sancto Victore Antiphona.**

Inclite martyr, ave, clarum, venerabile, suave  
Non solum nomen Victoris habens sed et omen,  
Qui non vincendo vim vi, sed vim patiendo  
Hostem vicisti, passus pro nomine Christi,  
Suscipe servorum dignanter vota tuorum.

C II, p. 107.

**424. (7.) Rigmus ymnicus decani Xantensis.**

- |   |  |
|---|--|
| 1. Conditor rerum omnium,<br>Spes unica credentium,<br>Depelle omne somnium,<br>Quo torpet virtus mentium,<br>Ut in adventu filii<br>A te possimus diligi<br>Eundem diligentes. | 2. Qui protoplasto condolens<br>Eiusdem perpere factum<br>A nobis pie removens,<br>Tuus implet natus pactum,<br>Ex te nobis tandem datus,<br>Nostra culpa trucidatus<br>Iudaeos per amentes. |
|---|--|

3. Vergente caeli numine  
Verbum angelus nuntiat,  
Maria novo lumine,  
Quo Christum nobis pariat,  
Microcosmi salvatorem,  
Qui per pium nos amorem  
A gehenna protegat.
4. Cuius forti potentiae  
Nemo potest resistere,  
Sed tantae est clementiae,  
Qua nequimus deficere;  
Hinc eandem imploremus,  
Ut peccata emendemus,  
Quae hic pie corrigit.  
A. fol. 127 a. —
5. Occasum sol retineat  
Cata mane refulgendo,  
Alba luna emineat  
Nos simul respiciendo.  
Ut extremo iudicio  
Sistamus sine vitio  
Casta meriti vita.
6. Te deprecamur, Domine,  
Qui lapsum scis in homine,  
Incastitatem reprimas,  
Frugalem vitam conferas,  
Ut tecum in laetitia  
Tandem sine maestitia  
Canamus omnes ita.

425. (8.) Carmen Zanctis datum.

1. Victor, miles sanctissimus,  
Effulsit in ecclesia  
Ut homo, leo, vitulus  
Et volans avis regia.  
Claruit in pugna  
nimis miles iste beata  
Iamque Dei vultu  
fungitur absque metu.
2. O homo pius, patiens,  
O Victor, miles inclite,  
Amabilis commilitibus,  
Confortans hos virtutibus.  
Hunc Dominus pugilem  
repperit cuuctis vigilantem,  
Quemque super populum  
statuit ipse suum.
3. Hic audax leo restitit  
Tyrannorum suppliciis  
Nisibus, quibus potuit,  
Mundi carnisque vitiiis  
Atque manu forti  
percussit et ore Goliam,  
Fiat ut a Domino  
magna salus populo.
4. Eleazar ut vitulum  
Sic hic cibavit proprium  
Per mortem et martyrium  
Corpus in sacrificium  
Et, quia fortis erat,  
Iosue bellando secutus  
Cum Domino totus  
nunc sine fine manet.
5. Hic avis visu limpidus,  
Superna vidit clarius,  
Ad alta volans avidus  
Caelum cepit quantocius.  
Gloria sit Domino  
famuli felice triumpho;  
Hostis, quem vicit,  
perniciosus erat.
6. O pater amantissime.  
O Victor, miles inclite,  
In via fer auxilium,  
Nam vana salus hominum.  
Verba tui famuli  
felice [sume] triumpho,  
Sume preces populi,  
quos dabit ipse tibi.

426. (9.) De sancto Victore cantio.

R. O diem hunc pulcherrimum  
Sollemnem in condensis,  
Excelsum et uberrimum  
Praeconiis immensis!

1. Iure quidem praedecorum  
Diem illum posterorum  
Stilus dat memoriae,  
Quo defertur cum festiva  
Sanctus Victor comitiva,  
Miles regis gloriae.
2. Qui bis denus in Augusto  
Adnuente Deo iusto  
Clarus tunc enituit  
Anno quater C milleno  
Quartoque et sexageno,  
Clerus ut instituit.
3. Dies ille iubilaeus,  
Quo contritus quivis reus  
Sumpsit indulgentiam,  
Hinc portentum atque cleri  
Xantis erat intueri  
Vulgique praesentiam.
4. Tunc Francorum clarum genus,  
Hic de Clivis dux serenus  
Rutilans apparuit,  
Clara venustate cuius  
Clarus dies festi huius  
Clarior inclaruit.
5. Sic ducissa de ducali  
Inclita Burgundiali  
Prodiens origine  
Diem colens tunc divinum  
Fulsit hic ut matutinum  
Sidus in caligine.
6. Quorum nati tres maiores  
Tres fuere portitores  
Nostri primicerii,  
Patre quidem praecedente  
Primum locumque supplente  
Tanti ministerii.
7. Isti sane tres venusti,  
Aevo iam tunc non vetusti,  
Potius tenelluli,  
Deportati deportabant  
Clari clarumque tractabant  
Duces tunc novelluli.
8. Mox ut arcam amplexantur  
Duces, ipsos comitantur  
Comites ingenui,  
Hinc insignes, hinc barones,  
Milites atque tirones  
Numero non tenui.
9. Porro clerus reverenter  
Praecedebat et decenter  
Congruis ordinibus,  
Mente prorsus devotizans,  
Sed et digne sollemnizans  
Tubis et carminibus.
10. Troiae vero plebs vulgaris,  
Martyri peculiaris,  
Gressu individua  
Defensabat a pressura  
Vulgi clerum sua cura  
Forti et assidua.
11. De mandato concurrentum  
Data quinquaginta centum  
Erat plebanatum,  
Ubi pastor et patronus  
Civis erat et colonus  
Diversorum statuum.
12. Erat visu tunc vagari  
Et castrorum speculari  
Fortium spectacula,  
Coetus quorum feminarum  
Vultus, cultus, mores quarum  
Erant absque macula.

13. Sanctum Dei sic deduxit  
Turma, ferme quae confluit  
Trecentorum milium,  
Iuxta morem et decretum  
Pulchre nimis ad consuetum  
Montis supercilium.
14. O festivum phase tale,  
Nusquam reperitur quale  
In sacris codicibus,  
Nostra sed nec vidit aetas,  
Siquidem excedit metas  
Modis multiplicibus.
15. Eia, Xantis, iucunderis,  
Illustrari quod mereris  
Tam praeclaro lumine,  
Amplexare sacrum funus  
A remotis tibi munus  
Missum Dei numine.
16. In te cubans, sacra polis,  
Victor lucet instar solis  
Signis coruscantibus,  
Dans obsessis libertatem,  
Mortem morbis, sanitatem  
Multis infirmantibus.
17. O solamen in tormentis,  
O tutamen nostrae gentis,  
Decus et laetitia,  
Te rogamus vehementer,  
Mala pelle diligenter,  
Morbos atque vitia
18. Tu vas auri solidatum,  
Cunctis gemmis adornatum  
Radians ut facula,  
Quo resplendent longe nota  
Tibi, martyr, iam devota  
Troiae tabernacula.
19. Sub vexillis sanctae crucis  
Morte pressus divae lucis  
Stola iam indueris;  
Hinc precamur voce pari,  
Fac nos tecum illustrari  
Lumine, quo frueris.

BC. — 1, 4 cum festiva fehlt B. — 1, 5 comitiva fehlt B. — 1, 6 fehlt B. — 2, 4 Anno quater et milleno A. — 4, 6 Clarior apparuit B. — Str. 8 bis 19 fehlen C. — 14, 3 sacres B. — 19, 2 pressis B. — Dieses Lied schildert die große Viktorstracht von 1464.

---

## Iohannes Tisserandus.

Frater Ordinis Minorum,

